6
3-B
31

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE

10
5 1
1

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

FACIS HISTORIARUM CENTURIÆ DUÆ.

QVARVM PRIMA CONTINET MORES diverſarum Gentium, altera Ritus ſacros, ad intelligentiam cùm profanarum, tùm ſacrarum Hiſtoriarum, illarumque Studioſis apprimè vtilis.

A U C T O R E

REVEREND.mo NOB. JOANNE A CHOKIER DE SURLET,

ECCLESIÆ CATHEDRALIS LEODIENSIS CANONICO, AC

Sereniſſimi Epiſcopi Principis Leodienſis Vicario Generali, nec non Abbate Sæculari, Eccleſiæ Collegiatæ S. Hadelini Oppidi Viſetenſis, &c.

Cum gemino Indice, Capitum primo, Retrum altero.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud Viduam & Hæredes JOANNIS ANTONII KINCHII.

ANNO M. DC. LXXXVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO.

VEriloquium eſt, Sapienti otii ſui reddendam eſſe rationem, adeò ut in otio negotioſus ſemper eſſe debeat, etiamſi in ludicris ipſis ſtylum ſuſtineat. Fuère qui Muſicam, uti Franciſcus Scribanus; qui anſerem, uti Magnus ille Julius Cæſar Scaliger; qui Aſinum, uti Joannes Paſſeratus, alii, qui aliis litterarum oblectamentis ſucciſivis horis operam navarent. Si iſtud præclaris viris licuit, quidni mihi jam è Senibus (quibus ſolet ignoſci) capulari permittatur? nam licet anniculus fortè vitæ me admoneat ut ſarcinulas colligam, (quod de ſe inquiebat eruditiſſimus Romanorum M. Varro) antequam è vitâ proficiſcar, non eò tamen mihi otiandum eſſe exiſtimo, qui probè ſciam Senectutem, poſt cultum Religionis, foveri debere ſtudiis litterarum, præſertim turbulentis iſtis temporibus, quibus vix aliter reficiendi animum ſenilis ætatis occaſio datur. Fatiſcentem tamen erigere, & ſolari conatus ſum lectiunculis, quæ inſtar alimenti boni ſucci mihi ſucceſſerunt: nam ut præclarè Seneca inquit: *Alit lectio ingenium, & ſtudio fatigatum non ſine ſtudio tamen reficit.* Neque enim mihi unquam iſta laxamenti ratio placuit, quâ nonnulli negotiis, aut ſtudiis fatigati, chartulis luſoriis, aut fritillis ſeſe implicant, fortaſſis non tam laxamenti, quàm lucelli gratiâ: mihi quidem ſolamen fuit, ex iis quæ lectu videbantur jucunda, propriis chartulis notare, etiamſi floſculis Rhetorum exornata non eſſent: ut mihi liceat cum Macrobrio Filio ſuo ſcribenti de Saturnalibus ſuis dicere. *Præſens opus, non eloquentiæ oſtentationem pollicetur, λογομαχίαν enim non amo, ſed dictionis inaffectatæ ſimplicitatem.* Itaque, meditamenta iſta, ad hiſtorias intelligendas alioqui utilia, veluti magnæ curæ à me æquus Lector non expectet, ſed quicquid jucundum, & fortè cognitu dignum, circa Ritus priſcos ſacros & profanos, ſtylo levidenſi, & inaffectato in ſchedas congeſſi, benignè benevolèque accipiat, ac valeat fœliciter, Leodio 29. Auguſti, 1650.

INDEX CAPITUM
CENTVRIÆ PRIMÆ.

CAPUT I.

SErmones qui in Conviviis adhibendi; Menſæ olim Conviviorum quales? Quæſitum, utrum Sexagenarii apud Romanos jus ſuffragii habuerint? Sponſo ſuper ea re facta. Affirmativa viſa fortior; etſi non deſint contra illam validiſſima argumenta. Actio datur ex ſponſione.

Caput 2. *De priſcorum luxu in Conviviis, de unctione pedum, barbæ, capillorum. Hæc Judæis tantùm non uſitata. Apud Romanos unctio frequentior, præſertim capitis. Modus accumbendi in lectis, Triclinii etymon. Toga cœnatoria cujuſmodi? quot ut plurimùm convivæ: qui? Menſæ quales? Coronæ dabantur Conviviis: quæ multiplices; item Hiſtriones, Saltatrices, Gladiatores adhibiti, utrùm eadem omnibus eſca. De poculis, Canticis Hiſtrionibus, deque Scheda obſoniorum.*

Caput 3. *Rurſum de Conviviorum luxu, & magnificentia: Laquearia eburnea, aurovè fulgentia. Dapes ex remotiſſimis locis quæſita. Numerus interdum maximus Convivarum. Cleopatræ Cœna; aliorum luxus admirandus.*

Caput 4. *Veteribus Cœnam fuiſſe prandium: quomodo? de Jentaculo, Matutina ſpectacula, quæ? Cœnam producebant in lucem, &c.*

Caput 5. *Balneorum mira & ſtupenda magnificentia. Sedium in illis incredibilis numerus: inter illas nonnullæ pro litteratis: diverſa illorum genera. De Laconico, Epictetus explicatus. Quid de Balneis primitiva Eccleſia? D. Hieronymi cenſura quoad Virgines ſui avi, & quibus ex cauſis Balneis utebantur.*

Caput 6. *Rurſum, qui Sermones in Conviviis adhibendis. De ſcommatibus, aliiſque ſermonibus Convivialibus. Oſtenditur in quibus loci, temporis, perſonarum habenda ſit ratio. Statua cujuſdam Dei Menſis apponi ſolita. Jocandi genera.*

Caput 7. *De perſonis quæ accumbebant, Virgines à Conviviis arcebantur, obſcœna verba principia moritura virginitatis. Græcorum & Romanorum mulieres à Conviviis amovêre, exceptis uxoribus, & novis nuptis.*

Caput 8. *Veteres Rom. calidam ſuper Cœnam bibiſſe: vino miſcuiſſe interdum & frigidam; eo fine nives adhibita. Hiſpani abſtemii. Pueri vino abſtinebant; ut & Romani ante 30. ætatis annum.*

Caput 9. *De variis veterum Cœnis: Adventitia ſcilicet, Dubia, Pontificali, Recta, Sportula, Chariſtia, Commeſſatio Priſcis quæ? Apophoreta, apud illos quæ? Bibere ad honorem Divinorum, vel pro Sanitate amicorum, &c.*

Caput 10. *Mulieres abſtemias fuiſſe: quippè quæ paſſo tantùm utebantur. Apud antiquos uſus Mulſi. Mulierum abſtinentia tempore primitivæ Eccleſiæ.*

Caput

Digitized by Google

INDEX CAPITUM.

Caput 11. *Diverſi rurſum Conviviorum ritus apud diverſas gentes. Convivæ quibus mappis utebantur ?*

Caput 12. *Dies Natalitios antiquos celebraſſe, quo ritu ? Dies certi aſſignati Natalitiis Deorum & Magnatum, ſed & alterum minoris conditionis, ac etiam eorum, qui aliquo fortunæ caſu jactati; Mores iſti quando exoleverint ? Pharaoni & Herodis Natalitia funeſta. Alia Conviviorum denique genera.*

Caput 13. De *nonnullorum voracitate , & bibacitate. Præmia Bibacibus propoſita.*

Caput 14. De *vomitandi conſuetudine apud veteres.*

Caput 15. *De nonnullorum frugalitate, & ex ea longævitate: deque ſobrietatis, adeòque inediæ bono. Mira ſuper his exempla.*

Caput 16. *An inedia tolerari poſſit naturaliter ?*

Caput 17. *De charta, cera, papyro, & id genus, quæ noſtræ chartæ vicem habent, aut certè priſcis temporibus habuerunt.*

Caput 18. *Typographiæ inventum, an antiquum ?* De *Bibliothecarum ac tormentorum bellicorum uſu, deque illorum Auctoribus.*

Caput 19. *De anno Climaterico : illius indago malorum, quæ ex illo proveniunt depulſio, ſive præcantio, exempla pluſcula eorum, qui illo anno mortalitatem explevere.*

Caput 20. *De lampadibus perpetuò ardentibus.* De *igne Veſtalium. Jo. Helmontius refutatur. Principibus lampades præferebant antiqui.*

Caput 21. *De Ritibus Nuptiarum, deque Repudiis, divortiiſque.* De Dea *Viriplaca, diſcordiæ conjugum ſedatrice. In nuptiis qui Ritus, qui Dii,* Deæque *colerentur ?*

Caput 22. *Soluti matrimonii capiſtro, qui olim mulctabantur ; Orbitatis pœnas ſuſtulit Conſtantinus Imperator.*

Caput 23. *De Polygamia, & nonnullis qui multas uxores habuerunt , Salomonis pœnitentia.*

Caput 24. *Bona gratia diſſolvi Matrimonium, quid? de Repudiis. Quando uxoribus id licitum?* Divortii *& Repudii differentia.*

Caput 25. De *miris tranſmutationibus in alias ſpecies, & de his quæ ex mulieribus facti viri, & è contrà qui ex viris factæ mulieres.*

Caput 26 De *raptu & extaſi nonnulla.*

Caput 27. *De campanis, tintinnabulis, horologiis, & tubis, an & quando antiqui habuerint, & in quem uſum diverſæ Nationes habuerint ? Campanarum mira potentia.*

Caput 28. De *clepſydris.*

Caput 29. De *coma : ea detonſa, cui dicarent peregrinantes ? Raſura capitis, argumentum lugentis, in funere caput tondebant, aliter Romani Monachi, & Clerici raſo erant vertice, Raſura Morionum, ac Servorum propria. Romani erant capite intecto, Raſura quo tempore in Gallia inventa.*

Caput 30. *De Barba. Illam Romanos aluiſſe, quo tempore radi cœperint ? dies quibus adoleſcentes ponebant. Juvenalia dicti, quid Græci ? Modi tollendi crinium ſylvam , quando radi deſierint. Clerici olim raſi.*

Caput 31. De adoratione, & *oſculis priſco ævo receptis. Principes olim adorandos ſe præbebant, atque iis conceſſi flamines, & Sacerdotes etiam fœminis, mos jurandi per nomen Principum. Ritus ignem ipſis præferendi oſtenditur.*

Caput 32. De *potentia, & magnificentia Romanorum in ludis, donis, & operibus publicis.*

Caput 33. De *ſervis, eorumque multitudine apud antiquos, ut & diſcrimine, Signa Dominorum cuti, etiam fronti eorum primebantur. Quorſum Servorum tanta multitudo? Stigmatici litterati, Diſpenſatores Lecticarii cur plerique ſic dicti?* De *manumiſſionibus Servorum, quo anno Iudæi libertatatem aſſequebantur, quomodo à liberis veſte diſtinguerentur.*

Caput 34. *De natura, & ſagacitate Cervorum: qui longiſſima vita.*

Caput 35. De *ſolertia caprarum, & natura, illæ ceu ſpecies Idoli à Gentilibus colebantur.*

Caput 36. De *mira ſolertia Elephantum, commendantur ab intellectu ſermonis patrii, ab obedientia, gratitudine, æquitate, memoria, acumine ingenii, aptique ad omnes artes, & belli: reperti Elephantes funambuli, & periti ſcriptura.*

Caput 37. De *ranis, earum aſtu, & pugna cum lucio piſce.* De*que Ranis Ægyptiacis.*

Caput 38. De *natura, & ſagicitate equorum, qui commendantur à docilitate, fide, pietate.*

Caput 39. *De ſolertia canum, qui commendantur etiam à docilitate & pietate.*

Caput 40. *Ritus appingendi canem juxta Janitoris cellam, qui in vinculis?*

Caput 41. De *Simia: quî capiatur.*

Caput 42 *Promiſcua & propria nonnullorum animalium, natura & ſolertia.*

Caput 43. *Hominis conſideratio quæ expenditur à vitiis & pravis affectibus, quibus obnoxius eſt.*

Caput 44. *Mos excuſandi injurias, & redeundi in gratiam apud Romanos, Viriplaca* Dea *inter conjuges reconciliationis. Iræ funeſti effectus.*

Caput 45. *Ritus amicitiæ ſanciendæ apud nonnullos Gentiles, ut & fœderis, morienti dextram dabant. Ritus jungendi dextras etiam Hebræis uſitatus.*

Capud 46. *De fontibus fidem tantùm non ſuperantibus.*

Caput 47. *De Lapidibus quædam ſingularia, & miranda.*

Caput 48. *Alea uſus veteribus non incognitus, & quî vetitus, Alearia amicitia, quæ?*

Caput 49. *Lingua veterum Gallorum quæ?*

Caput 50. *De Germanis eximia nonnulla & ſingularia.*

Caput 51. *De variis ſuppliciorum generibus apud veteres.*

Caput 51. *Funerum apud Romanos, & alias gentes diverſa genera, deque eam ob rem luctu, variiſque ad ea Ritibus.*

Caput 53. *De Bacchanalium origine, & amentia: quæ tamen exinde eliminata, ſed ad Chriſtianos priſcos illa derivata, poſteà ad alios, & præſertim Gallos, apud quos tandem Perſonatus interdicti.*

Digitized by Google

INDEX CAPTIVUM.

Caput 54. *De Iuvenalibus, deque Adoptione per Comam.*

Caput 55. *De Saturnalibus, quibus Domini Servis inſerviebant Gladiatores, & Quæſtiones in menſa miſcebantur. Iſtis affines iam dicti ludi iuvenales. De Lupercalibus nonnulla, Ludi Gladiatorii qui? Damnantur à S. Cypriano. D. Chryſoſtomi invectiva contra nudipetas.*

Caput 56. *De maiuma. A quo ſublatum fœdum iſtud ſpectaculum, & à quo poſteà reſtitutum.*

Caput 57. *De Feſtis Quinquatribus, & Lageno foriis.*

Caput 58. *De Feſtis Quinquennalibus. quando & à quo inſtituta? Decennalia quæ?*

Caput 59. *De alio laſcivia ludo, quo perſenati per compita Urbium velut inſani diſcurrunt.*

Gaput 60. *De luctu apud Romanos, deque mutatione veſtis, atra mœroris indicium. Rei capitalis noxæ barbam, & comam alebant. De Ritu collocandi mortuos.*

Caput 61. *Mira, animæ rationalis vis in corpus. Et ſtupenda eius rei exempla.*

Caput 62. *De prodigioſis hominum apparitionibus ſub forma brutorum animantium.*

Caput 63. *Rurſus diſcutitur an verè homines in beſtias transmutentur.*

Caput 64. *Reſpondetur argumentis, & exemplis per eos productis, qui adſtruunt veram hominum in beſtias fieri metamorphoſim.*

Caput 65. *An translatio perſonarum de loco ad locum verè fiat, an verò per illuſionem. Hiſtoria recens ſuper hac re.*

Caput 66. *De Noctambulis, id eſt, iis qui ſomno oppreſſi noctu ambulant. Mira de iſtis Hiſtoria.*

Caput 67. *De morbo imagineſe, ſive de iis qui patentibus oculis dormiunt. Corybantiare quid? Alteratio ſenſuum in ebriis.*

Caput 68. *De Imaginibus, ſive de antiqua Romanorum nobilitate. Cuiuſui Imagines iſtæ? Vbi poſitæ? Ex qua materia? Quibus conceſſa?*

Caput 69. *Ratio cuſtodiæ Reorum apud antiquos. Quotuplices?*

Caput 70. *De Capſariis puerorum: vox illa examinata. Chriſtiani olim dicti Capſarii.*

Caput 71. *De tyrocinio, & toga virili, quæ publicè & ſolemniter data. Tyrocinii & Candidatus voces expenſæ.*

Caput 72. *De hortis penſilibus.*

Caput 73. *De bonis quæ advenis Legatis aut militibus donabantur apud Gentiles.*

Caput 74. *De Ritibus adoptionum, & diverſis earum ſpeciebus.*

Caput 75. *De miris proſtibulis apud Romanos. D. Ludovicus Galliarum Rex totis ſui Regni finibus, & Sixtus V. Pontifex Max. è Provinciis ſuis lupanaria exegerunt. Sequutores qui? Theodoſii & Iuſtiniani Edictis etiam Interdicta ſuper hac re.*

Caput 76. *De luxu mulierum Romanarum ſtupendo, ſcilicet in margaritis & unionibus, ac veſtibus. Immenſus Cleopatræ Reginæ Ægyptii in una cœna luxus.*

Caput 77. *Origo auri & argenti: Pecunia quando ex iis ſignata? Illa, primùm è corio, plumbo, ferro, ære.*

Caput 78. *De Idolo Carthaginenſium, Cœleſti dicto.*

Digitized by Google

INDEX CAPTUM.

Caput 79. *De iure Aſyli, ſive Immunitatis: illius origo ab antiquis repetita, quid de hodierni ævi Immunitate?*

Caput 80. *De principiis Caſtrorum, & Aquilis, quæ priſcis in veneratione, à quibus lætum aut ſiniſtrum omen capiebant.*

Caput 81. *Inſignia Regum & Principum qualia olim? eorum cultus & ambitio mira.*

Caput 82. *Crudelitas nonnullarum gentium in immolandis hominibus, adeòque propriis liberis aqua mergendis, aut exponendis.*

Caput 83. *De priſco Recitationis uſu.*

Caput 84. *Amazonum origo, ſtudia, ethymon.*

Caput 85. *Cancellarii dignitas qualis? & illius origo.*

Caput 86. *De actis, eorumque origine, ac diſcrimine.*

Caput 87. *De priſco veterum more, quo verba facturi priùs ſcriptis mandarent, quàm dicerent.*

Caput 88. *Uſus conſulendi Senatum per Principes priſcos. Mos recitandi Senatuſconſultum.*

Caput 89. *De more, & ordine rogandi ſententias in Senatu, deque ratione aſſentiendi, & libertate dicendi.*

Caput 90. *De montibus flammigeris, mira de monte Veſuvio. Hiſtoria recens de terra motu: alia recentior in Calabria.*

Caput 91. *De officio Ædilium apud Romanos.*

Caput 92. *De more appendendi dicandique proprias effigies, ſtatuaſque, ac pictas tabellas in templis Deorum, apud Romanos.*

Caput 93. *De notis, id eſt ſcripturis compendio exaratis, quibus veteres verba ex ore proferentis pari celeritate excipiebant: deque uſu ſcribendi res occultas per Notas.*

Caput 94. *Romani intecto erant capite. Servis exceptis. Pilei inventum, an recens? is pileus ſervorum manumiſſionis Symbolum cum veſte alba, calvitium veteribus ignominioſum.*

Caput 95. *De medicina, illiuſque inconſtantia, diu Romæ neglecta ad Servos ablegata. Exhortantur Medici. Actio datur contra imperitos.*

Caput 96. *De Geniis nonnulla, & quomodo varii: præfuiſſe illos hominininibus, Urbibus, Regnis, Provinciis, locis omnibus credidit antiquitas.*

Caput 97. *De Sybillis: quibus in rebus potiſſimùm conſulerentur; earum vaticinia; qui illas cuſtodirent, quot illæ erant numero? Chriſtiani olim dicti* Sibylliſtæ, *& quare?*

Caput 98. *Fulminis natura, & effectus mirabiles.*

Caput 99. *De Muſica & cantu, illorum effectus, & origo, ac uſus in Convivis. Aſſe voce canere, quid?*

Caput 100. *An vinum natura potiùs ſit frigidum, quàm calidum, cur fulmine gelatum dementes reddat? cur hilaritatem conciliet; helluones minus diù vivunt, vini incommoda, ejus uſus quomodo probetur?*

Caput

INDEX CAPITVM
PARTIS SECVNDÆ.
CAPVT I.

AN Chriſtiani nonnullos ſuos ritus ſumpſerint à Paganis, & quos? De cereis, & lichnis, vaſis miniſterialibus aureis, & argenteis, & iſtius materiæ imaginibus & ſtatuis. De aqua luſtrali. De diris proſcriptionibus, quas excommunicationes vocamus. Feſtis diebus, vt templa Paganorum, ità Chriſtianorum lauro, frondibus condecorantur, ab Ægyptijs multa ad nos tranſlata, de ſecta Flagellantium.

Caput 2. De velis ante limina Templorum, Ararum, Imaginum: admiſſa illa ab omni æuo ab Eccleſia Catholica, & longo vſu recepta, de columbis aureis, & argenteis, deque Imaginibus ab omni æuo admiſſis.

Caput 3. Superſtitiones Gentilitiæ ad veri Dei cultum conuerſæ. Vnde vt Parentalia apud Romanos, & ad funera faces, ità Chriſtianis olim epulæ ad Martyrum ſepulchra, & conuiuia ſuper tumulos defunctorum deferebant, ad quorum funera etiam faces adhibebant.

Caput 4. Veteres antequam menſæ accumberent Deos ſuos inuocaſſe. Chriſtianos olim, & nunc Deum verum inuocare ſolitos, ſed & Crucis ſignaculum cibo, ac potui præmiſiſſe, Traditionibus Eccleſiæ credendum. Vſus Signi Sanctæ Crucis quàm antiquus in Eccleſia Dei.

Caput 5. De cereis ac lychnis ante Deorum ſimulachra. Vota obſignabant Ethnici, coram genubus Deorum affig[e]ntes, & quare genubus? Templa ipſis conſecrabant, atque aras floribus exornabant? In funeribus cereis vtebantur. Lucernæ in Templis antiquorum Chriſtianorum.

Caput 6. De clypeis, & vſu eos ponendi in templis Paganorum & Iudæorum, etiam Bibliothecis, eos fuiſſe aureos, & [illegible] ferrent à Scutis? De cereis in Feſto Purificationis B. Mariæ adhiberi ſolitis, eiuſque origo, [illegible] Circumciſionis, alijſque Paganorum ritibus ad nos tranſlatis.

Caput 7. Qui Præſulibus ac Sacerdotibus olim delati honores fuêre, iiſdem ferè Ethnicos ſuos decoraſſe Pontifices & Sacerdotes. Veſtalibus antiquis coma detonſa vti apud Parthenones noſtri temporis.

Caput 8. Quemadmodum Lucernæ & laurus ædibus priuatis apponi ſolita, ità etiam Sacris in publica præſertim lætitia vt & in Templis etiam Chriſtianorum lucernæ, cerei, flores, ramuſculi, & his ſimilia.

Caput 9. Vſus tonſuræ Eccleſiaſticæ, vt & coronæ. Vnde illius origo? qui differat antiqua ab hodierna? Edictum ne Clerici comam nutriant.

Caput 10. Vt natalis dies aſſumpti ad Imperium olim Feſtus erat, ita etiam dies quo Præſul ad Præſulatum fuerat aſſumptus.

Caput 11. De modo applaudendi Epiſcopis ex ritu priſco Imperatoribus, & recitantibus vulgò occlamandi. Forma Electionis antiqua Epiſcoporum.

Caput 12. De annulis profanis, & ſacris: Illi diuerſi generis: Licet pro tempore infrequentes.

Digitized by Google

Inter Sacros Pronubus *conſideratur. De annulis B. Virginis, S. Vrſulæ, quid apud Chriſtianos primitiuæ Eccleſiæ, vbi aſſeruentur? De honorario annulo, qui aurei, quibus conceſſus, quid palis inſcriptum?*

Caput 13. *De ſeruis Chriſtianorum, qui frequentes Monaſterijs & Eccleſijs Canonicorum, quibus priſco æuo donati, in quo numero. Mitiùs tractabantur quàm ſerui Ethnicorum, numerus illorum poſteà minutus, vt & eorum conditio,* Manuſmortua, Cormeda *quid?* Hiſtoux *apud nos ſpecies ſeruitutis priſcæ, & quæ?*

Caput 14. *De origine, inſtituto, atque antiquitate Parthenonum, vulgò Beguinarum. Etymon iſtius vocis. Origo illarum an antiqua?*

Caput 15. *Mos conſecrandi Virgines, quando cœptus? deque Religionis votis tribus, & cur velatæ eſſe debeant? & an Beguinæ Religioſæ ſint? Vſus Balneorum frequentiſſimus olim conceſſus Monialibus, & an Simonia ſit aliquid accipere pro ingreſſu in Beghinaſium?*

Caput 16. *De modo ſumendi olim ſanctiſſimum Chriſti ſanguinem in Miſſa per fiſtulas. Quaſitum ex qua materia tunc calices? deque modo communicandi inter laicos ſub vtraque ſpecie. Illam Diacono offerebant, per Sacerdotes conſecrandam. Origo feſti. Venerabilis Sacramenti adſcribenda Leodienſibus.*

Caput 17. *De duplici menſa in Eccleſia primitiua inter Chriſtianos vſitata: Deque illarum Miniſtris: in quibus Diaconi, item mulieres aſſiſtentes, quæ* Diaconiſſa, *Presbyteræ, Epiſcopæ, & quæ illæ, deque modo offerendi panem & vinum, atque iterum de modo antiquitùs communicandi.*

Caput 18. *De more luminis ſumendi ad lectionem S. Euangelij, etiam ſole rutilante. De cereis, & lychnis vel clara luce, in Eccleſijs priſcorum Chriſtianorum accenſis.*

Caput 19. *De Chaldeis, Mathematicis, ſiue Prognoſticis, qui futura prædicunt è Republica pellendis, ſuper quo extant notabiles Sixti V. & Vrbani VIII. Pontificum Max. Conſtitutiones. Damnantur à SS. Patribus qui artes illas profitentur.*

Caput 20. *De priſcis Veſtalibus ac Origine illarum: aſſigna[illegible] illis pœna ignis extincti; alia, ſi proſtitutæ virginitatis conuincerentur. Quis honos ijs habitus? capi cur dicerentur? cuius ætatis eligebantur? Veſtalis maxima quæ?* Sceleratus campus, *quis?*

Caput 21. *De Canonicorum, & Monachorum habitu: qualis olim? & de ſacris Sacerdotum veſtibus, varietas illarum reprehenditur, & mutationem ſtatus deſignant hanc Cardinalis Bellarminus damnat.*

Caput 22. *Canonici, an & quando vſi fuerint communi conuictu? & quo æuo cœperint propriâ quadrâ viuere? quibus primùm in locis cœpta hæc mutatio, Præbenda Canonicorum quando inſtituta.*

Caput 23. *De Conſuetudine, & vſu canendi, tam in veteri teſtamento quàm nouo. Cantores qui* Fabarij *dicti? De tempore primitiuæ Eccleſiæ, quis canendi modus? Muſicis etiam inſtrumentis vtebantur, Hæretici reprehenduntur.*

Caput 24. *Conſuetudo malè imprecandi apud Iudæos, quæ? & qualis? deque ſciſſione veſtium apud eos.*

Caput 25. *De miris ſectionibus proprij corporis in Sacrificijs apud Gentiles, quæ Iudæis interdicta.*

Caput

Caput 26. *De Religioſis Synagogæ, & quotuplices?*

Caput 27. *Origo & vſus Synagogæ apud Iudæos? Oratoria apud illos quæ?*

Caput 28. *De Phariſæis, Scribis, Legiſperitis, & Legiſdoctoribus apud Iudæos, Seminaria Prophetarum à Samuele.*

Caput 29. *De cellis in templo Salomonis: Mulieres diſtinctæ erant à Virginibus: B. Mariæ Virgini locus inter Virgines, etiam poſt Chriſtum editum deſtinatus. Carolus magnus ſpatia Templorum diſtinxit.*

Caput 30. *An proprius olim fuerit nummus ad penſitationem tributi? Triginta argentei quibus* Chriſtus *Dominus fuit venditus quales?*

Caput 31. *Mos imponendi nomina apud antiquos, & quot ipſis indita? Vnde ſumebantur apud Hebræos? Cereorum vſus in hac re. Luſtrici dies? qui* Nominalia *Tertulliano dicti. Adoptati ab Adoptante nomen ſumebant.*

Caput 32. *De Tabernaculo in veteri lege, de Sancto Sanctorum, deque Arca fœderis, & ornamentis eorum, denique de Excelſis: deque Templo, illiuſque excidio.*

Caput 33. *Iterum de Synagogis, illarum etymon, & multitudo, & diuerſitas, & qui differant à Templis Iudæorum? An Synagoga aliquando defecerit à fide.*

Caput 34. *De Votis eorumque ritibus tum ſacris, tum prophanis. Votum Iephte an fuerit licitum? Quæ conditiones requirantur ad votum licitum?*

Caput 35. *Qui in veteri lege Prophetæ? Ratio per eos conſulendi Deum, Tripliciter loquebatur Sacerdotibus & Prophetis: de Oraculo, & diuerſitate Prophetiarum. Qui diſtinguantur Prophetæ à Doctoribus?*

Caput 36. *De ordinarijs Synagogæ Miniſtris, qui Leuitæ, Sacerdotes, Pontifices?*

Caput 37. *Nonnulla de Paſchate.*

Caput 38. *Lunulæ harum Regionum, an originem duxerint à Paganis?*

Caput 39. *Columba in qua tertium diuinitatis Numen deſcendit in Chriſtum poſt Baptiſmum, fueritne verum animal? Explicatio Verſ. Dauidis:* Si dormiatis inter medios Cleros pennæ columbæ deargentatæ.

Caput 40. *De ſaltationibus ante fores Baſilicarum, pro vſu veteris æui ſublatæ per S. Auguſtinum; qui & ſuſtulit Citharas, Conuiuia, atque choreas in feſtis SS. Martyrum & aliorum.*

Caput 41. *Exequiarum ſeu funeris ratio apud priſcos Chriſtianos, illi corpora aromatibus condiebant. & quomodo? Olim extra Vrbium mœnia corpora mortuorum ſepeliebant. Eiulationes antiquorum, tempore naſcentis Eccleſiæ ſublatæ, Pſalmorum cantus, & ceres adhibebantur.*

Caput 42. *Origo benè apprecandi in ſternutamentis, deque cultu S. Crucis.*

Caput 43. *Catholicorum orandi ritum diuerſimodum, & antiquiſſimum, licet moderni irridant hæretici, attamen vti laudatiſſimum probat Eccleſia. Gentiles, & Iudæi, & alij, cur ad Orientem orarent? poplite etiam flexo veteres oraſſe, imò & manibus poſt terga reuinctis. Mulieres capite velatæ, & à viris ſeparatæ orabant.*

Caput 44. *Rurſum de ritu orandi & ſalutandi B. Virginem Mariam per Roſarium. Item de Signo S. Crucis, quos ritus impugnant Hæretici: Chriſtiani olim* Religioſi Crucis *vocantur.*

Caput 45. *De varijs adoptionibus & de illis quæ per Capillos fiebant.*

Caput 46. *Hebræi in Nouilunio feſta celebrabant, & quare? Explicatio verſ. Dauidis,* Buccinate in Neomenia tuba, *Gentiles Lunam colebant. De feſto Tubarum.*

Caput 47. *Explicatur verſus Dauidis:* Homines, & iumenta ſaluabis Domine. *Quæſitum cur ante diluuium homines longioris vitæ fuerint?*

Caput 48. *De vſu campanarum, & qui ad diuina Chriſtiani in exordio ſurgentis Religionis conuocarentur, deque benedictione Campanarum, & quid de panibus quos* Eulogios *vocabant, denique de Amuletis, ſiue Agnis Dei.*

Caput 49. *De vſu oſculandi pedes SS.* Pontificum, *an ſit nouum inuentum? & varia de oſculis quæ ſymbola ſunt amoris. Imperatores, ac Principes Epiſcopis occurrentes, pro ritu deferebant oſcula.*

Caput 50. *De Miſſa, illius etymon, deque Papali, illiuſque cerimonijs. Angeli ſacrificanti aſsiſtunt. De communione antiquorum ſub vtraque ſpecie etiam per calamum ſiue fiſtulam.*

Caput 51. *Flabella cur Summo Præſuli Romano celebranti adhibeantur?*

Caput 52. *De origine, & cauſa* Circumciſionis *apud Iudæos, an apud illos ſolos conſiſteret? & cur inuenta?*

Caput 53. *De Eunuchis, eorumque* Principibus, *ſeu Præpoſitis, & vtrum Daniel Propheta verè fuerit Eunuchus? Apud Romanos frequentiſsimus eorum vſus.*

Caput 54. *Quis primùm delubra ac templa excitauerit, deque Templo Salomonis auguſtiſsimo. Illud poſteà mirè profanatum.*

Caput 55. *De Scrutinijs, &* Catechumenis, *eorum ſpeciem retinet Eccleſia Leodenſis.*

Caput 56. *De vſu* Baptiſmatis *in primitiua Eccleſia, & quæ in illo Ceremoniæ antiquæ?*

Caput 57. *De Cardinalium etymo, origine, & dignitate, illorumque encomijs.*

Caput 58. *De multiformi Romani Pontificis electione.*

Caput 59. *Antiquos neque thus, neque victimas Dijs ſuis obtuliſſe, ſed folia, præſertim lauri. Iudæi ad Solem Orientem orabant, ramos lauri manibus geſtantes.*

Caput 60. *De conſuetudine velandi capita mulierum apud veteres. Ethnici velati circuibant Aras.*

Caput 61. *De varijs formis Purgationum apud veteres, & de hodierno iure Purgationis.*

Caput 62. *Quæſitum, vtrùm Salomon ſit in album Sanctorum relatus? diſcutitur affirmatiua, & negatiua, tandem declaratur rem in incerto verſari, & iudicio Eccleſiæ relinquendam eſſe.*

Caput 63. *Rurſum de Salomone vtrùm ille fuerit ſapientior Adamo?*

Caput 64. *Vtrùm* Chriſtus *Dominus Flagro quod in Templo parauerat eiecerit homines negociatores, an verò tantum animalia?*

Caput 65. *An vnctio Regum imprimat characterem? & an Reginæ inungantur? formula inungendi Reges.*

Caput 66. *Rurſum de Inaugurationibus & vnctionibus Regum atque* Pontificum *apud Iudæos.*

Caput 67. *De iure Sepulchrorum Rom. deque eorum Religione, ac circuitionibus.*

Caput

Digitized by Google

Caput 68. *De Reuerentia apud priſcos Templis, & Delubris exhiberi ſolita: quod teſtimonijs Paganorum, & Catholicorum comprobatur. Fontes in illorum veſtibulis. Cultus Martyrum in templis Chriſtianorum. Templa Gentilium* Delubra *dicebantur.*

Caput 69. *Rurſum, de cultu Templorum & maximè apud priſcos Iudæos, de Hieroſolymitano Templo quo tempore illud ædificatum, nefas loqui in templorum veſtibulis, oſcula ijs dabantur, etiam apud Ethnicos.*

Caput 70. *De interioris Templi reuerentiâ. Calceos in illorum veſtibulis ponebant. Victimæ quales? quali innocentia templa ingreſſari eſſe deberent ? taxantur qui illis abutebantur Mira Imperatorum reuerentia erga Templa. Magnificentia in illis minùs reprehendenda; etſi Hæretici illam improbent.*

Caput 71. *De circuitu priſcorum circa aras & Idolorum adorationem, deq́; lotione manuum antè Sacrificia, & vota, adeoq; ſacrorum librorum contrectationem. Aræ quales olim.*

Caput 72. *Cur veſti ſacræ antiqui Sacerdotis Hebræi appenderentur campanulæ? deque alijs antiquæ legis ornamentis, & quid illa ſignificarent?*

Caput 73. *Cur de Chriſto Domino haud fuerit dictum parentibus ſuis non fuiſſe ſubditum, antequam in Templo docuiſſet.*

Caput 74. *Vigiliarum ratio, quàm antiqua, & ritus earundem, quicquid blaterent Hæretici?*

Caput 75. *Rurſum de Vigilijs ſacris: quo tempore natæ, & denatæ ſint? ritus pſallendi olim in Eccleſia cum Secularibus ſublatus, cur ſola Vigilia Epiphaniæ careat ieiunio?*

Caput 76. *De ieiunio Eccleſiaſtico: vnde ortum? & cur illud ſubſannent Hæretici. Rurſum de Sacris Vigilijs his annexum erat Ieiunium. Illud etiam Ethnicis receptum.*

Caput 77. *De noxarum expiatione per corporis caſtigationem, texantur hic Hæretici.*

Caput 78. *Apud Hebræos, nonnulloſq; alios haud ignota conſuetudo de condendis ſuis Gazis in Sepulchris mortuorum, deq; forma illorum.*

Caput 79. *De primitijs, & Oblationibus: Nouatores Liuoris arguuntur. Sacerdotibus legis antiquæ optimè proſpectum.*

Caput 80. *De officio diuino, eiuſq; inſtitutione. Cantus in Eccleſia quando cœptus, in veteri lege etiam vſitatus. Cur non cantetur niſi Hebraica, Græca, Latina? Officium qui diuidatur? Ad illud ritè perſoluendum monentur Canonici à Concilio Aquenſi, & à S. Bernardo, &c.*

Caput 81. *De barba Sacerdotum, deq; comam nutrientibus, Clerus Leodienſis olim barbam raſitabat. Comam alere citeriori æuo nefas.*

Caput 82. *Apud Iudæos quis, & apud quos vſus raſuræ barbæ, & tonſionis capillorum fuerit? Ægyptij, & Gentiles, cur forma rotunda caput attondêrent?*

Caput 83 *Polygamia apud veteres, quando tolerata: & qui illam admiſerint?*

Caput 84. *De Conuiuijs priſcorum Chriſtianorum pauperibus exhiberi ſolitis, deq; alijs miranda in illis abſtinentia. Lotio pedum antequam accumberent. Sumptio Sacræ Euchariſtiæ poſt cœnam: qui mos poſtea exoletus.*

Caput 85. *De lotione ante ingreſſum Templi tempore primitiuæ Eccleſiæ, & de ſacrificijs Paganorum, qui lota iumenta Dijs ſuis offerebant.*

Caput 86. *Rurſum de lotione ante ingreſſum in ædes ſacras, quam ob cauſam orta lotiones etiam Hoſtiarum?*

Caput 87. *De Cœmiterijs quæ olim priſco æuo, & quæ tempore primitiuæ Eccleſiæ inter Chriſtianos, & quibus in locis? Cœmiterium Priſcillæ mirabile. Angeli inibi concinuêre. D. Hieronymus viſitat Romæ Cœmiteria, cuiuſmodi illa.*

Caput 88. *De certis ſuppliciorum generibus, quibus affecti SS. Martyres. Chriſtiani cur tempore primitiuæ Eccleſiæ dicti* Sarmentitij?

Caput 89. *Dedicationis Eccleſiarum origo quid apud Iudæos? taxantur Hæretici. Dedanda Eccleſijs dedicandis, vt & titulus. Sylueſter Papa primus auctor in Eccleſia Catholica Dedicationis Baſilicarum. Immunitas debetur Eccleſiæ etiam non conſecratæ.*

Caput 90. *An tempore primitiuæ Eccleſiæ fuerit vſus ius dicendi per Epiſcopos? quid inter Laicos? D. Auguſtinus ius aſsiduè dicebat. Valentinianus Imper. ob violatam Iuriſdictionem Eccleſiaſticam, miſerè perijt?*

Caput. 91. *Imaginum cultus in Eccleſia Dei antiquiſsimus: veneratio earum in accendendis luminaribus. Hæreticorum contraria argumenta eleuantur.*

Caput 92. *Adſtruitur, cultum Imaginum eſſe licitum, etiam probari id miraculis in Imaginibus Chriſti Domini, eiuſq; S. Crucis B. Mariæ Virginis ac aliorum Sanctorum.*

Caput 93. *De origine Monachorum tempore primitiuæ Eccleſiæ, illorumq; progreſſu, abſtinentiâ, vitæ Sanctimonia, ac longæuitate, poſteà remiſsior illorum vita, quæ reformata per Auguſtinum, & alios qui vitam illorum reprehendebant. Exemptiones laxioris vitæ præbent occaſionem.*

Caput 94. *Monaſteria cur antiquitùs dicta* Sanctuaria? *Monachorum olim veſtitûs ſimplicitas. Hæreticorum error exiſtimantium inſtitutum Monachorum eſſe nouum.*

Caput 95. *De ſeruis & mancipijs qui tempore primitiuæ Eccleſiæ Eccleſiaſticis donati, libertate donabantur.*

Caput 96. *De manumiſsionibus Seruorum in primitiua Eccleſia.*

Caput 97. *De Annulis adhuc nonnulla. Aureorum vſus quando inuentus? Plinius reprehenditur. Ordo equeſtris ab alijs per annulum diſtinctus.*

Caput 98. *De ſacris Iudæorum Nudipedalibus: quæ rebus dubijs indicebantur: quibus vſus S. Paulus.*

Caput 99. *Iubilæi ratio: illius origo apud Iudæos, quando à Chriſtianis vſus receptus ſit: & quibus annorum interuallis indicatur?*

Caput 100. *De Immortalitate hominis in ſtatu naturæ conditæ, & an virtute ligni vitæ, in ea perdurâſſet, & an hæc fuerit naturalis? diſcutitur admiranda ligni vitæ facultas. Quorſum Adam è Paradiſo eiectus?*

AP-

APPROBATIO.

HIc Liber, titulo ſuo digniſsimus, præfert Facem omnibus antiquitatis Studioſis, & ſplendoris ſui beneficio Hiſtoriæ, tum ſacræ, tum profanæ adyta colluſtrat, abdita patefacit, obſcura pandit, difficilia & inuoluta explicat, mirâ breuitate & perſpicuitate. Itaque, vtiliſsimum iudico, hanc Facem in publico exponi poſſe, vt luceat omnibus. Datum Leodij in Conuentu noſtro Fratrum Min. Recoll. hac 28. Auguſti, 1650.

F. BARTHOLOMÆVS D'ASTROY,
eiuſdem Conuentus Præſes.

Digitized by Google

ILLVSTRI VIRO,

D. IOANNI A CHOKIER DE SVRLET,

Canonico, ac Vicario Generali Leodienſi, Abbati Secularis Eccleſiæ Viſetenſis,&c.

Hiſtoriarum Face Orbem illuſtranti,& ignorantiæ tenebras,ſuo fulgore propulſanti S.D.

AN velut occiduis dum Sol immergitur vndis
Deficit,& languens non niſi lumen habet:
An velut effœto dum corpore membra fatiſcunt,
Non etiam animus qui fuit ante, manet:
Sic tibi Docte Senex,cùm iam prouectior ætas
Vergit in occaſum,luxque calorque deeſt?
Abſit vt illuſtri præclara Senecta Iuuentæ
Cedat,& in metâ degener eſſe velit.
Moribus,ingenio, natalibus officijsque
Te dedit Illuſtrem prouida cura Dei.
Roma corruſcantes radios mirata Iuuentæ
Senſit lumen ab hac luce micare ſuum.
Ipſaque tam cerebris digniſſima Filia matris
Legia,non ſolitum vidit adeſſe iubar,
Illuſtris quando factus Collega Senatus
Principis es Summi iuſſus obire vices,
Quid memorem toto latè fulgentia mundo
Scripta,vel ingenij tot monumenta tui?
En noua FAX accenſa tuæ ſub veſpere vitæ,
Hiſtoriæ illuſtrans SACRA & PROFANA ſimul.
Hiſtoriæ Labyrinthus erat vix peruius vlli,
Vixque per anfractus mille patebat iter.
Hac FACE in Hiſtoriæ ſi quis penetralia pergat,
Nec labyrinthus erit,nec labor intus erit.

F. B. D.

IOAN-

IOANNIS A CHOKIER DE SVRLET,

Canonici, ac Vicarij Generalis Leodienſis

FACIS HISTORIARVM,

Siue antiquorum Rituum cùm Profanorum, tùm Sacrorum,

CENTVRIA PRIMA.

CAPVT I.

Sermones qui in Conuiuijs adhibendi? Menſæ Conuiuiorum quales? Quæſitum, vtrum Sexagenarij apud Romanos ius ſuffragij habuerint? Sponſio ſuper eâ refacta. Affirmatiua viſa fortior; etſi non deſint contra illam validiſſima argumenta. Actio datur ex Sponſione.

OCtogeſimum propè ætatis meæ annum continuis curis occupatum, his ſtudiorum ludicris in otio quandoque verſantem, vnus aliquis me fortaſſe reprehendet. Verùm æquior forſan alius in alia, vt ſpero, ibit, omnia cenſebitque negotioſos quandoque viros otioſis ſimiles acroamata ſerijs miſcuiſſe, quemadmodum decus illud Philoſophorum Ariſtoteles, qui lepidas exercitationes Philoſophicas partiri ſolebat in ferias, quæ poſt meridiem legebantur. Nimirum, vt quam ingenij vim abſumpſerant ſeria, facetiora inſtaurarent, & vt Iuriſconſultorum vtar verbo, redintegrarent. Cœpiſti iam Lector ſenſum meum, modò iſtius farinæ ſcripta lege, ſed defecatus à curis. Stylum itaque ſumo, & ſub illius acumen committo, proponoque quæſtionem non illepidam, & aptam menſis lubentiarum. Sermones enim in ſympoſijs habendos eſſe dictitabat M. Varro apud A. Gellium, nō ſuper rebus illepidis, ſed iucundis. Verba M. Varronis ſunt iſta: *Nec loquaces*, inquit, *conuiuas, nec mutos legere oportet, quia eloquentia in foro & apud ſubſellia, ſilentium verò, non in conuiuio, ſed in cubiculo eſſe debet. Sermones igitur id temporis habendos cenſet, non ſuper rebus anxiis, aut tortuoſis, ſed iucundos, atque inuitabiles, & cum quadam illecebrâ, & voluptate vtiles, ex quibus ingenium noſtrum venuſtius fiat, & amœnius.* Ita ille.

Lib 13. cap. 11. Noct. Attic.

Dice-

Dicebātur autem iſti ſermones à Græcis *ζητήκεια κυλίκεια*, teſte Polluce, quæſtiones pocillateriæ, quæ inter pocula proponebantur: de quibus quoque Macrobius Saturnal. lib. 1. cap. 1.

Ecce autem cùm nuper cuidam familiari adeſſem conuiuio, cœptum è re natâ ſermocinari cum docto Conuiuatore de Iure ſuffragiorum Populi Romani, idq; non illibente audientium & conuiuantium coronâ, & inter cætera: ***An Sexagenarij habuerint ius ſuffragij*** apud Romanos.

Aſſerebam equidem Sexagenarios non caruiſſe ſuffragij iure; contrà ille con-
De Verb. ſignif. tendebat, nempe non licuiſſe Electionibus, alijſque publicis rebus ſuffragium ferre, ſuæque ſententiæ probandæ laudabat Sex. Pompeium, apertè oſtendentem *Sexagenarios de ponte deijci ſolitos*, propterea quod ſuffragium non ferrent quod per pontem ferebatur. Verba Feſti niſi graue ſit audiamus. *Sed & exploratiſſimum eſt illud cauſa*, inquit, *quo tempore primum per pontem cœperunt Comitijs ſuffragium ferre, iuniores conclamauerunt, vt de ponte deijcerentur Sexagenarij, qui iam nullo publico munere fungerentur, vt ipſi potius quàm illi deligerent Imperatorem.* Ità ille.

Adag. Sexagenarios de ponte. Inſuper producebat alium adſtipulatorem, Eraſmum ſcilicet, cuius auctoritate ipſe me, ceu hoſtis amentatus cœpit oppugnare, adeoque conflictari, adeoque ſponſione laceſſere. Ad quod cum omnes os, ego etiam cachinnum ſuſtuliſſem, ſcribatur inquam, vtriuſque noſtrum aſſertio, & nobis ſubſcribatur. Ità porrò factum, & quæſtionis iſtius illecebra delectatus fori Eccleſiaſtici tum præſens Iudex Officialis, arbitrum, & cognitorem ſe illius præbere voluit, certo etiam inter nos propoſito pignore.

In hac autem Sponſionis cauſa, quin iudicium, ac potius arbitrium oriri poſsit, haud eſt ambigendum. Iuris enim eſt non incerti ex ſponſione dari actionem, ſi interpoſita ſit, vt hic erat, ſtipulatio: puta tam condictionem certi, ſi certa ſit,
In l. A. Titio 105. ubi. Zaſius nu. 6. ff. de Verb. ſig. quam ex ſtipulatu ſi incerta, ex reſponſo Iuriſconſulti. Sponſionem autem hic accipimus, cùm quis interpoſita ſtipulatione, certum quid promittit, niſi ità ſit, ſicut affirmat, cuius rei elegans exemplum extat apud Plinium de Sponſione
Lib. 9. cap. 36. Cleopatræ contra M. Antonium, & apud Valer. Max. de Sponſione Valerij
Lib. 2. contra Luctatium, fuitque ſemper in honeſta cauſa ſponſio permiſſa ex l. Titia, & Cornelia, quemadmodum Marcianus *Lib. 5 Regul.* ſcribit.

Quæ cùm ita ſint, videamus nunc vter Sponſione vicerit, an qui negat Sexa-
L. 3. Cod. Qui ætate ſe excuſ. genarijs licitum fuiſſe ferre ſuffragium, an ego qui affirmo. Pro fundamento ſententiæ negantis, præter laudatos antè auctores, facit illud, quod Sexagenarij inter Senes cenſeantur, eoſque à muneribus ciuilibus, quaſi non idem in ijs maneret animi vigor, Romanos excluſiſſe?

Lib. 4. Epiſt. Facit Plinius: *Extrema tempora*, inquit, *nobis impartiri debemus, vt ipſa leges monent, quæ maiorem annis ſexaginta otio reddunt*, quod probat Seneca: *Sexageſimus* inquit, *annus ab officijs me dimittit*. Et alibi idem Seneca: *A Sexageſimo anno Senatorem lex non citat.*
De Breui. vitæ c. 4. Ibid. c. 20. Vndè colligimus Senatorem Sexagenarium nullo vnquam tempore coactum

in

in Senatum venire, cùm cæteri æratis opportunæ pignoribus captis multâ plecterentur. Ac certè omni æuo Senes ſemper immunes fuêre, & quidem maximo merito: Nam ſenectutis ſors, otium, & quies. Crede Poetæ: *Alex. ab Alex. Genial. dier. 4. c. 11.*

> *—— —— Circumſilit agmine facto*
> *Morborum omne genus: quorum ſi nomina quæras,*
> *Protinus expediam, quot amauerit Hippia mœchos,*
> *Quot Themiſon ægros, autumno occiderit vno.*

Hac ergò ratione moti Romani, Sexagenarios veluti effœtos à Reipub. muneribus arcebant, teſte M. Varrone, de Vitâ Pop. Romani, *cum in quintum gradum*, inquit *peruenerant, atque habebant ſexaginta annos, tum denique erant à publicis negotijs liberi, atque otioſi. Idcircò prouerbij loco apud eos circumferebatur, ſexagenarios de Ponte deijcere.* Vnde, eiuſmodi Sexagenarij, qui de ponte, vt dictum eſt, deijciebantur, *Depontani* dicebantur, teſte eodem Feſto *Depontani Senes*, inquit, *appellabantur, qui Sexagenarij de ponte deijciebantur*. Hinc autem natum prouerbium, quod olim Sexagenarijs ferendorum ſuffragiorum ius non erat, ætate velut à publicis munijs dimiſſa, inquit Parœmiographus. Quam quoque ſententiam probat & ſequitur Franciſcus Hotomannus, vbi ſic in Ciceronis Oratione pro Roſcio. *De l. I.* *Chiliad. 1. Cent. 5. Prouerb. Sexagen.*

Habeo etiam dicere, quem contra morem maiorum, minorem annis lx. *ponte in Tiberim deiecerit.* Ergò maiores annis lx. more maiorum deijci poterant, ſi ſuffragaturi ad Comitia venirent: idemque ſentit Freigius: *More Maiorum*, inquit, *nemini poſt ſexageſimum annum, ſuffragium ferre licebat, aut de Ponte deijciebatur.* Eandemque ſententiam, ac interpretationem probare videtur Macrobius verbis his: *Adimere vis*, inquit, *doctis viris in verborum Comitijs ius ſuffragandi, ac tanquam Sexagenarijs maiores de Ponte deijcere?* Sed & Ouidius: *In d. Orat.* *Lib. 1. Satur.*

> *Pars putat vt iuuenes ferrent ſuffragia ſoli,*
> *Pontibus infirmos præcipitaſſe ſenes.* *In Faſt.*

Pontes autem fuiſſe ad tempus (vt lucis cauſa hoc addam) per quos quiſque è populo ſigillatim ſuffragaturus tranſiret, auctor eſt Carolus Sigonius. Vndè in Suetonio legimus conſpiratores Cæſaris cunctatos, vtrùm illum in Campo Martio ad Comitia vocatum è ponte deijcerent, atque exceptum trucidarent. *De Antiq. iure Ciu. Rom.*

Pro alterâ parte, quæ veroſimilior facit: Si in Senatu licuit illis eſſe, vbi haud dubiè ſpiſſiora negotia tractabantur quàm in Comitijs, quidni in iſtis fas ipſis fuiſſet intereſſe?

Rurſum, cùm Seruius Tullius claſſes diuideret in ſeniores, & iuniores, ijſque Centurias ſuas daret, Iuniorum ætas definita eſt anno 45. qui vero ſuprà, ſeniores dicti, ſine vllo ætatis præiudicio, ergò ad Comitia illis venire licitum. Neque obſtare proverbium *Sexagenarios de Ponte*: quia Feſtus dicit conclamaſſe: ſiccinè ergò factum? nunquid non iocus, aut petulantia potuit eſſe?

Enimuerò, iniquum videretur Sexagenarios plerumque benè de Republ. meritos, & rerum experientiâ claros, Reique publicæ viiles, iure ciuium Rom. priuari, quod ius in eo maximè poſitum erat, vt in ſuâ tribu quiſque ſuffragium ferret. Apud Gades ſcribitur templum Senectuti dicatum fuiſſe, quod eam ætatem tanquam rerum magiſtram venerarentur, quod & oſtendi lib. de Senectute part 1. cap. 10.

Lib de Seneƈt. Denique, de Lacedæmonijs permulta & præclara refert Cicero in perſona Catonis, dum ait nuſquam tantum tribui ætati, quantum apud Lacedæmones, & nuſquam Senectutem eſſe honoratiorem; vt ſanè mirum videri debeat, ſi ſoli Romani, qui Senatum ſuum à Senibus nuncupabant, iure ſuffragij ſenes excludendos cenſerent. Quod autem ex Varrone, & alijs allatum eſt, probare fortaſſis ſolùm id poſſet, Sexagenarios non amiſiſſe ius, aut ad Senatum, aut ad Comitia eundi, ſed potiùs ius obtinuiſſe non comparendi in Senatu, aut Comitijs, cum nimirum ſe illic ſiſtere noluiſſent. Atque ita ſentire videtur Alex. ab Alexandro ſcribens Senatorem Sexagenarium nullo vnquam tempore Senatum ingredi coactum; cum cæteri ætatis opportunæ, pignoribus captis mulcta plecterentur: in quam quoque ſententiam it Pierius: qui inſuper manifeſtas fabulas Feſti, & Parœmigraphi exiſtimat, niſi quod aliqua ſeditio popularis, aut iocus, vt dictum eſt, *Cap. 20.* anſam forteàn prouerbio dederit. Accedat denique Iuſti Lipſij opinio in Senecæ lib. de Breuitate vitæ, vbi præmaturè ipſi videtur demitti Senator in æuo, quod prudentiæ maximè factum. Itaque his in vtramque partem in medium allatis ad Cognitorem ſponſio hæc conuiuialis delata, coram quo etiam pendet; at verò; haud dubiè verò propior apparebit Cognitori poſtrema hæc negans ſententia.

CAPVT II.

De priſcorum luxu in Conuiuijs. de vnctione pedum, barbæ, capillorũ. Hæc Iudæis tãtùm non vſitata, apud Romanos vnctio frequentior, præſertim capitis. Modus accumbendi in lectis. Triclinij etymon. Toga cœnatoria cuiuſmodi? Quot vt plurimùm conuiuæ: qui? Menſæ quales? Coronæ dabantur Conuiuis: quæ multiplices; item Hiſtriones, Saltatrices, Gladiatores adhibiti, vtrum eadem omnibus eſca. De poculis, canticis, hiſtrionibus, deq; Scheda obſoniorum.

Lib de Seneƈt. M. Cato apud Ciceronem iure contendit conuiuij vocem multò vrbaniorẽ, & honeſtiorem eſſe, quàm apud Græcos συμπόσιον, id eſt, compotationẽ; quod vitæ coniunctionem habeat conuiuium. Ritus autem Conuiuiorum priſcorum ſuppetente otio hoc æſtu Canicul. deſcribere mihi fas, præſertim apud priſci moris amantes, ſed paulò operoſiore ſtylo & indagine. In primis, Conuiuium *Athen. l. 12. c. 10.* aggreſſurus, pedum vnctio nedum apud Romanos, ſed & Athenienſes indicebatur, vti auctor eſt Athenæus: *Fuit*, inquit *conſuetudo quadam Athenis, vt qui delicijs dediti*

eſ-

eſſent, pedes etiam vnguentis perungerent, & quidem puellarum miniſterio, ſi credimus verſibus his Latinitate donatis:

Vnguenta cœpiſſe à Deis, poſt, & pedes,
Iuſſiſſe primum vnxiſſe, genua poſtea,
Sic aptiùs pedes puella attigit,
Fricuitq; & oſſilis.

Sed quo oleo? Myrtino, ſi credendum Hieronymo, qui ſcribit Perſas hoc oleo vngi ſolitos. Vndè mulierem, quæ placuiſſet Regi, ſex menſibus oleo Myrtino vngi ſolitam ſcribit, & ſex menſibus in pigmentis varijs fuiſſe, & curationibus fœminarum, & tunc demum ad Regem ingredi. Plinius tamen prodidit Othonem monſtraſſe Neroni quod aliàs inuſitatum erat, quomodo veſtigia pedum vnguẽtis tingeret. Verùm, intolerabilius eſt, quod barbam etiam & capillos vngerent, odoreque aliquo cerebrum penetrarent, ſuauibuſque odoribus puriores ſenſus, atque ſuauiores effici opinarentur, vti inquit idem Athenæus: *Quæſt. in Geneſ.* *Lib. 3. Nat. hiſt. cap 3.* *Lib. 15. c. 14.*

Nil curo Sardianæ
Regni gygem potentem,
Auri nec appetens ſum,
Nec inuidens tyrannis,
Sed curo delibutam
Vnguento habere barbam;
Sed implicare curo
Meos roſis capillos,
Hodierna curo tantum,
Quis futura nouit?

Ac licet vſus ille inſolens tantùm non eſſet Romanis, quorum moribus viuebant ferè Iudæi, beata tamen illa Magdalena vnguento pretioſiſſimo Nardi piſtici pedes vnxit Domini IESV, capilliſque ſuis terſit, in domo fratris ſui Lazari à mortuis ſuſcitati, vt habetur *Ioan* 12. & poſteà caput apud Simonem cognomento Leproſum, quò accedens ipſa, & habens alabaſtrum, (vas ſcilicet ex alabaſtro factũ) effudit oleum ſuper caput recumbentis, vt habetur *Marci* 14. & *Matth.* 22 Res ergò hæc fuit Romanis, & Iudæis vſitata, ſed magis Romanis. Martialis facetè ſuo more in Fabullum, qui plus olei quàm ferculorum dederat:

Vnguentum fateor bonum dediſti
Conuiuis, Here. ſed nihil ſcidiſti,
Res ſalſa eſt benè olere, & eſurire:
Qui non cœnat & vngitur Fabulle,
Hic verò mihi mortuus videtur.

At Græcis, vtpotè abdomini magis addictis, frequentiſſima capitis vnctio. Cauſa autem cur iſti caput inter pocula vngerent, illa videtur fuiſſe, quod myrteum vnguentum ac roſaceum (quibus vt plurimùm vtebantur) vini vaporationes reprimeret,

 merer,

mereret,capitiſq; dolores tolleret,ſuper quo vide Athenæum,qui ſcribit rem planè ridiculam,non neminem ſcilicet vno in conuiuio quatuor dimiſiſſe columbas, ſingulas diuerſo vnguento perfuſas,quæ circumuolitantes , veſtes conuiuarum, ſtrataque conſpergerent.

Diphnoſ. lib 5. c. 6 & 18.

Cæterum,ſi Romanis frequens capitis vnctio , frequentiſſima tamen pedum. Vndè Artemidorus ſcripſit balneum nihil aliud ſuo æuo fuiſſe,quam continuum tranſitum ad Cœnam , adeò quidem vt quoties cibum caperent,toties etiam lauarent . Commodus Imp. (ſed hoc nomine incommodus) notatur ſepties, aut octies in die lauiſſe , & qui in balneo loti non eſſent , ſtatim poſt ingreſſum Conuiuarum aquam pedibus lauandis præbebant,& exindè diſcumbebant, Plautus:

Perſa.

Locus hic tuus eſt,accumbe;ferte aquam pedibus,præbe tu puer.

Et exindè vnctio pedum,Vnguenta enim non tantùm ad voluptatem,ſed etiam ad valetudinem pertinent, quâ vnctione in conuiuijs vſi ſunt,præſertim Orientatales,quam tamen Socrates in Xenophontis conuiuio repudiat. Apud Hebræos vſitatiſſima fuit,vtpote quorum Regio oleorum feraciſſima eſſet. Minatur Propheta Amos:*Va qui dormitis in lectis eburneis,& laſciuitis in lectis veſtris,bibentes vinum in phialis,& vnguento optimo delibuti* : Hoc eſt, vt interpretatur Stuckius, lectiſſimis, præſtantiſſimiſque vnguentis , non ad neceſſitatem , membraque refocillanda , ſed ad voluptatem luxurioſè vtuntur. Erant præter antedicta olea , primæ notæ Balſami , de quo Plinius. Deinde oleum è ſucco, ſeu folijs Nardi (de quo paulo antè)ex quibus etiam coronas lautiſſimas, teſte Plinio,conficiebant. Vnde Iuriſconſultus inter ea vnguenta quæ valetudinis cauſa parata ſunt,numerat Nardum.& Tibullus Poëta:

Cap. 6.

Lib. 21. c. 25 & ib. c. 3. 18. Lib. 21. c. 3. Lib. 21. §. 1. de Aur. Arg. leg. Eleg. 2. & 7. l. 3. Sympoſ. lib. 15.

Iam dudum Myrio madefactus tempora Nardo,
Debueram ſertu impliciuſſe comas.

Quod quidem vnguentum vt pretioſiſſimum,& ſuauiſſimum, ita in Conuiuijs frequentiſſimum refert Atheneus. Theca autem , ſiue vaſculum,quibus continebantur olea iſta dicebantur, Alabaſtra vnguentaria. Martialis:

Quod Coſmi redolent alabaſtra focique Deorum.

Solebant etiam lautiores,& elegantiores homines capillum vnguentis perungere, teſte eodem Guilielmo Stuckio,fulcito,auctoritate Ciceronis,pro Roſc. Amer. verbis his:*Ipſe verò*, Chryſogonus Syllæ Libertus, *quemadmodum compoſito,& delibuto capillo,paſſim per forum volitet cum magna caterua togatorum videtis Iudices.*

Verum,iſta capillitij vnctio locupletioribus modò, vt diximus,erat in vſu:nam vulgi pedes tantum lauabantur,vngebanturque. Huncque tamen morem à Romanis profluxiſſe affirmare non audet doctiſſimus ille inueſtigator antiquitatis Baronius,a cum eundem vngendi, & epulandi vſum nedum Perſis , teſte ſacra Paginâ,b verumetiam Indis vſitatum eſſe,conſtet, vt etiam Lucanus c auctor eſt, & Iud. cap. 19. *Poſtquam lauerunt pedes ſuos recepit eos in conuiuium.*

a Lib. 1. Annal. An Ch. 34 b L. b. 1. Eſther. c Lib. 3.

Verùm

Verum, præter vnguenta, aduerte veteres coronis capita redimere ſolitos, vel è roſis, apio, myrtoque ac lilijs: Horatius: *Pharſ.*

——— ——— ——— Quis vdo *Od. 7. Lib. 1.*
Deprop rare apio coronas
Curatve myrto? *Od. 36. lib. 1.*

Et alibi:

Non deſunt epulis roſa,
Non viuax apium, non breue lilium.

Viuax, inquit, *apium*, quia diu viret: contrà lilium. Sed mirum, cur apio coronas necterent, cum luctibus magis, quam hilaritati conueniat. Vndè qui periculosè ægrotant *apio indigêre* dicimus & tumulorum thecas (vt aiunt) antequam in illis ponerent mortuorum corpora, apij, folijs ſternere conſueuerant. *Vid. Paræmigraphum.*

Coronas quoque legimus violaceas eandem ob cauſam in conuiuijs poni vt & roſaceas, quod nimirum vtræque leuiter frigidæ adſtringant, atque odore ſuo καρηβαρίας, id eſt capitis grauedines reprimant, vel, vt inquit Athenæus, cum omnes ſenſus in capite reperiantur, illud idcirco præcipuè coronari viſum eſt, frontemque vinciri. Amplius, è folijs nardi (quod lautiſſimum vt dixi habebatur) implexas fuiſſe Plinius etiam lib. 21. teſtatur. Poſtremò, coronas ex hedera legimus, quarum inuentor fuit (teſte Plinio) Liber Pater, cui adſtipulatur Plutarchus: *Bacchus* inquit, *hederam facultate ſuâ vino maximè reſiſtentem in bonore babendam docuit antiquitas, eaque bacchantes coronauit, vt minùs à vino læderentur, quod & probat* Athæneus *lib. 15. cap. 8.* vbi & deinceps varios cumulat flores coronarios, de quibus quoque Pollux *lib. 6. Plinius lib. 21. cap. 3. & 4. & ſeqq. Cælin. Rhodeg. lib. 27. c. 27.* & paulò poſt vberius dicemus. *Lib. 3. c. 16. Lib. 15. c. 5. Lib. 16. cap. 1. Plut. 3. Sympoſ.*

Cæterum, apud Græcos & Romanos ex veterum ſcriptis fuiſſe conſuetudinem conſtat, vt ab initio menſæ, ad finem vſque Conuiuij (quod ad multam noctem protrahebant cum largius genio indulgere vellent, eiuſmodi coronas & vnguenta præberet conuiuator, quod quidem Chriſtianis priſci æui interdictum fuiſſe ex Tertulliano colligi poteſt, in illis Minutij verbis: *Quis autem ille qui dubitat vernis non indulgêre floribus, cum capiamus & roſam veris, & lilium, & quicquid aliud in floribus blandi coloris & odoris eſt? His enim & ſparſis vtimur mollibus ac ſolutis & ſertis colla complectimur. Sanè quod caput non coronamus, ignoſcite, &c.* *De Corona militis*

Modum autem epulandi ita redimitos, ſic plerique, & inter alios Iuſtus Lipſius vir clariſſimus fuiſſe putant. Accumbebant in lectis (quibus menſæ primum quadratæ poſteà rotundæ iungebantur) reclinatâ ſuperâ parte corporis in cubitum ſiniſtrum, infera in longum porrecta, ac iacente, capite leuiter erecto, dorſo à puluillis modicè ſuffulto, Horatius:

Languidus in cubitum iam ſe conuiua reponet.

Quod ſi plures vno lecto decumberent, ad caput lecti, cuius pedes porrigebantur pone ſecundi dorſû: ſecundus verò occiput obuertebat ad vmbilicum primi, pul-

uillo

Digitized by Google

nullo interiecto, pedes iacebant ad tergum tertij, & ſic deinceps tertius, ſic & quartus. Iam qui primus, & ad caput lecti decumbebat, *Summus* dicebatur, qui ad pedes, *Imus*: qui inter iſtos *Medius*. Atque, ſi tres Conuiuæ in vno lecto, medius digniſſimus, proximus honore ſummus; ſi quatuor medium cenſeri arbitror, proximum à ſummo: ſi duo tantum digniſſimus, ſummus fuit. Vide Lipſium, & Thomam Dempſterum (lib. v. antiq. Roman. cap. 28.) In his etiam plerumque mulieres. Iuuenal.

Signata tabula, dictum fœliciter ingens,
Cœna, ſed in gremio iacuit noua nupta marito.

L. 2. c. 1. Verum notes, tres cum plurimùm lectos fuiſſe: inde *Triclinij* etymô, aut ſi quatuor *quadriclinium*, de quibus Athenæus: erantque lecti iſti ſtrati auleis, purpurâ, aut aliâ veſte, ſtragulâ, ac etiam humiles, vel alti, pro conditionibus perſonarum. Virgilius de Ænea:

Inde thoro pater Æneas ſic orſus ab alto.

Lib. 2. Epiſt. 45. Plinius: *Eadem omnibus pono; ad Cœnam enim non ad notam inuito, cunctiſque rebus ex æquo, quos menſa & toro æquaui.* Pueri tamen propriâ, & parciore menſâ in conſpectu parentum & propinquorum ſedentes, ad fulcra lectorum frugaliter tractabantur,

Lib. 5. quod colligere eſt ex iſto Martialis:

Omnia cùm retrò pueris obſonia tradas,
Cur non menſa tibi ponitur à pedibus?

Et ex Sueto. Iulio, & Caligula ſatis ſuperque compertum eſt.

Cap. 45. 10. 22. Sed nec illud negligendum, priuſquam accumberent togas poſuiſſe, aſſumpſiſſeque *Cœnatoriam* (quæ à Cœna dicta: neque enim apud illos prandium) & illâ amicti accumbebant in lectis & ſtragulis cœnatorijs depictis, de quibus Martial. lib. 14. Epigram.

Nec fora ſunt nobis, nec ſunt vadimonia nota.
Hic opus eſt pictis accubuiſſe toris.

Toga autem cœnatoria, vt plerique autumant, alba: atra enim & pulla accumbere turpe atque indecorum; vndè Vatinium à Cicerone reprehenſum legimus quod in Epulo 2. Arij, Atratus, hoc eſt cum toga nigra diſcubuiſſet. Dicebatur etiam *Triclinaria*, à triclinio ſiue loco diſcubitorio quo diſcumbebant, & cœnabāt,

L. Apud Anfidium ff de Opt. leg. V. Lipſ 5. Satur. Diſce ex Iuriſconſulto. *Cum ità* inquit, *legatum eſt, Veſtimenta quæ volet triclinaria ſumito, ſibique habeto.* Eaque purpurea ſed lautiorum hominum, quæ etiam *Syntheſis* dicta, & ideò tantùm Equiti & Senatori attributa, Quin & ſoleas, ne lectulos conſpurcarent, aſſumebant: Plautus:

Iam redijt animus, deme ſoleas, cedo vinum.

Itaque, calceos ponebant, & illos altiuſculos, qui nec ſolùm imos pedes, ſed & tibias velabant crure tenus, vt notat Lipſius in 2. Annalium Taciti, qui etiam lib. 1. Electorum probat Imperatorum, & aliorum delicatiorum hominum calceos fuiſſe coccineos: fœminas verò luteis, aut albis vſas fuiſſe: Plura de calceis qui volet

Digitized by Google

volet legat apud Thomam Dempſerum I C.lib.5.antiq.Rom.cap.36.& Cornelium à Lapide Comment.in Exod.cap.12.

Abiſtis,ad pocula digredior,quæ apud Græcos raro in vſu aurea, & argentea, teſte Athenæo,licet Romanis frequẽtiſſima,vt & Myrrhina, quibus, vt nos cryſtallinis,vtebantur:apud quos eò vſque excreuerat luxus, vt vnum 80.Seſtertijs emptum.In Auguſto Cæſare refertur cum captâ Alexandriâ nihil ſibi præter vnum [*Noſtra moneta pluſquam 1000.Philippicos.*] Myrrhinum calicem ex inſtrumento regio retinuiſſe,& mox aurea vaſa aſſidui vſus conflari iuſſiſſe.Ptolomeum Regem mille Conuiuas, totidem aureis poterijs mutantem vaſa cum ferculis ſaginaſſe, Plinius lib.33.cap.10,Nat.Hiſt,auctor eſt.

His iungi poſſunt pocula ex ſuccino,ſiue electro conflata,quibus illi vtebantur, [*L.37.c.2.*] teſte Plinio,& Clemente Alexandrino,vbi aliquot poculorum ſumptuoſorum genera,enumerat vt ſunt Thericles calices,Antigonides,Canthari,Labronij, Lepaſtæ, [*Lib.2. Pædag. c.3.*] Pſecteres,& Ornocheæ, &c.deque alijs , vide Athenæum , & Guilielmum Stuckium lib.3. Conuiual.antiq.cap. 12.vbi de his plurima habes non pœnitendæ lectionis. Quibus adde pleraque pocula gemmis fuiſſe diſtincta,teſte Plinio: [*Lib.11. Diphnoſ. Lib.33.*] *Smaragdis teximus calices*, inquit,*& temulentia cauſa tenere Indiam iuuat, & aurum iam acceſſio eſt.*

Sed hæc miſſa faciamus,& aliquid de Menſis dicamus , quas fuiſſe quadratas docet Feſtus Pompeius, *Eſcaria menſa*,inquit,*quadrata vocantur*, *in quibus homines epulantur* : Sed diſce eas è citro fuiſſe.Petronius apertè:

——— *Ecce Afris eruta terris ,* *Citrea menſa,greges ſeruorum,oſtrumque renidens.*

F.Mauritaniâ remotiſſimâ regione afferri ſolitas,atque ita pretij cariſſimi.Tertull. auctor eſt : *M.Tullius quingentis millibus nummûm orbem citri emit: bis tantum Aſinius Gallus numerat,pro menſa. Hem! quantis facultatibus æſtimauere ligneas maculas.* Illud *bis tantum* ſupputatione Lipſij,facit decies Seſtertium, id eſt xxv. millia Philippicorum,qui Senatorum ab Auguſto cenſus. Huc Seneca,taxans luxum Romanum: [*Lib. 2. Benef. cap.9.*] *Video iſtic menſas & æſtimatum lignum Senatoris Cenſu,eò pretioſius, quò illud in plures nodos(id eſt maculas,quarum varietate conſpicua erant) arboris infidelitas torſit. Atque hæ menſæ ebore ſuſtinebantur*:Iuuenalis;

——— *Latos niſi ſuſtinet orbes* *Grande ebur,& magno ſublimis pardus hiatu.*

Diximus quoque tres vt plurimum lectos fuiſſe , atque illos ebore adornatos: Philo: *Triclinares lecti,& ſtibadia teſtudine, aut ebore adornata, & meliore etiam materia;* Atque ea pleraque gemmata,aut etiam aurata , Perſis maximè, teſte Athenæo: [*Lib. 4: Diphno. cap 6.*] *Rex in toro pedes*,inquit, *aureos habenti accumbit.* Sueto.de Caligula : *Romæ publico epulo, ſeruum ob detractam lectis argenteam Laminam carnifici conſeſſum tradidit,vt manibus abſciſſis,atque ante pectus à collo pendentibus,præcedente titulo qui cauſam pœnæ indicaret,per cœtus epulantium circumduceretur.* [*Lib 3. c. 11.*] Videatur & Plinius,qui quoque ſcribit lectos mulierum totos operiri argento,& auro, & lances adhibitas,è centenis libris argenti,imò & quingentis,quibus fabricandis officinæ prius exædificandæ. Notes etiam quot miſſus inferrentur,tot menſas mutari ſolitas, atque nouis cibis onuſtas denuò referri,

vt in Athenæo, Macrobio, alijſque videre eſt.

Sed quot conuiuæ ſingulis? tres iam antè dixi, aut ad ſummum quatuor. Horatius: *Sæpè tribus lectis, videas cœnare quaternos.*

In Piſon. Si plures, ſordidum id erat, & minimè lautum. De talibus Cicero: *Nihil apud hunc lautum, nihil elegans:* Græci tamen vt erant abdomini nati, quini, ſtipati in lectulis, & ſæpè plures: ita fiebat vt ex vnâ communi menſâ nonnunquam duodecim veſcerentur. Atque hoc ritu Dominum IESVM Cœnam illam ſolemnem cum XII. ſumpſiſſe extra controuerſiam eſt, quod Illuſtriſſimus Annal. Scriptor Baronius prodidit.

Tom. Annal an. 34. Quanquam pleroſque diuitum domos ſtruxiſſe τριακοντακλίνους, in quibus vel triginta ſterni valerent, & eò plures. Id quod in ſympoſiacis improbat Plutarchus: conuiuia id genus ἄφιλα vocans, & ἀμικτα, id eſt, citra amicitiam, & communionem.

Coronæ etiam è floribus capiti Conuiuarum appoſitæ (vt obiter ſuprà oſtenſum) Conuiuarum inquam iam madidorum. Plautus:

——— ——— ——— *Quid ego video?*

Ps. *Cum corona ebrium Pſeudolum tuum.* Ouidius:

Ebrius, incinctis phylura conuiua capillis *Saltat & imprudens vtitur arte meri.*

Lib. 2. de Irac. 33. Seneca: *Vnguentum, & coronas miſit.*

Ritus ac potius luxus iſte Hebræis vſitatus. Vndè Sapien. 2.

Vino pretioſo, et vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis, coronemus nos roſis antequam marceſcant.

Lib. de Corona. Corona autem illa non aliud, quam faſcia florum, teſte Tertulliano.

Subſtantia propria coronarum flores, & inſerti, & innexi, & in filo, & in ſcirpo, vt corona non ſit aliud quàm faſcia florum per ſeriem comprehenſorum. Hinc Catullus:

Cinge tempora floribus *Suaueolentis amaraci.*

Coronæ inquam & vnguenta in propinationibus adhibita, non tantùm ad oblectamenta, verùm etiam ad antipharmaca ebrietatis & crapulæ. Hinc Iuuenalis:

Saltatum nigro tibicine, qualiacunque *Vnguenta & flores multaque fronte corona.*

In Ælio vero Imp. L. jed & ff. de auro & argent. leg. Quin etiam coronæ nonnunquam ex auro, ſed poſteriori æuo, licet rarenter. Capitolinus: *Data etiam,* inquit, *Conuiuis aurea vel argentea pocula, & gemmata; coronis, quin etiam datas Lemniſcis aureis interpoſitis, & alieni temporis floribus*, adde Vlpianum: *Sed & in coronis Menſarum, gemmæ coronis cedent, & ita menſis.*

Lib. 15. cap. 13. Verùm, coronas iſtas floribus compoſitos, certè apud Græcos, moris erat, vt darent initio menſæ, vti Athenæus auctor eſt, qui facit pueram poſt aquam Conuiuis datam, coronas tenues attuliſſe ex ramis teneriotibus myrtorum, quò alludit

Lib. 3. Eleg. 3. Poëta Propertius:

Plin. lib. 27. *Me iuuat, & multo mentem vincire Lyæo,* *Et caput in verna ſemper habere roſa.*

Roſa enim creditur apta reprimendis vini vaporibus. Vndè febribus ardentibus

aux

auxilio eſt: refrigerat enim, & cor ac cerebrum confortat, teſte Leoniceto. [*In Nat. Hiſt.*]

Huic proiectæ licentiæ, alteram addebant Romani, vt quoties lætitiam laceſſere vellent, citharœdis & ſaltatoribus in Conuiuijs vterentur, eodem Athenæo auctore, clamarentque, ***Viuamus, moriendum eſt.*** Et in veteri Lapide: ***Amici dum viuimus, viuamus;*** quinetiam, ô ſtultitiam inſignem! carnium capitis menſæ inferebant, vt ex illo Petronij liquet:

Sic erimus cuncti poſtquam nos auferet Orcus, Ergò viuamus, dum licet eſſe benè.

Quin & melos illud Harmodij côcinere ſolitos, cuius erat initium, ***Chariſſime Harmodi haud quaquã mortuus es;*** fuit enim is tyrannicida, qui Piſiſtrandorũ tyrannidem ſuſtulit. Vndè natum prouerbium: ***Nunquam Harmodium apud me canet,*** quod eſt, ***mecum Conuiuia non agitabit.*** Muſicam enim, & cantiones veteres adhibere ſolitos in Conuiuijs, & Gentiles, adeoque Iudæos docet R. P. Cornelius à Lapide. [*Cal. Rhod. dig. lect. Antiq. lib. 27. c. 26. 5. Epheſ. 10.*] Domino autem Conuiuij ſimul ac diſcubuiſſet ſcheda dabatur, quæ deſcripta ordine obſonia omnia haberet, vt iam tum ſciri poſſet quid primum, quid poſtremum coquus miſſurus eſſet, vt ſcriptis ſuis prodidit Athenæus.

Amplius, Histriones, & quod homine indignum, ſaltatrices adhibebãtur: vndè in Regijs conuiuijs eiuſmodi ſaltatrices plures adhiberi ſolitas refert idem Athenæus: [*Lib. 4. Diphnoſ. cap. 6.*] ***Poſt Cœnam,*** inquit, ***pellices canunt coram illo,*** (Rege ſcilicet Perſarum) ***& tripudiant, vna incipiente, alijs ſimul ſubſequentibus.*** Quod & Ioſephus ſatis oſtendit, dum de Ioſepho Tobiæ filio hæc ait: [*Lib. 12. c. 4.*] ***Cùm aliquando veniſſet Alexandriam cùm patre ducente ſecum filiam nubilem, vt eam aliqui Nobili Iudæo nuptui daret, cœnans cum Rege, ingreſſam in Conuiuium ſaltatriculam adamauit.*** Vulgata eſt in litteris Sacris filia Herodiadis, quæ cùm ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi, ſimulque recumbentibus, petijſſe inter feriales epulas caput Ioannis Baptiſtæ, ſed hoc genus ſaltatricum, non niſi apud nequiſſimos receptum eſſe conſtat ex eodem Athenæo: ***Nam vbi,*** inquit, ***elegantes, boni, eruditique ſunt Conuiuæ, non cernes ibi tibicinas, non ſaltatriculas, aut fidicinas.*** [*Lib. 3. Diphnoſ.*] Ergò diſſolutis lurconibus, & bacchantibus illud modo vſitatum: vt meritò & acriter in iſtos inuehatur Ouidius Lib. 5. Faſtorum.

Hoc prætereà animaduerſum, veteres non in eadem omnes menſâ exæquaſſe: alios enim pane, alios vino meliori, alios alijs lautius accepiſſe pro gradu nimirum meritorum, vel amicitiæ, Collige ex Plinio, vbi ſquæritur de quodam, à quo erat inuitatus ad Cœnam, [*Lib. 2. Epiſt. 6.*] ***qui ſibi, & paucis*** (verba eius) ***opima quædam, cæteris vilia & minuta ponebat, vinum etiam paruulis lagunculis in tria genera deſcripſerat, non vt poteſtas eligendi, ſed ne ius eſſet recuſandi : & aliud ſibi, & nobis, aliud minoribus amicis (nam gradatim habebant amicos) aliud ſuis, noſtriſque libertis.*** Atque idem Perſis in more poſitum eſſe ſi Athenæo credendum eſt, ſatis patet: [*Lib. 4. Diphnoſ. cap. 6.*] ***Quando Rex*** (inquit) ***Conuiuium exhibet, quod duodecim plerumque numero conſtat: Conuiuæ cum illo quidem bibunt, at non tamen idem vinum, hique humi ſedentes*** (pro more gentis) ***ille toro, pedes habente aureos accumbit.*** Fœminæ tamen viris diſcumbentibus, ſiue cubantibus, cœnitabant ſedentes, eò quod in Fœmina turpis eſſet accubitus, vt inquit Cornelius à Lapide:

Iuc. 13. Ezechiel. ſi tamen diſcedamus à nouis nuptiis, vt præter Iuuenalem, auctor eſt Apuleius:

Saty. 13. ——— *Gremio iacuit noua nupta mariti.* & addit:

Accumbebat ſummo toro maritus, Pſychen gremio ſuo complexus. Et alibi: *Aſsidebat ad pedes* *Apuleius de Aſin. Lib. 1.* *vxor, & eo dicto iubet vxorem abſcedere, vtque in eius locum aſsidere eam iubet.* Pueri verò, in imo lecto, id eſt, ad fulcra pedeſque, vt diximus parentum aſſidebant: quod diſcas *Cap. 64.* etiam ex Suetonij Auguſto, & in Claudio. *Adhibebat*, inquit, *omni cœnæ, & liberos ſuos,* *Cap. 32.* *cum pueris puellisque Nobilibus, qui more veteri, ad fulcra lectorum ſedentes veſcerentur.* Illud tamen in illo luxu, & inter tot probra laudabile, quod ſuper cœnam liber aliquis *Epiſt. 36.* legeretur, quo menti etiam ſua eſca daretur. Teſtor Plinium ſecundum, vitam ſuã ſic inter alia deſcribentem: *Cœnanti mihi cum vxore, vel paucis, liber legitur, poſt cœnam: Comœdia, aut Lyriſtes. Mox cum meis ambulo, quorum numero ſunt eruditi. Ità varijs ſermo-* *Lib. 1. de Plin.* *nibus veſpera extenditur.* Atque hoc eſt quod Cicero dixit, *bonarum cogitationum epulis ſaturari.* Sed, peſſimi prorſus qui ſuper cœnam Gladiatores adhibebant, teſte *Lib. 4. c. 17.* Athenæo, qui ſcribit Romanos inter cœnandum Gladiatores inferre ſolitos, quod *Lib. 5.* etiam è Strabone diſcimus: *Eò luxus prouecti ſunt*, inquit, *vt conuiuas vocarent ad paria* *Lib. 4.* *Gladiatorum, quorum numerum augebant, minuebantvè pro dignitate cuiuſque conuiuij.* Athenæus: *Gladiatorum ſpectacula non in Conuentibus ſolum, aut in theatris Romani exhibebant (quam conſuetudinem primum acceperunt à Tyrrhenis) verum etiam in priuatis conuiuijs: multi ſiquidem ſæpius amicos inuitarunt cum alijs de cauſis, tùm vt duo, vel tria Gladiatorum paria cernerent, poſteà cùm vino iam, & cibo ſaturati eſſent, Gladiatores intrò aduocabant, qui dum alter eorum iugulabatur, quaſi magnoperè delectati applaudebant.* Eodem ſenſu, ſi non verbis Nicolaus Damaſcenus: *Spectacula*, inquit, *Gladiatorum non per ferias tantùm & in theatris Romani exhibuerunt, ſed priuatim in Conuiuiis. Quin & ad cœnam ſæpè amicos vocare ſoliti, vt bina aut terna paria Gladiatorum viderent, quos vino, & cibo madidos intrò vocabant, atq; illi quidem ſeſe trucidabant: iſti autem plauſum manibus dabant, tanquam in re* *Lib. 3.* *lætâ* ô inſaniam leto dignam!

Martialis, ſalsè in Cerdonem:

Das Gladiatores ſutorum regule Cerdo, *Quodque tibi tribuit ſubula, ſica rapit.*
Ebrius es: nec enim faceres id ſobrius vnquam, *Velles vt corio ludere Cerdo tuo.*

Lib. 2. Eleganter D. Cyprianus epiſtola ad Donatum: *Paratur*, inquit, *Gladiatorius ludus, vt libidinem crudelium luminum ſanguis oblectet.* Lumina vocat cœnæ, neque enim apud illos aliud Conuiuij tempus, vt ſurſum mox oſtendemus.

Denique, notandum execranda illa Gladiatorum certamina, non ſolùm conuiuijs, ſed etiam luſibus adhibita fuiſſe, nimirum in Amphitheatro, Circo, foro, & alijs in Vrbe locis, quibus adeò ineſcatos fuiſſe legimus vt Principes immane quanta gladiatorum paria populo exhiberent. Nam in Gordiano Imperatore ſcribit Capitolinus, quod *Ædilitatu ſua tempore XII. populo Rom. munera, id eſt, per ſingulos menſes ſingula exhibuerit, ita vt Gladiatorum nonunquam quingena paria exhiberet.* id eſt, ſupputatione I. Lipſij non minus tribus millibus vno anno dediſſe. Sed & plures an-

ante eum Principes numerum illum ſuperârunt, quos longum ſit recenſêre. Et quia laſciuia illa (quæ delicias, & cibum oculorum vocabant) in immenſum ex-creſcebat, Auguſtus Cæſar edicto cauit anno Vrbis 732. ne Gladiatores ſæpiùs quàm bis quotannis darentur, nec plurium quam IX. parium teſte Dione. Atque hæc Gladiatorum ſpectacula ad tempora vſque Conſtantini perdurârunt, qui illa toto Orbe Romano pluribus poſt ſæculis ſuſtulit, ſi ab ijs tamen diſcedamus qui delictorum cauſa conditionem hanc, atque ſententiam meriti erant, vt habetur tit. de Gladiatoribus C. Theodoſ. Nam ludus gladiatorius per eum tolli non po-tuit, ac ne quidem legibus Conſtantij eius filij potuit omninò abrogari, quin diuti-us adhuc perſeuerauerit ſub Chriſtianis Principibus. Teſte Baronio tom. 3. Annal. ſub Annum Chr. 325.

CAPVT III.

Rurſum de Conuiuiorum luxu & magnificentiâ: Laquearia eburnea, aurove fulgentia. Dapes ex remotiſſimis locis quæſita. Numerus interdum maximus Conuiuarum. Cleopatra Cœnaualiorum luxus admirandus.

AD magnificentiam Conuiuiorum proximo deflexu tranſgredior: quam me-tior, vel à loco in quo parabantur, vel ab epulis ipſis. Nam omnibus numeris Conuiuium abſolutum cenſebat Varro: *Si locus non ſit ingratus, ſi temporis habita ſit ra-tio, ſi non negligens apparatus.*

A loco ergò magnificentiam conſidero, vel ab amplitudine, vel à ſplendore. Il- Lib. 8.
lius exemplum ſit Alexandri, qui cùm Darium viciſſet nuptiarum locum ſibi, & amicis adornauit: *In quo centum habebat lectos*, inquit Ælianus, *quorum vnuſquiſque argenteis pedibus nitebatur, ipſius verò aureis, & omnes purpureis ſtragulis erant ornati, varià-què veſte textura barbarica, & pretioſiſſima.* Et rurſum idem Ælianus: *Alexandro taberna-* Lib. 9.
culum erat 100. *lectorum, ſpatij capax* (de his lectis ſuprà cap. proximo) 50. *columnis au-reis diſtinctum, quibus tectum fulciebatur, ipſum verò tectum erat inauratum, ex magnifica ar-te varietateque concinnatum.*

Splendor etiam ibi conſiderabatur: nam ecce renidebant Cœnacula laqueari-bus eburneis, vel aureis, Cicero in Paradoxis: *Tecta ebore & auro fulgentia.*

Propertius:

Quod non tenacijs domus eſt mihi fulta columnis, Nec Camera auratas inter eburna trabes.

D. Hieron Epiſt: ad Gauden. *Viuimus*, inquit, *quaſi eadem die morituri, & ædificamus quaſi ſemper in hoc ſæculo victuri, auro parietes, auro laquearia, auro fulgent capita colum-narum.*

Quid quod laquearia iſta verſatilia fuerint, vt alia atque alia facie ſubinde Con- Epiſt. 9.
uiuas delectarent? teſtor Senecam: *Verſatilia*, inquit, *Cænationum laquearia ita coag-* Cap. 31.
mentant, vt ſubinde alia atque alia facies ſuccedat, & toties tecta, quoties fercula mutentur. In Nerone Suetonius: *Cænationes laqueata tabulis eburneis verſatilibus, vt flores ex fiſtulis, &*

vnguenta deſuper ſpargerentur. Præcipua Cœnationum rotunda, quæ perpetuò diebus ac noctibus vice mundi circumagerentur.

Talem inſaniam inſaniiſſe Heliogabalum legimus apud Lampridium, qui cum triclinaria verſatilia fabricatum memorat ad iocum, ad homines floribus, ac roſis inuoluendos.

Quid de epulis dicam? Eæ quidem, quæ fidem ſuperant, reuerà tamen tales fuêre: nam non contenti veteres edulijs parabilibus in proprio ſolo, vel aquis, ſed, vt
Conſol. ad Heluiam. inquit Seneca; *Omnes regiones peruagantur, maria traijciunt, & cum famem poſſint exiguo ſedare, magno irritant. Quid ergò? fœlicior eſſet ſi in ventrem ſuum longinqui littoris piſces, & peregrina aucupia congereret? ſi conchylijs ſuperi atque inferi maris pigritiam ſtomachi nauſeantis erigeret?*

Hic autem luxus à Perſis proceſſiſſe videtur. De eorum Rege teſtatur Athenæus:
Lib. 4. c. 6. *Vt Perſarum Rex ſuauiter bibat*, inquit, *multi totum terrarum orbem peragrantes inquirunt, atque infiniti Perſæ quid ſuauiter comedat explorant: & his delicijs toto orbe quæſitis certabat Rex: adeò quidem (quod fidem videtur ſuperare) vt interdum cùm quindecim millibus virorum, atque quadringenta talenta in Cœnam aſſumeret*, quæ ſi in ſingulos homines pro Italâ pecuniâ diuidantur, ſinguli habuiſſent 60. nummos italicos, id eſt, totidem Iulios Romanos, aut Regales Hiſpanicos.

Suetonius quoque auctor eſt *Claudium Cæſarem Conuiuia agitaſſe, & ampla, & aſſidua, ac ferè patentiſſimis locis, vt plerumque ſexcenti ſimul diſcumberent.*

Lib. 4. c. 7. Verum admirabilis eſt illa celebris Cleopatræ Ægypti Reginæ Cœna: de qua ſic
« idem Athenæus: Cùm Cleopatra obuiam Antonio in Ciliciam iuiſſet, regium ei
« conuiuium parauit, in quo erant omnia aurea, magnificeque & gemmis exornata,
« & artificio laborata: erant præterea parietes purpureis, aureiſque velaminibus
« obtecti: hæc cùm triclinia duodecim ſtrauiſſet, Antonium cum his quos voluit
« Cleopatra conuocauit, qui cum aſpectus magnificentiam admiraretur, ſubriſit
« Cleopatra, atque omnia ei ſe largiri inquit, Antoniumque rurſus cum amicis, &
« Ducibus ſuis in diem poſterum ad Cœnam inuitauit, cùm autem multo ſplendidior,
« honorificentiorque hic conuiuij apparatus viſus eſſet, effecit, vt prima illa
« exigua, friuolaque viderentur, deinde rurſus hæc Antonio donauit, at Torum in
« quo quiſque Ducum conſederat, & calices, ſicut etiam ſellas omnibus diſtribuit,
« auferreque fecit. Cum verò diſcederent, ij qui in dignitate eſſent conſtituti, lecticas
Lib. 9. Hiſt. vnà cum ferentibus, reliquis autem equos argenteis ornamentis paratos, donauit. Illud admirandum quod ipſa Cœnam hanc inſtrûxit, vt teſtis eſt Plinius,
Polyd. Virgil. lib. 3. de Inuent. Rer. de cõſolatio. ad Heluiam c. 9. centies centenis Seſtertijs, quæ faciunt ducenta quinquaginta millia Philippicorum, hauſto ſcilicet vnione pretioſiſſimo liquefacto.

Cleopatram imitatus C. Caligula qui, teſte Seneca, vno die conſiuli ſummâ cœnauit, id eſt, centies millies Seſtertio, quæ ſumma efficit apud nos 250. millia Philippicum, quam Cleopatra in vna margarita abſumpſit, *& in hoc omnium adiutus ingenio, vix tamen reperit quomodo Prouinciarum tributum* (nota) *vnâ Cœna fieret.* Nec mi-

mirum, *commeatus enim erat*, inquit Suetonius, *portentiſsima genera ciborum, vnguentis calidis, frigidiſque lauabatur, pretioſiſsimas margaritas, licet liquefactas, ſordebat, Conuiuis ex auro panes, & obſonia apponebat.*

De Vittellio idem Sueton, refert ſingulos apparatus Menſæ quadringentis millibus nummûm, id eſt, decem millibus Philipp. conſtitiſſe. Quid ſi Pſittacorum linguas ex alieno orbe petitorum ferculis addidiſſe dicamus? *Adrianus Iunius lib. 4. Animad. cap. 8.*

Denique, ne diutius iſtis immorer (charta enim potius deficeret, quàm deſint eiuſmodi Lurconum exempla) vnus P. Octauius producendus, *qui Mullum piſcem*, teſte Seneca, *quatuor pondo Cæſari donatum, & in macellum per eum deferri, & venire iuſſum quinque millibus Seſtertiûm* (id eſt 125. Philipp. *emiſſe memoratur.* *Epiſt. 95.*

CAPVT IV.

Veteribus Cœnam fuiſſe prandium: quomodo: de lentaculo, Matutina Spectacula, quæ? Cœnam producebant in lucem.

VEteres ſub veſperam demùm interiungebant, cœnam tamen ſub occaſum Solis ſumebant, eamque ſobriam & parcam: neque enim prandebant vt nos. Nunquid, ait Saluianus, *parcam illam tunc agreſtemque vitam cum gemitu, & dolore tolerabant, cum viles, ac ruſticos cibos ante ipſos, quibus coxerant focos ſumerent, eoſq; ipſos capere niſi ad veſperam non liceret?* Poſteà verò, octauâ horâ Balneis indulgebant, nonâ Cœnæ. *Lib. 1.*

Plinius: *Vbi hora Balnei nunciata eſt (eſt autem hyeme nona, æſtate octaua) in ſole ambulat nudus, lotus accubat.* Huc Martialis:

Imperat exſtructos frangere nona toros.

Qui autem interdiu genio indulgebant, notâ cenſoriâ admonebantur, quaſi intempeſtiua conuiuia concelebraſſent. Vnde Verrem lancinat Cicero, *Eum diem conuiuijs, noctem etiam ſtupris contriuiſſe.* Plautus: *Ientando, meridiando, comeſſando, pergræcando vitam ducere.* *3 in Verr.*

De prandio illud certum, veteres *Prandij* verbum accepiſſe pro *lentaculo* noſtro: Nam priſcis Romanis, & ſobrijs, ſola cœna erat, vti etiam antiquis Francis, teſte D. Dorleans in Cor. Tacit. qui veſpere (vt plerique noſtrates) tantùm edebant, ſumebantque iuſculum: inde apud illos *Soupper*, quod verbum notat ſonitum, qui editur in ſorbitione iuſculi, quippe priſca frugalitas cochlearia nō norat, ſed ore ſorbebat. Romani poſtea medio die aliquid ſumpſerunt, & prandium dixerunt, à prēdendo quod cibos obiter prenderent, ederentque. Hinc Seneca epiſt. 83. *Sine menſa ſuum prandium facit.* Huc Feſtus: *Prandicula antiqui dicebant, quod ſcilicet medioq; die caperetur.*

Plautus: ——— ——— ——— *Eia maſtigia!* *Claud.*

Nunquid ad merendam iſtic ero? Suetonius: *Beſtiarijs adeò delectabatur, vt à primâ luce ad ſpectaculum deſcenderet, & meridie dimiſſo ad prandium populo, perſederet.* Porrò notâ, *Matutinum* ſpectaculū, quod certamen erat hominum cum beſtijs. Meridianum verò *c. 34.*

ho-

Digitized by Google

Epiſt. 7. hominum inter ſe, Seneca: *Caſu in meridianum ſpectaculum incidi, luſus expectans & ſales, & aliquid laxamenti, quo hominum oculi ab humano cruore acquieſcant.* Et paulò poſt: *Mane Leonibus & Vrſis homines, meridie ſpectatoribus ſuis obijciuntur.* Verùm, his ego crudelibus ſpectaculis non inſiſto, cum ex profeſſo tractata ſint ab eruditiſſimo Lipſiò, ipſo libello Saturnaliorum. Tantum dico, veteribus tales interdum Lurcones fuiſſe, quales apud Chriſtianos, qui, proh pudor! prandium cœnæ iungunt, quod tamen piaculum veteribus erat, quibus non licebat ad Solis occaſum cœnam protrahere, teſte Athenæo.

Lib. 5. c. 3. At corruptâ Repub. ad lucem, proh pudor! producebant cœnas: ſi Poëtæ credimus:

Hor. ſt. *Si benè qui cœnat, benè viuit: lucet, eamus Quo ducit gula.*

Plaut. in Menæch.

Mihi tibi, atque illi iubebo iam apparari prandium,
Indè vſque ad diurnam ſtellam matutinam potabimus.

Terentius: *Luceſcit: ceſſo iam pulſare oſtium vicini.*

Cap 28. Suetonius in Claudio Cæſare: *Epulas à medio die ad mediam noctem protrahebat.*

Cap. 78. Sed tales erant genij culpatiſſimi, aliud ab alijs moderatiſſimis, Cæſarem teſtor Auguſtum apud Sueto. qui *poſt cibum meridianum, ita vt veſtibus, calceatuſque erat, retectis pedibus pauliſper conquieſcebat, oppoſitâ ad oculos manu. A cœna in lecticulam lucubratoriã ſe recipiebat, ibi donec reſidua diurni actus, aut omnia, aut ex maxima parte conficeret, ad multam noctem permanebat.*

Sic ergo vides diſtingui prandium à cœna: quod, vt hoc addam, ſtantes, veluti nos in ientaculo, ſumebant, quod videre etiam eſt ex illis verbis ſuperioribus, *vt veſtitus, calceatuſq; erat*: Si enim accubuiſſet Cæſar, vt in cœnâ, haud dubiè non veſtitus, ſed togâ cœnatoriâ & domeſticâ accinctus, non etiam calceatus cibum ſumpſiſſet.

Ode 8. Lib. 3. Hinc in illis crebra lychnorum mentio. Horat. *Et vigiles lucernas perfer in lucem.*

Lib. 2. Lucret. *Lumina nocturnis epulis vt ſuppeditentur.*

CAPVT V.

Balneorum mira & ſtupenda magnificentia. Sedium in illis incredibilis numerus: in quo nonnulla pro Litteratis: diuerſa illorum genera. De Laconico. Epictetus explicatus. Quid de Balneis primitiua Eccleſia: D. Hieronymi cenſura quoad Virgines ſui æui, & quibus ex cauſis Balneis vtebantur?

AD conuiuiorum etiam magnificentiam ſpectant Balnea. Diximus paulò antè, aſſiduos fuiſſe veteres in Balneis, & nunquam non antè cœnam illa adhibuiſſe, vel poſt, ambulationes, exercitationes, opera, ſæpè neceſſitatis cauſa, non

Epiſt. 86. rarò voluptatis. Nunc magna me tenet cupido, cuiuſmodi eſſent iſta Balnea. Seneca magnus ille morum Cenſor, deſcribit, & taxat illa in hunc modum: *At nunc*

quis

Digitized by Google

quis eſt,inquit,*qui ſic lauari ſordido tecto ſuſtineat? pauper videtur,ac ſordidus , niſi parietes magnis & pretioſis orbibus*(ex ſegmentis aut cruſtis marmorum)*refulſerint, niſi Alexandrina marmora Numidicis cruſtis diſtincta ſint , niſi vndique illis operoſa & in picturæ modum* (qualia etiam nunc viſuntur in Italia,operâ,vt vocant, Muſiuâ,ſeu Moſaica) *variata circumlitio prætexitur,niſi aquam argentea epiſtomia* (quibus aquam emittebant) *fuderint,& adhuc plebeias fiſtulas loquor. Quid cùm ad Balnea libertinorum peruenero ? quantum ſtatuarum,quantum columnarum,& nihil ſuſtinentium,ſed in ornamentum poſitarum impenſæ cauſa? quantum aquarum per gradus cum fragore labentium? eò deliciarum peruenimus, vt niſi gemmas calcare nolimus.* Hactenus Seneca,qui,vt vides, acriter reprehendit luxum ſui temporis circa Balnea,quæ ſanè magis Principum aulas , quàm Plebeiorum Balnea dixeris. Quibus iunge & illa Statij de Balneo Etruſci:

Nil ibi Plebeium,nuſquam Temeſæa notabis Æra, ſed argento felix propellitur vnda,
Argentoque cadit,labriſque nitentibus inſtat, Delicias mirata ſuas.

Significat fiſtulas,& canales,ſiue epiſtomia,argentea,fuiſſe,vt & ipſa labra. Idemque Statius de vitro:

Effulgent cameræ vario faſtigia vitro, In ſpecies animoſque nitent.

Neque mirum,quod tanta cum voluptate(cui ſtudebat cæca iſta mortalitas) balnea ſua adornabat:Siquidem Suidas ſcribit, Balneum viam eſſe , & inſtrumentum ad delicias,quando,vt Plinius etiam prodidit: *Parietes Balneorum vnguentis ſpargi nonnullis iuſſiſſe Caium Principem & ita ſolitum lauari.* Lib 30.

Antonium quoque Caracallam memorat Cæl. Rhodiginus,thermas ſuo inſig- *Antiq.*
nes nomine ſtruxiſſe,quarum cellam ſolearem,id eſt,in qua forent Balneo deſtina- *Lect.*
ta ſolia,negant Architectonicæ conſulti vlla poſſe imitatione exprimi. Nam ex ære c.17.
vel cupro cancelli fuêre ſuperpoſiti, quibus concameratio cõcredebatur tota. Neque iſtarum deliciarum expertes erant ipſi Philoſophi, quod ipſis conſtituta fuerint in Balneis loca,in quibus illi diſputarent. *Conſtituantur*, (inquit Vitruuius) *in tribus porticibus exedræ ſpatioſæ habentes ſedes,in quibus Philoſophi, Rhetores,reliquique qui ſtudijs delectantur,ſedentes diſputare poſſint.* Sellæ enim aliæ complures,adeo vt in Antonianis numeratæ ſint mille ſexcentæ,& quidem marmoreæ,idque in vno tantùm lauacro, ſiue Balneo. Mulierum verò Balnea argento ſtrata fuiſſe Plinius auctor eſt. *Lib. 33.*

Porrò,Balneorum diuerſa fuiſſe genera auctores paſſim tradunt:alia *Priuata*:vt c. 12.
enim quiſque opibus valebat,ita aquis calentibus , aut igne calefactis lauandi,ſudandiuè vſum ſibi præbebat:alia *Publica* , quæ à Principibus populo patabantur, licet interdum ipſi promiſcuè gratiæ aucupandæ cauſa cum eo vterentur. Vtrobique diſtinctio: Nam alia *Frigida*,quibus validi, valenteſque vtebãtur,vt notat Rho-
dig.alia *Calida,tepidaque*,quæ valetudinarijs deſeruirent. Tanta autem aquarum la- *Lib 30.*
bentium vis erat,vt balnea,inquit Plinius,calefaciant,qualia in Regali Vrbe Aquẽ- c. 20.
ſi videmus,quæ quod per loca ſulphure plena(inquit ad hanc rem Seneca) excun- *Lib.3.*
tes,vel introeuntes aquas,calorem beneficio materiæ per quam fluunt, trahunt, *Nat.quæſt.*
quod ſatis ipſo odore,guſtuque teſtantur. c.14.

Digitized by Google

Lib 3. Sanit. tuend.

Aliæ denique Balnea,ſiue *thermæ ſudatoriæ* erant,de quibus idem Seneca: *Decoquere*, inquit,*corpus atque exinanire ſudoribus inutile ſimul,delicatumque credidimus*, & Galenus: *Ergò tranſire tantum ad Solium vſque,non in Laconico immorari debebit,ſicuti qui citrà exercitium ſe ipſos elixant.*

Laconicum appellat Galenus locum in Balneis orbicularem ambitum in ſe recuruum,in quibus ſudor elicitur,ſine aqua,& ſolo ſicco calore,ſine vapore,vt docet Celſus,Ideòque dictum volunt,quod eo Lacones peculiariter vterentur. Martialis:

Ritus ſi placeant tibi Laconum, Contentus potes arido vapore.

Apud Coraſ. ICtum in alterut. Adr. & Epict.

Sed huius mentione, lubet ſubijcere inſigne Imperatoris Adriani ἐρώτημα: *Quid eſt homo?* inquit,reſpondet Epictetus Philoſophus. *Balneo ſimilis,prima cella tepidaria vnctuaria,infans natus perungitur;ſecunda Cella ſudatoria pueritia eſt;tertia cella, aſſa perferentaria Iuuentus;quarta cella frigidaria, ſenectus omnibus æquat ſententiam.*

Ità ad ſpecies Balneorum magnus in Ethnicis Epictetus in deſcriptione hominis alludit,ſed *aſſa perferentaria* quid eſſet, & quid per illud intelligeret Epictetus,aqua hæſit & mihi,& viris doctiſſimis I*Ctus* donec ſenſû aperuerit, locutionique Epicteti perobſcuræ lucem dederit Iulius Cæſar Scaliger, vir præter nobilitatem
« omnibus numeris ſcientiarum eruditiſſimus. Is igitur in reſponſo ad eximium
« I*Ctum*.Coraſium ſic infit: Quod quæris de *Perſerentaria*, ita propemodùm mihi vi-
« detur,in ſecunda cella calida perfundebantur,atque etiam in ſolium aquæ plenum
« ingrediebantur,in tertiâ Laconicum ſine aqua, ac propterea pueritiam ſudoribus
« præſcribit,propterea ꝙ in eâ ætate aditus eſt ad artes,& labores,non tamē exercent
« illas: Itàque ſudāt,at vero Iuuentus & artificijs exercetur, & militia periclitatur,&
« negotijs inuoluitur,& ciuilibus curis tanquam tempeſtatibus iactatur, adeò vt et-
« iam ſudores ipſi inareſcant, Idcirco areſcit corpus,quod in adoleſcentiâ ſucculen-
« tius erat,hoc ſignificat. *Aſſum* illius ætatis origine Græca, ἄση enim eſt inquietudo,
« quoties acribus,atque fuliginoſis vaporibus,cor tentatur. Reſpondet autem La-
« conicæ ſudationi,quæ ſolo vapore,ſine aqua fiebat,quemadmodum *aſſa voce* dice-
« bantur *canere* qui nulla inſtrumenta adiungebant. Nonius Marcel. *Melos in cantibus*
« *bipartitū erat,in aſſâ voce, & organicon*,vox deducta à balneis Laconicis,quibus pleri-
« que infirmi ſine aquarum miniſterio & ſolo ſudore vtebantur. Et tales qui ſic ca-
« nunt ψιλοκιθαρισταὶ dicebantur. Altera vero vox *Perferentaria*,nihil in ſe habet diffi-
« cultatis,ad ſignificationem præter ipſam faciem,ac formam deriuationis,hoc enim
« habent parabolæ,& allegoriæ veterum,vt ipſa commata, membra, & periodi præ
« ſe ferunt vocum alluſiones, & ὁμοιοτέλευτα. Itàque cùm dixiſſet *tepidaria,vnctuaria,*
« *ſudatoria*,dictum noluit *aßatoria*,ſed *aßa perferentaria*,à perferendo,eius vitæ ſpatium
« deſignans laborioſum; Romanam flectionem, atque vſitatam, ex voce militari
« transferens ad tolerantiæ ſignificationem, quam fortitudinis ſpeciem agnoſcit A-
riſtoteles,neque Stoici aſpernuntur. Ità ferè ille.

Sed an defluxerit vſus iſte Balneorum apud Ethnicos frequētiſſimus ad Chriſtia-

nos

Digitized by Google

nos naſcentis Eccleſiæ? quod videtur: præſertim in Syria & Aſia: vſum enim Balneorum aduerſus morbos, & infirmitates habuiſſe, ex Sanctorum vitis liquet. A quibus nec abhorruiſſe viros ſanctos, teſtimonio ipſius Sancti Ioannis Apoſtoli, & Euangeliſtæ conſtat qui propter *imbecillam valetudinem*, (vt ſcribit B. Theodoretus lib. 2. hæreticarum fabularum in Cerintho) *interdum Balneo vtebantur.* Hinc aliquãdo accidit (quemadmodum refert idem Auctor) vt cum ſe Epheſi ad Balneum infirmitatis cauſa contuliſſet, ibique Cerinthum Hæreticum repeririſſet, mox indè ſe proripuerit, atque illotus fugerit, timens, vt dicebat, ne Balneum corrueret in quo lauaret Cerinthus veritatis inimicus. Atque hoc acceptum refero à R^do^ in Chriſto P. Petro Halloix Societatis IESV Theol. populari meo erudititiſſimo in vita S. Abercij Orientalis Eccleſiæ conſpicui. Secundo, probatur etiam auctoritate S. Hieronymi Epiſt. 7. ad Lætam, vbi reprehendit Virgines, quæ nimiopere Balneis indulgebant: *Scio* inquit, *præcepiſſe quoſdã, ne Virgo Christi cum Eunuchis lauet, nec cum maritatis fœminis, quia aliæ non deponant animos virorum; aliæ tumentibus vteris præferant fœdita. em, mihi omnino in adultâ virgine diſplicent lauacra, quæ ſe ipſam debet erubeſcere, & nudã im videre. Si enim vigilijs & ieiunijs macerat corpus ſuum, & in ſeruitutem redigit, ſi flammam libidinis, & incentiua feruentis ætatis extinguere cupit continentiæ frigore, ſi appetitis ſordibus turbare feſtinat naturalem pulchritudinem, cur è contrario Balneorum fomentis ſopitos ignes ſuſcitat?* Chriſtiani certe olim ſeueriores vix Balneis indulgebãt, *ſed aquâ manuali, manibus abluendis vtebantur,* inquit Tertullianus, *nimirum ad diſcrimen Balneorum, quibus ante cænã Pagani indulgebant.* Sed proh pudor! hodierni æui virgines, nedum cum maritatis, ſed cum adoleſcentibus quandoque lauant corporis maculas, vt mentibus poſteà multo maiores transfundant. Quatuor autem de cauſis primi Chriſtiani adiri ſolebant Balnea, teſte Clem. Alexandrino, quarum vna valetudinis gratia, ſecunda munditiei, tertia caloris, quarta voluptatis, quarum priores duas Chriſtianis permittit, viris quidem ſolius valetudinis; fœminis autem etiam munditiei. Nam duas poſteriores prorſus à Chriſtianis omnibus ablegat, caloris quidem, propterea quod alibi, & aliter procurari poſſit; voluptatis vero, quod ea minime deceat Chriſtianos, nec ibi, nec vſquam. Improbat deinde frequentem Balnei vſum, quod vires eneruet, & naturalẽ roboris vigorem, & contentionem relaxet. & cap. 5. eiuſdem libri Balneorum ſui temporis luxurioſum libidinoſorumque abuſum mire perſtringit ac reprehendit: vt & D. Auguſtinus Epiſt. 109. tom. 2.

Apologet.

Lib. 3. Pædag. c. 9.

CAPVT VI.

Rurſum, qui Sermones in Conuiuijs adhibendi? De Scomatibus aliiſque ſermonibus Conuiuialibus, oſtenditur in quibus loci, temporis, perſonarum habenda ratio, Statua cuiuſdã Dei menſis apponi ſolita. Iocandi genera.

Noct. Att. lib. 13. c. 11. PLacet Varronis ſententia ſic apud Agellium loquentis; Nec loquaces autem, inquit, conuiuas, nec mutos legere oportet: quia eloquentia in foro, & apud " ſubſellia; ſilentium verò, non in conuiuio, ſed in cubiculo eſſe debet. Sermones igi- " tur id temporis habendos cenſet, non ſuper rebus anxijs, aut tortuoſis, ſed iucundos " atque inuitabiles, & cum quadam illecebra, & voluptate vtiles, ex quibus ingeniũ " noſtrum venuſtius fiat, & amœnius; quod profectò eueniet ſi de id genus rebus ad communem vitæ vſum pertinentibus confabulemur, de quibus in foro, atque in negotijs agendis loqui non eſt otium. Rectè omnia Varro: nihil enim tam cognatũ eſt ſapientiæ, quàm locis, & temporibus aptare ſermones ac perſonarum quæ adſunt habita ratione, alios enim relata virtutum exempla, alios beneficiorum, modeſtiæ, alios aliarum virtutum maiorum commemoratio, alios acroamata moralia ad meliorem frugem conuertunt, ita vt vix conuiuio digreſſi, quin talibus auditis, emendationem aut imitationem ſibi renuncient: ità ad virtutem, & cõmunem vitæ ſocietatem honeſtè dirigendam incitabuntur quibus diu non datur lucis vſura.

Nonnulli ſunt qui Conuiuatori ſuadeant interroganda quæ Conuiuis grata ſunt & reſponſu facilia, quæque ſcit illos ſedula interrogatione didiciſſe, nam vt benè notauit ex Macrobio Policraticus, gaudet quiſquis prouocatus ad doctrinam ſuam *Lib. 8. de Nugis Curial. c. 10.* in medium proferendam: quia non vult latêre quod didicit, maximè ſi ſcientia, quam labore quæſiuit, cum paucis illi familiaris, & plurimis ſit incognita, vti de aſtronomia, vel dialectica, cæteriſque ſimilibus: tunc enim videntur fructum conſequi laboris, cum adipiſcuntur occaſionem publicandi, quæ didicerunt, ſine oſtentationis nota, qua caret qui non ingerit, ſed inuitatur vt proferat: contrà magnæ amaritudinis eſt, ſi coram multis aliquem interroges, quod non opima ſcientia quæſiuit: cogitur enim aut negare ſe ſcire, & prodere inſcitiam ſuam (quod extremum verecundiæ damnum putant) aut temerè reſpondêre.

Sunt tamen qui ſcomatibus delectantur, non illis quidem obſcœnis, flagitioſis, & petulantibus, ſed vrbanis, ingenioſis, liberalibus, & iocoſis, quæ vbi vero propiora ſunt, plerumque oſtendunt eos qui præpotenti valent auctoritate: qua de re placuit aliquando verſus iſte:

Primò igitur de quo poſſis, liceatque iocari *Perſpice, dilectus ſemper habendus erit.*
Interdum ſiluiſſe licet, nocet eſſe iocatum, *Parque pari minimè velle referre decet:*
Nempe, vbi præpollens aliquis virtute, potenſque *Ingenua de te luſerit arte ſales.*
Namque animi indicium eſt agreſtis ad omnia dicta Mutua, *& ad lepidos verba referre iocos.*

Tu

Tu concede aliquid maioribus, artis id ipſum eſt, Vt benè quæ noſti diſſimulare queas.
Verùm apud æquales, æqualibus vtere verbis, Cumque iocis luces hic reddere poſſe iocos.
Sed tamen inuidiæ morſus rapidiſſimus abſit, Omnibus in dictis ſemper apertus eris.

Cæterum, apud Lacedæmonios inter cætera exactæ vitæ inſtituta, hoc quoque exercitij genus, à Licurgo inſtitutum eſt, vt adoleſcentes ſcommata ſine morſu dicerent: ſi quis autem eorum in indignationem ob tale dictum prolapſus fuiſſet, vlterius ei in alterum dicere non licebat: At quia ſales, & ioci interdum acrem ſui memoriam relinquunt, hinc nonnullis viſum eſt, facetas potius proponere quæſtiones, quibus animus honeſtis ſermonum colluctationibus demulcetur, relaxeturque. Vnde ſolebant veteres præmium aliquod, videlicet coronam è lauro proponere, qui quæſtionem conuiualem ſolueret, qui non Saturno cedebat, cuius rei teſtis eſt locuples Agellius, verbis memoratu dignis. Conueniebamus, inquit, ad eandem Cœnam compluſculi, qui Romani in Græciam veneramus, quique eaſdem auditiones, eoſdemque Doctores colebamus. *Lib. 18. c. 2.* Tum qui Cœnulam ordine ſuo curabat, præmium ſoluendæ quæſtionis ponebat, librum veteris Scriptoris, vel Græcum, vel Latinum, & coronam è lauro plexam, totidemque res quærebat, quot homines iſtic eramus; cumque eas omnes expoſuerat, rem, locumque dicendi ſors dabat. Quæſtione igitur ſoluta, corona & præmio donabatur, non ſoluta autem tranſmittebatur ad eum qui ſortito ſucceſſerat, idque in orbem vice pari ſeruabatur; ſi nemo diſſoluebat quæſtionis eius nodum, præmium ipſum Deo cuius id feſtum erat, dicabatur. Quærebantur autem res huiuſcemodi, aut ſententia Poëtæ veteris lepidè obſcura, non anxiè; aut Hiſtoriæ antiquioris requiſitio; aut decreti cuiuſpiam ex Philoſophia perperam inuulgati purgatio, aut captionis ſophiſticæ ſolutio, aut inopinati rariſque verbi indagatio, aut tempus item in verbo perſpicuo obſcuriſſimum. Hactenus Agellius.

Ex cuius verbis hoc antiquitatum ſtudioſis notãdum eſt, quod dicit coronam Deo dicatam, ſi quæſtio propoſita non ſolueretur, veteres collocaſſe in menſa ſtatuam cuiuſdam Dei, velut tutelam, geniumque menſæ. Apertè Arnobius: *Sacras facitis mẽſas ſalinorum appoſitu, & ſimulachris Deorum*: quos etiam inuocabant initio menſæ: Quintilianus: *Adyſti*, inquit, *menſam, ad quam cum venire cæpimus, Deos inuocamus*. In quo religioſiores illi erant Eterodoxis huius temporis.

Verùm, vt redeamus vnde ſumus digreſſi, quemadmodum temporis, quod omnibus in rebus, eſt primum, ita & loci, & perſonarum quibuſcum agimus, ratio habenda eſt. Nam vt præclare Cicero ſcribit. *Tanta vis eſt, & loci, & temporis, vt ſi quis cùm cauſam ſit acturus, in itinere aut ambulatione ſecum ipſe meditetur, aut ſi quid aliud attentius cogitet, non reprehendatur: at hoc idem ſi in Conuiuio faciat, inhumanus videatur inſcitiâ temporis*. Prorſus verè. *Lib. 1. de Offic.*

Sed ne in iſtos ſcopulos impingamus, conſiderandum nobis videtur, quos in Conuiuium adſciſcamus: nam ab illa inſpectione, & Conuiuiales ſermones, & acroamata formare ſolemus: *Multum enim tribuere debemus ſenectuti*, inquit Cicero, *ac cedere* *1. de Offic.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Epiſt. 19. *dere iis qui Magiſtratum gerunt: denique ſuum cuique decus ſeruandum eſt. Antè circumſpiciendum eſt*, inquit Seneca, *cum quibus edas, & bibas: nam ſine amico viſceratio* (*id eſt, epulum*, cum carne) *Leonis, & Lupi vita eſt* ex quibus etiam verbis, aduerte Senecam damnare μονοφαγίαν, ſiue ſolitariam vitam, & victum, quam Græci, & plerique hodie pro conuitio quandoque obijciunt. Vnde Romanus quidam quo die ſolus cœnaſſet, pulchrè dixit, *ediſſe, non cœnaſſe; tanquam Cœna communionem ſemper, & oblectantem requirat familiaritatem*, teſte Plutarcho. Itaque ea ſemper fuit Conuiuij voluptas laudata, quæ non in ciborum ſuauitate, & luxu conſiſteret, ſed quæ feſtiuis iucundiſque iocis, ſed ſine aculeis, & turpiloquijs æſtimaretur, vti ſuprà oſtendimus.

CAPVT VII.

De perſonis quæ accumbebant. Virgines à Conuiuiis arcebantur, obſcœna verba principia moritura virginitatis, Græcorum & Romanorum mos, mulieres à Conuiuiis amouere, exceptis vxoribus, & nouis nuptis.

MOrem illum accumbendi veteribus vſitatum antè oſtendimus, nunc deſpiciendum qui accumberent. Et quidem apud Macedones nullus inter Con-
Lib. 1. Diphnoſ. c. 11. uiuas decumbebat, niſi extra retia aprum interfeciſſet, vt teſtatur Athenæus. Vndè Caſander, inquit, cum 35 vitæ ſuæ annum attigiſſet, tunc etiam comedebat ſedens apud patrem, quia certamé non potuiſſet abſoluere, quamuis robuſtus eſſet & bo-
Lib. 15. Annal. nus venator. Apud Romanos vero *Principum liberi cum cæteris*, inquit Tacitus, *eiuſdem ætatis nobilibus ſedentes veſci debebant in adſpectu propinquorum, propriâ & parciore menſâ* & quidem ad fulcra lectorum. Suetonius in vita Augusti *Neque cœnauit vnà* (cum
Cap. 64. ſuis ſcilicet nepotibus) *niſi vt in imo lecto aſſiderent.* De Claudio idem Suetonius: *Ad-*
Cap. 32. *hibebat*, inquit, *omni cœna, & liberos ſuos cum pueris, puelliſque nobilibus, qui more veteri ad*
Lib. 54. *fulcra lectorum ſedentes veſcerentur.* In gratiam tamen Auguſti Cæſaris *permiſit Senatus, id quod anteà nequaquam licebat*, inquit Dio, *vt ſcilicet eius natalitius innupti, innuptæque inter alios ſpectare in theatris, epuliſque intereſſe poſſent.* Alias, à Conuiuio addicabantur ſi Varroni credimus, *eò quod maiores noſtri*, inquit *virginis acerbæ* (id eſt viro non matu-
Lib. 1. de Offic. ræ) *aures venereis vocabulis imbui noluerunt.* Imo recepto Rom. more, vti Cicero teſtatur *cum parentibus puberes filij, cum ſoceris generi non laudabãtur.* In Balneis ſcilicet, vti ſuprà Cap. 5. oſtendimus.

Enimuero, Paganorum iſte mos inter probra laudabilis, valdè, licet pleriſque Chriſtianis neglectus, quod à turpiloquio abſtinerent. Nam *obſcœni plerumque ioci*
In Vit. Hilarion. *ſunt principia*, teſte D. Hieronimo, *moritura virginitatis.* Vix enim eſt vt in conuiuijs in quẽis liberi⁹ & Hilarius loqui fere homines ſolẽt, min⁹ quid pudicũ aut honeſtũ excidat, quod ne imbiberent prætextati, ſummè cauebatur: ideoque prætextatũ appellabant ſermonem, qui nihil obſcœnitatis haberet, vt Feſtus docet in voce prætexta-
Lib. 7. Polit. c. 17. tis. Vndè Ariſtoteles volebat *omne verbum obſcœnum longè ab auribus puerorum abeſſe, ac etiam remoueri omnes imagines, pictaſque tabellas, quæ amare docerent*, quod noſtro æuo minus fit.

Quo-

Quocircà, nedum Romanorum, ſed & Græcorum conſuetudo erat (vt ante me animaduertit Muretus) vt mulieres à conuiuijs amouerent, neque vlla in virorum ſympoſijs accumberet, niſi quæ quiduis non audire modo verumetiam perpeti poſſet, vt in Tuſculanis docet M. Tullius: Videbant enim alioqui fore vt aut matrimonialem, virginalemvè pudorem libertas iocantium offenderet, aut honeſtam iocãdi libertatem retardaret. Indè igitur eſt, quod cum apud Terentium Thraſo introduci iuſſiſſet, in conuiuium Pamphilam, indignata Thais: *Minimè*, inquit, *gentium, in conuiuium tu illam?* vt enim ſuis integram eam ac pudicam redderet ac reſtitueret vix id conſequi poſſe videbatur, ſi hoc quod poſtulabat miles, paſſa eſſet. Vxoribus tamen vitio non dabatur conuiuijs, totiſque virorum intereſſe. Æmilius Probus: *Quem enim Romanorum pudet vxorem ducere in Conuiuium & quidem in ſinum viri accubituram?* Solebant enim in ſinu virorum recumbere: vt & nouæ nuptæ in ſinu ſponſi, quod ante oſtendi; & finem facit. Iuuenalis:

Signatæ tabulæ, dictum fœliciter, ingens Cœna, ſed & gremio iacuit noua nupta mariti.

Satyra 5.

CAPVT VIII.

Veteres Rom. calidam ſuper cœnam bibiße: vino miſcuiſſe interdum & frigidam; eo fine niues adhibitæ. Hiſpani abſtemij. Pueri vino abſtinebant: vt & Romani ante 30. ætatis annum.

Rectè animaduertit Iacobus Cuiacius Iuriſconſultorũ ſui æui facile Coryphæ⁹, veteres calidam potaſſe, & vaſa ad id apta habuiſſe: vnde differentiam cum ICto ponit *cacabi*, & *aheni*: iſto enim aquam ad potandum calefieri, illo, id eſt cacabo pulmentarium coqui, ſed lubet morem à noſtro valde abhorrentem (ſi diſceſſerim tamen à nonnullis guloſis ſequioris ſexus) vlterius explicare.

Lib. 11. Obſer. cap. 7. *L. 18 ff. de Inſtr. & inſtr. leg.* *Lib. 4. de l. L.*

Varro omnium Romanorum doctiſſimus: *Calix*, inquit, *à caldo, quod in eo calidam bibebant*; adeo quidem, vt inter vindices delictorum non deeſſent qui male mulctarent eos ſeruos qui aquam calidam tardius attuliſſent, imo trecentis affligi verberibus iubebantur. Seneca: *Iraſcuntur boni viri pro ſuorum iniurijs, ſed idem faciunt, ſi calida non bene præbeatur*, quod eam pro illo æuo in delitijs haberent vino ſcilicet mixtam. Apuleius: *Fotis mea iam Domina cubitum reddita, arripit poculum, ac deſuper aqua calida iniecta porrigit vt bibam.* Tacitus: *Innoxia adhuc, & præcalida potio.*

Ammia lib. 18. *Lib. 1. de Ira* *Lib. 2. de Aſnio.* *13. Annal.*

Martialis: *Iam defeciſſet portantes calda miniſtros. Si non potares Sextiliane merum.* Iuuenalis: *Quando vocatus adeſt calida gelidaq; miniſter?*

Lib 1. Epig. 12. *Satyr. 5.*

Porrò, Philo Iudæus ſcribit: *Senioribus, qui delicatiùs tractari ſolent, calidam præberi ſolitam, cæteris frigidam.* Vnde Plautus: *Quos ſemper videas libentes eſſe in thermonopolio*, id eſt, eo loci quo calida vendebatur. Cæterũ, pura puta aqua, iſta, calida, erat, quæ vino miſceri ſolebat, teſte Lipſio: aliter tamẽ Athen. l. 11. qui ex Ariſt. in eã inijci ſolitã ſcribit myrrhã, maſtichen, crocũ, balſamũ, amomũ, cinnamomũ & alia aromata,

De Vit. cõtempl. *Curcu.* *Elect. c. 4*

mata,cum ebrietatis,tùm Veneris coërcendæ gratia. Plato etiam calidæ commeminit,qua refrigerentur inteſtina,& excitetur appetentia,cum ſitim irritet frigida.

Nihilominus apud Græcos vinum frigefieri ſolitum ſcribunt, & in puteo quidẽ: Calidum tamen potum eſſe contra naturam Plinius probat argumento brutorum quæ frigidum perſequuntur,& neque ipſe , neque Galenus,vllam ferè huiuſcè potionis,niſi in ægrotis,mentionem fecerunt; vti teſtatur Guilielmus Stuckius.

Antiq. Conuiual. lib 3. c.6. Lib. 3. cap.2. Porrò,niue refrigeratum bibiſſe,narrat Athenæus,ſcribens Alexandrum triginta magnas foſſas excauaſſe,quas cum niue repleuiſſet, ramos querneos ſuper inieciſſe:ita enim niuem plus temporis perdurare poſſe cenſebat, quod quidem veriſſimum eſſe in Italiâ vidimus aquam autem niueam colare ſolebant in colo vinario, *Lib.1.2* quò liquidius vinum ſumerent.

Martialis:

Attenuare niues norunt,& lintea noſtra, Frigidior colo non ſalit vnda tuo.

Hunc luxum acriter reprehendit Seneca Epiſt.78. *O infælicem agrum*, inquit,*quare? quia non vino niuem diluit;quia non rigorem potionis ſuæ renouat factâ inſuper glacie.* Et Epiſt.96. *Quid tu illam æſtuam niuem,non putas callum iecinoribus obducere?* & alibi ſæpius. Nonnulli verò puram putam,frigidam bibebant. Plinius: *Ibi ſuper abiectum linteum recubans,ſemel atque iterum frigidam popoſcit, hauſitque.*

Lib.10. Diphnoſ. cap 9. Illud denique curioſo Lectori notandum,Romanos vinum non bibiſſe ante trigeſimum ætatis annum,vt aſſerit Athenæus,vbi etiam ſcribit, quod apud Locros, ſi quis vinum ſine Medici imperio,& medicamenti cauſſa bibiſſe deprehẽſus eſſet, capitis damnaretur,quod nimiopere & pluſquam barbarum videri debet. *Lib.22. c.4.* Hinc & Plinius,Heroës viroſque præclaros recenſet,qui nihil præter aquam bibebant. Ideo videmus eas nationes acumine ingenij maximè valere,qui pro ſuo potu aquam aſſumunt:veluti multi Hiſpani, ac Luſitani, qui dum in adoleſcentiâ conſiſtunt,vino *De Offic. & Pot. Epiſ.Glo. 10.* non vtuntur,vt nec mulieres,donec viro copulentur,teſte Auguſt.Barboſa. Lenior tamen apud priſcos illos Plato,qui ſanxit tantùm,ne pueri vinum omnino guſtent, ad annum vſque XVIII.non enim,inquit,ignem in ignem proijciendum eſſe cenſe- *Lib.2 de Leg.* bant veteres.

CAPVT IX.

De varijs veterum Cœnis:Aduentitia ſcilicet,Dubia,Pontificali,Recta,Sportula,Chariſtia,Comeſſatio Priſcis,quæ? Apophoreta,apud illos quæ? Bibere ad honorem Diuorum,vel pro ſanitate amicorum.

Diuerſas fuiſſe veterum cœnas,illorum ex ſcriptis colligimus. Solebant imprimis tum Græci,tum Romani,aduenientes peregrè amicos lautiore conuiuio *Ath.1.* excipere, Athenæus ὁδοιπορικὸν,Plutarch.Sympoſiacis ὑποδεκτικὸν δεῖπνον, vocant. *Sen.2.* Sueton.Vitell.*Cœnam aduentitiam* Plautus Bacchir.*Viaticam. Ego inquit , Sorori meæ* *Lib 2 aduerſ.c.30.* *cœnã hodie dare volo Viaticã*, vbi *Viatica cœna* eſt aduẽtitia. Turnebus,& Mart.præfat.

vo-

vocant Aduentoriam: quæ cœnâ lautior, *Dubia* dicebatur, quæ varijs adeò inſtru-ᴄta ferculis, vt dubites quid ſumas potiſſimum. *Pontificales* etiam tales Cœnæ dicebantur. Horatius in Odis:

Abſumet hæres Cæcuba dignior   Seruata centum clauibus, & mero
Tinget pauimentum ſuperbo   Pontificum potiore cœnis.

Idem in Serm.—— *Vides vt pallidus omnis   Cœna deſurgat dubia, &c.*   *Pontificales.*
Apud Macrobium tamen in cœnæ Pontificiæ deſcriptione in duobus Triclinijs, decem modò conuiuæ nominantur, vt pateat in magnifico aliquo epulo vix binos lectum vnum occupaſſe. Vide Leuinum Torrentium quondam Vicarium Leod. in Sueto. Vitellij vita. *In Saturnal.*

Ad hæc cœnæ iſtæ lautiores, *Rectæ* quoque nuncupabantur. Vnde, *rectè conuiuari* apud Sueto. Veſpaſ. *ſed & conuiuabatur aſſiduè*, inquit de Veſpaſiano, *nec vnquam niſi rectè, & dapſilè, vt macellarios adiuuaret*, neque hîc aſſentior eidem Leuino Torrentio *recta* legenti. Idem Sueto. Domitiano: *Sportulas publicas ſuſtulit, reuocatâ cœnarum Rectarum conſuetudine.* Recta cœna Sportulæ oppoſita, vt vides. Martial. ad Cæſarem Domitianum. *Cap. 19.*

Grandia pollicitis quanto maiora dediſti,   Promiſſa eſt nobis Sportula, Recta data eſt.

Liberaliores enim diuites, ſalutatoribus ſuis legitimum conuiuium exhibebant, quod *Recta Cœna* quoque dicebatur. Sordidi autem & maligniores, *Rectæ Cœnæ* loco, *Sportulam* tantùm præbebant. Erat autem *Sportula*, inquit Budæus, obſonium quod diuites Romani ſalutatoribus dabant, ſecretò ipſi cœnantes. In limine autem domus *Sportulæ* conſtituebantur, in quo diuites ſuis clientibus & aſſectatoribus modò Rectas Cœnas, modò munera alimentaria dabant: quæ interdum ab alijs, & quidem diuitibus rapiebantur.

Iuuenalis:

Nunc Sportula primo   Limine parua ſedet, turba rapiendi togata.   *Satyra 1.*

Sueto. quoque auctor eſt Neronem cœnas ad Sportulas reuocaſſe, id eſt, ad conuiuiola. Rurſum Iuuenalis: *In Neron.*

Nonnè vides quanto celebretur Sportula fumo?
Centum conuiuæ, ſequitur ſua quemque culina.

Denique, *Chariſtia*, dicebatur cœna amicis dari ſolita, cuius meminit Ouidius: *Faſt. 2.*

Proxima cognati dixêre Chariſtia chari,
Et venit ad Socios turba propinqua Deos.

De *Chariſtijs* Valerius Max. *Conuiuium etiam*, inquit, *ſolemne maiores inſtituerunt, idque Chariſtia appellauerunt, cui præter cognatos, & affines nemo interponebatur, vt ſi aliqua inter neceſſarios querela eſſet orta, apud ſacra menſa, & inter hilaritatem animorum, fautoribus Concordiæ adhibitis tolleretur.* Hactenus Valerius. Ita Cornelius Tacitus ſcribit Germanos veteres in conuiuijs ſolitos fuiſſe inimicos ſibi inuicem reconciliare, atque in gratiam reducere, amicitias affinitateſque contrahere. *Lib. 2. c. 1.* *De Morib. German.*

Cœnas ad extremum excipiebant *Commeſſatiores*, quæ noctu vt plurimum fie-

Digitized by Google

Lib.3 de Orat. bant: ideò in ijs nil modeſtiæ, & ciuilitatis extabat. Sueto. in Domitiano: *Conuiuabatur non vltrà Solis occaſum, neque vt poſteà commeſſaretur.* Cicero: *Veniunt poſt cœnam commeſſatores coniurationis.* Seneca: *In commeſſationibus plus cantorum noſtrorum eſt, quàm in theatris olim ſpectaculorum fuit.* Cicero: *Saltatores Cithariſtas, totum denique Antonianum chorum.* Nonius: *Mulier cantabat tibijs, altera cymbalizabat,* quod quidem dabatur in vitio. Apuleius: *Habes vitium meum quaſi Commeſſatoris.* Ex his locis apparet Commeſſationes dici cibos potuſque, qui poſt cœnam ex luxu ſumebantur. Itaq; commeſſari eſt poſt cœnam epulari, & Commeſſator qui poſt cœnam commeſſationi indulgebat.

Epiſt.84. Philip.5. Lib.1.

Apophoreta denique non negligenda: Nam in opiparis menſis dona quædam conuiuis domum ferenda dabantur, quæ *Apophoreta* dicebantur παρὰ τὸ ἀποφέρειν, quod auferre, aut tollere ſignificat. Ad hunc morem ſpectauit Martialis:

Lib.24. Epigr.1. *Prœmia conuiuæ det ſua quiſque ſuo.*

Cap.19. De Veſpaſ. Sueto. *Sed & conuiuabatur aſſiduè, & ſicut Saturnalibus, dabat viris apophoreta: ita, & Kal. Martij fœminis.* De quo etiam more meminit D. Ambroſius: *Quid ad Conuiuium,* inquit, *magnum inuitantur, apophoreta ſecum reportare conſueuerant,* quæ conſuetudo iam ferè inualuit apud nos.

Exhor. in Virg.

Non omittebant etiam bibere ad honorem, proſperitatemque Diuorum atque hominum. Solemne enim erat, vt Diuo alicui libarent, hoc eſt ex patêra leuiter vini aliquid defunderent vel in menſam, vel in alium quemque locum pro re natâ: vtque etiam in Dominæ, aut amicæ honorem cyathum ebiberent, eamque palam nominarent, quod quâ verborum formâ fecerint, ex Plauti Sticho intelligimus, vbi Sangarinus ità loquitur.

Benè vos, benè nos, benè noſtrum etiam Stephanium. Pro eo quod eſt dicere, benè vos viuere, benè valere, benè Stephanium noſtrum precor.

Quin & illud vſurpabant, vt in honorem amici, aut amicæ tot cyathos biberent, quot litteræ in eo nomine eſſent.

Martialis:

Lib.9. *Neuia ſex cyathis, ſeptem Iuſtina bibatur. Nunc mihi dic, quis erit, cui te calatiſſe Deorum,*
Sex iubeo cyathos fundere? Caſar erit. Sutilis aptetur, decies roſa crinibus, vt ſit,
Qui poſuit ſacra nobile gentis opus. Nunc bis quina mihi da ſuauia, fiat vt illud
Victor ab Odryſio, quod Deus orbe tulit.

Hæc curioſiore ſtylo de veterum Cœnis notanda duximus.

CAPVT X.

Mulieres abſtemias fuiſſe: quæ paſſo tantum vtebantur. Apud antiquos vſus Mulſi, Mulierum abſtinentia tempore primitiua Eccleſia.

LEge per Romulum lata, quatuor de cauſis licebat marito vim & manus vxori inferre; nimirum ſi partum ſuppoſuiſſet, claues adulteras habuiſſet, vinum bibiſſet,

bibiſſet, adulterium commiſiſſet, teſte Dio. Halicarn. & Cicerone, ſed poſteriori ævo, ſeuera hæc pœna in repudium commutata eſt, vt auctor eſt Cuiacius, & ratio Romuleæ Conſtitutionis erat, quod mulier vinibua ex facili *Ad inconceſſam venerem labatur*, vt loquitur Val. Max. Indè natum oris oſculum, quod ex illâ ſuauiatione, vinumnè bibiſſent perſentiſcerent, vt Carolus Sigonius, Plinius, Agellius, Tertullianus, & alij teſtantur.

Lib. 2. 3 de Rep. Ad Neuel. 22. Lib. 10. Diphnoſ.

Quid ergò biberet ſequior iſte ſexus? lego in Athenæo paſſum bibiſſe, *Apud Romanos, inquit, vt lib. 6. narrat, Polybius vinum bibere mulieribus interdicitur, at bibunt quod paſſum appellatur: quod quidem ex vuâ paſſâ efficiebatur*. Vndè hallucinantur qui paſſum dici opinentur, vinum quod ex Cretâ maluaticum dicebatur, teſte Cælio Rodigino; ſiquidem mulſum corporis animique viribus reficiendis & augendis valdè commodum eſſe Plinius ſcribit.

Lect. Antiq lib. 13. cap 11. Lib. 22. c. 24.

Cæterùm, ſatis conſtat antiquos primam ſitim in Conuiuijs mulſo ſedaſſe, quod ipſum principio Cœnæ, inquit Lipſius, vel confectum apponi moris fuit, vel eius loco ſeparatim vinum & mel, vt Conuiua quiſque pro arbitrio id temperans mulſum ſibi conficeret. Pro edulijs, lactuca, oua & lucanicos, vel ex Varrone & Cicerone Epiſtolis ad Papir. Pætum manifeſtum. Plura de veterum edulijs, vide Macrobium Satur. lib. 3. cap. 13. & 15.

Lib. 3 cap. 1. Antiq. Lect.

Tempore naſcentis Eccleſiæ, quàm abſtemiæ fuerint mulieres ex D. Hieronymi ſcriptis ediſce, & ſignanter ex opuſculo, cui titulum fecit *Regula Monachorum*, vbi ſub cap. de abſtinentiâ Philoſophorum, &c. refert quandam Aſellam ieiunium habuiſſe pro ludo, inediam pro refectione: Et cùm eam non veſcendi deſiderium, ſed humana refectio ad cibum traheret, panè, ſale, & aqua frigida, concitabat magis eſuriem, quàm reſtringebat. Verùm plura de veterum incredibili abſtinentia ex profeſſo infrà Cap. xv. dicemus.

CAPVT XI.

Diuerſi rurſum Conuiuiorum ritus apud diuerſas gentes. Conuiuæ quibus mappis vtebantur?

NOnnullorum priſcorum Conuiuiorum, præſertim Romanorum, mores hactenus non illubente Mineruà produximus, nunc confertim aliorum ritus ſub acumen calami in vna veluti paropſide ponemus. Germani, inquit Poſſidonius, quem refert Athenæus, in ſympoſijs, cùm præbibunt, venas in fronte abſcindunt, & ſanguinem defluentem in poculo miſcentes bibunt, ſummum amicitiæ terminum attigiſſe exiſtimantes, cùm nimirum ſanguinem inter ſe guſtarunt, poſt huiuſmodi potum, caput vnguentis perungunt, & maximè roſaceo, aut melino oleo, vel nardino, vel alio præſtantiori.

Lib. 2. cap. 2. Diphnoſ.

Cretenſes, poſt Cœnam, inquit idem Athenæus de rebus publicis primum

Digitized by Google

conſultare ſolent, poſteà de rebus bello geſtis mentionem faciunt, eoſque laudant qui viri boni, & fortes fuerint, iuuenes interim ad probitatem ſtrenuitatemque adhortantes: iidem reliquias Cœnæ canibus abijciebant, omnia enim iſti & edere, & bibere volebant, nec quicquam ſupereſſe. Ita ille: cuius teſtimonio eò libentius vtor, quo ſit claſſicus auctor, & priſcorum Rituum magnus indagator.

Lib. 2. cap. 16.

Lib. 4. cap. 17. Thraces, quorum ipſe quoque meminit, ſuffocationem in conuiuijs ludebant in hunc modum: *Laqueum rotundum, inquit, ex loco quopiam demittentes, ſub quo lapidem ad perpendiculum ponebant, qui facilè aſcendentibus conuoluebatur, ſortiebantur poſteà inter ſe, atque is cui ſors tuliſſet falcem accipiens lapidem aſcendebat, collumq́; ponebat in laqueum, mox accedens alius lapidem peruoluebat; ille verò ſuſpenſus ſubſtracto lapide, niſi citiſſimè laqueum falce abſcidiſſet moriebatur. Alij interea ridentes pro ioco mortem illius habebant, at barbarus planè, & inhumanus iſte mos fuit.* Hactenus Athenæus Latinè redditus.

Saltationes veteribus tolerabiliores, & apud multos laudabiles, ac frequentes poſt cœnam fuiſſe notauimus in noſtro de Legationibus tractatu, & Cent. 2. huius operis.

Athen. Diphnoſ. lib. 1. cap. 11. Apud Tibarenos Conuiuatori ſcheda dabatur, in quâ quæ eſſent apparata ad conuiuium notabantur, vt ſcirent quodnam obſonium coquus eſſet, miſſurus: ſolebat etiam illo æuo præſertim apud Hebræos certas ciborum poculentorumque partes ſingulis conuiuis diſtribuere, teſte Guilielmo Stuckio Antiq. Conuiu. lib. 3. cap. 3.

Apud Macedones nullus decumbebat inter Conuiuas niſi extra retia aprum interfeciſſet, tunc enim ſedere inter conuiuantes licebat, alijs qui nullum virtutis ac fortitudinis ſpecimen edidiſſet non licebat, vt alibi dixi.

Romani ab ouis cœnam ordiebantur, malis finiebant. Cicero Epiſt. ad Petum: *Integram famem ad ouum adfero.*

Horatius:

——— *Si collibuiſſet ab ouo Vſque ad mala, citaret iô Bacche?*

Vndè natum prouerbium, vt cùm quid narratur à capite ad calcem, ab ouo ad mala diceretur.

Porrò, præficiebant veteres ſuis conuiuijs Sympoſiarchos, ſeu cœnarum Moderatores, penes quos erat totius epùli arbitrium: nam bibendi, edendique leges, & menſuram præſcribere, loca diſtribuere, & alia eiuſmodi decernere ad ipſos ſpectabat, Salazar in Prouerb. Salom.

Cap. 23. Receptum quoque erat in nuptijs, vt puer aliquis coronatus ſpinis, & quernis glandibus ſportulam panibus repletam circumferret, ac diceret ἔφυγον κακὸν εὗρον ἄμεινον. *Effugi malum, inueni meliùs.*

Lib. 1. Diphnoſ. Solebant quoque antiqui non ſolùm in ſpectaculis vnguentis vti, teſte Athenæo, verumetiam in Conuiuijs, quod lepidè docet Martialis in 3.

Vn-

Vnguentum fateor bonum dediſti Conuiuis here, ſed nihil ſcidiſti:
Res ſalſa eſt, benè olêre, & eſurire. Qui non cœnat, & vngitur Fabulle,
Hic verò mortuus mihi videtur.

Ludit in illum qui vnguentum quidem dederat, at parum, aut nihil cibariorum vnde ſcinderet, ideòque ſalsè mortuum videri illum qui non cœnat, & vngitur; mortui ſiquidem etiam vngebantur.

Ad hæc, Menſas obſonijs onuſtas conuiuis apponebant ſerui, non enim ſinguli, ſingula fercula, vt noſtri, ferebant, ſed conuiuis in lectis decumbentibus, vt ſuprà oſtendimus, menſas ad ſingulos miſſas cibarijs onuſtas apponebant, vnde non abs re conqueritur Martialis de *Annio*, qui vt lautior videretur, miniſtrantes ſeruos habebat qui ſingula geſtarent fercula: Verſus Martialis ſunt iſti: Lib. 6.

Cùm menſas habeat ferè ducentas, Pro menſis habet Annius miniſtros,
Tranſcurrunt gabata, volantque lances: Has vobis epulas habete lauti,
Nos offendimur ambulante Cœna.

Porrò, de modo epulandi in lectis notaui ſuprà cap. 2.

Inſuper, Menſas iſtas Romanorum non fuiſſe mappis opertas: ſiquidem pro ſe quiſque conuiua mappam ſiue mantile ſecum ad Conuiuium adferebat, vti ex Martiale colligit Lazarus Bayſius tract. de Vaſculis. Lib. 12.

Attulerat mappam, nemo dum furta timentur Mantile è menſâ ſuſtulit Hermogenes.

Ampliùs, profanam ſine ſalino menſam veterum opinio fuit, quin illud inter ſacra referebant, teſte Lipſio, qui nititur auctoritate Arnobij: *Sacras facitis menſas ſalinorum appoſitu, & ſimulacbris Deorum.* Nam & in menſâ, Deorum aliqua imago, velut tutela, Geniuſque menſæ: Lib. 1. Saturn. cap. 2.

Statius:

——— ——— Caſta Genius tutelaque menſæ.

Salluſtius de Metello Proconſule in Hiſpaniâ: *Prætereà ſedenti in tranſenna demiſſum victoriæ ſimulachrum cum machinato ſtrepitu tonitruum, coronam ei imponebat: tum venienti thure, quaſi Deo ſupplicabatur epulæ verò exquiſitiſſimæ.*

Perſæ item, Medi, Chaldei, inter edendum non loquebantur, quin piſce taciturniores erant. Teſtor Originem: *Perſarum*, inquit, *ac Medorum, atque Chaldæorum regna, & gentes omnes pariter puſilli, ac magni, cùm manducant non ſermocinantur, maximam notam irrationabilitatis hanc eſſe exiſtimantes, ſi manducans quis loquatur, vel inter bibendum concionetur. Idcircò, inter eſcas, & potum, os non aperiunt ad loquendum, neque qui miniſtrant, neque quibus miniſtratur, ſed nutibus omnibus miniſtrantibus præcipiunt, hanc conſuetudinem pro mandato à maioribus accipientes & velut legem hanc cum ſollicitudine obſeruantes, qui hanc violauerit, tanquam maxima tranſgrediens iura, torquetur.* Ita ille. Hic tamen ritus minùs à Romanis obſeruabatur, vti ſuprà oſtendi cap. 6. Lib. 3. in Iob.

Apud alias gentes nefas erat vltrà Solis occaſum menſis accumbere, teſte Auctore Dipnoſoph. Pallas apud Homerum:

Mergitur Oceano lumen: iam dedecet eſſe Præſentes menſis Diuum, diſcedere præſtat.

Lib. 11. Saty. vlt. Vnde apud Horatium: *De medio potare die.*

Iudæis Ablactationis erant conuiuia, cum ſcilicet à lacte ſemouebantur: cuius rei exemplum illuſtre extat Geneſ. 21. vbi Abrahamus eo die quo Iſaacus filius eius à lacte auulſus fuit, conuiuium dicitur adornaſſe: de quo ſic Origenes: *Huius pueri diem natalem non celebrat Abraham, ſed celebrat diem quo à lacte fuit depulſus, magnumque Conuiuium fecit.* Ita ille. Homil. 7 in Geneſ.

Maſſilienſium lege cautum erat, vt fœminis aquam bibere ſolum liceret, quod lege Romuli Romanis etiam ordinatum fuit, quinimò viris nonniſi trigeſimo ætatis ſuæ anno vſus vini permiſſus, vt auctor eſt Athenæus. Lib 10. Dipnoſ. cap. 9.

Denique, apud Athenienſes in more poſitum fuit, quoſdam viles & contemptos exquiſitiſſimis alere menſis etiam publicè, quos poſtea benè ſaginatos immolarent, vt potè tempore peſtilentiæ, aut famis vrgentis, illiſque tanquam publicis victimis Superos placarent. His omiſſis ad Natalitia Conuiuia tranſgredior.

CAPVT XII.

Dies Natalitios antiquos celebraſſe. Quo ritu? Dies certi aſſignati Natalitijs Deorum, & Magnatum, ſed & aliorum minoris conditionis, ac etiam eorum qui aliquo fortunæ caſu iactati: Mores iſti quando exoleuerint? Pharaonis & Herodis natalitia funeſta. Alia Conuiuiorum denique genera.

COmperio imprimis Græcorum, Perſarumque legibus ſancitum fuiſſe, vt is maximè dies ſuprà reliquos præcipuâ veneratione coleretur, in quo quis natus eſſet, vti memoriæ prodidit Athenæus, idque in gratiam cuiuſque Genij, ob quem Gentiles vocatis affinibus & amicis diem hunc Natalitium opiparè celebrabant: Neque ſolum Perſas & Græcos huic celebritati intendiſſe, ſed & Romanos, apud quos Natalitij etiam ludi in natalibus magnorum virorum edebantur veluti I. Cæſaris, Auguſti, Titi, Neruæ, Antonini, Gordiani, aliorum etiam antiquorum, vti Pharaonis, & Herodis (à quibus poſtremis ſi receſſeris, nullius legitur, teſte D. Hieronymo, Natalis dies in ſacris litteris celebratus) *vt quorum erat par impietas, eſſet & vna ſolemnitas.* Natalitia enim illorum funeſta fuiſſe, & ſanguinis profuſione celebrata, Origenes auctor eſt, vt poſteà ex Cyrillo Alexandrino etiam oſtendemus. Lib. 4. Dipnoſ. c. 6. Comment. in Matth. lib. 2.

Cæterum, poſtea ad alios minoris notæ, licet authoritatis magnæ, luxus iſte tranſijt. Hinc Cicero exprobrat M. Antonio quod daret *natalitia in hortis.* Horatius de Natali Mecænatis: Philip. 2. Lib. 4. Ode. 11.

Iure ſolemnis mihi ſanctiorque, Penè natali proprio quod ex hac
Luce Mecænas meus affluentes Ordinat annos.

Ita Plinius ſcribit Silium Italicum Virgilij natalem religioſius quàm ſuum coluiſſe: Lib. 3. Epiſt. 7.

Quid

Digitized by Google

Quid ſi dixerim natalem coluiſſe Deorum? Martialis in illo cæcutienti æuo: *Lib. 9. Epig. 68.*

Maia Mercurium creaſtis Idus.

Acron ad Horatium: *Natalis Dianæ à virginibus celebratur, ſicut Apollinis à pueris.* Tertullianus: *idem*, inquit, *fit Idolis natali, omni Diaboli pompa frequentatur*: atque ità Pallas Tritonia dicta eſt, in qua virgines natali Palladis decertabant. *Lib. 2. Ode 11. De Idol.*

Tibullus: *Lib. 4.*

Natalis Iuno ſacros cape thuris aceruos,
Quos tibi dat tenera docta puella manu.

Et de natali *Genij* ad Cherinthum: *Indidem.*

Magne Geni, cape thura libens, votiſque faueto,
Si modò, cum de me cogitat, ille calet.

Etiam Vrbium. Cicero: *O Nonæ illæ Decembres quæ me Conſule fuiſtis, quem ego diem Natalem verè huius Vrbis, aut certè ſalutare poſſum!* *Pro Flacco.* Imò lege cautum vt liceret Vrbium Natalitios dies colere: *Natalitij dies maximarum Vrbium Romæ, & Conſtantinopolis, in quibus debent iura differri quia & ab ipſis nata ſunt.* *V. l. 7 C. de Ferijs.* Traianus Cæſar ad Plinium Secundum: *Agnoſco*, inquit, *vota tua, mi Secunde chariſſime, quibus precaris, vt plurimos, & feliciſſimos natales florenti ſtatu Reipub. noſtræ agam.* *Lib. 1. Epiſt. 62.*

Vt & Imperij. Idem Traianus ad Plinium: *Diem Imperij mei*, inquit, *debitâ lætitiâ, & religione commilitonibus, & prouincialibus, præeunte te celebratum, libenter, mi Secunde chariſſime, cognoui litteris tuis.* Verùm, de Natalitio die quo ad Imperium aſſumpti erant, & eo quo Præſules Chriſtiani ad Regimen Eccleſiarum euecti fuerant, habes infrà parte 2 cap. 10.

Quin & eos dies religioſius celebraſſe, quibus è magno aliquo diſcrimine erepti eſſent, vti Horatius Kalendas Martias, quod eo die caſu arboris, adductus in periculum vitæ, ſed tamen liberatus fuiſſet. Cicero: *Et ſi non minus nobis iucundi atque illuſtres ſunt ij dies, quibus conſeruamur, quàm illi quibus naſcimur.* *3. Catil.*

Atque mores iſti ad tempora vſque primitiuæ Eccleſiæ continuarunt. Hinc Pontius Paulinus populum qui ad natalem D. Felicis Nolam confluebat, epulari ſolitum in æde ſacra ſcribit: *Opus enim erat*, vt notat Beatus Rhenanus, *olim multa Chriſtianis indulgere, qui plerumque iam ſenes de paganiſmo ad noſtram religionem conuertebantur, difficulter ea relinquentes, quibus per omnem vitam aſſueuerant.* *In lib. Tertull. de Coron. milit.* Vndè D. Auguſtinus fatetur ſe diem ſuum natalem celebraſſe, & non paruam de hac re diſputationem cum conuiuis ſuis habuiſſe, eamque in libellum contuliſſe, quia nihil aptius veræ Philoſophiæ ſibi videretur. *Lib. 2. de Ord. c. 1.*

At ritus ille exoleuus eſt, imo diuerſis Concilijs interdictus. Audiamus Origenem: Nos, inquit, *non natiuitatis diem celebramus, cùm ſit dolorum & tentationum introitus, ſed mortis diem celebramus, vt potè omnium dolorum depoſitionem, atque omnium tentationum effugationem. Illi enim qui mori videntur mundo, viuunt, & naſcuntur Deo: proptereà & memorias Sanctorum facimus, & parentum noſtrorum, vel amicorum in fide mori-* *Lib. 3. in Iob.*

Digitized by Google

morientium memoriam agimus, tam illorum refrigerio gaudentes, quàm etiam nobis piam in fide conſummationem poſtulantes. Hæc fuit Chriſtianæ Eccleſiæ fides. Firmemus rurſum B. Cyrilli Alexandrini verbis memorandis, ſic enim ille ſcribit: *Nemo ex omnibus Sanctis inuenitur diem feſtum, vel conuiuium magnum egiſſe in die natalis ſui, nemo inuenitur habuiſſe lætitiam in die natalis filij, vel filiæ ſuæ, ſoli peccatores ſuper huiuſmodi natiuitate lætantur. Inuenimus etenim in veteri quidem teſtamento Pharaonem Regem Ægypti diem natalis ſui cum feſtiuitate celebrantem, in nouo verò Teſtamento Herodem. Vterque tamen eorum ipſam feſtiuitatem natalis ſui, profuſione humani ſanguinis cruentauit.*

Lib. 8. in Leuit.

Lib. 7. in Matthæum c. 14.

His ſimilia ſcripſit S. Paſchaſius Ratbertus: *Nullum*, inquit, *inuenimus diem natalis ſui obſeruaſſe, niſi Herodem; & Pharaonem in diuinis litteris, vt quorum erat par impietas in perfidia, eſſet vna ſolemnitas ad ſuperbiam.* Verùm hunc morem ferè exoletum videmus, imò S. Concilio Niceno interdictum. Laudandus ideò FERDINANDVS II. Imper. qui ſuum quidem colebat Natiuitatis diem, ſed non vti priſci illi, ſolùm enim religioſiſſimo cultu eam adornabat, neque illum diem veluti Hilariorum agebat, ſed Deum vitæ ſuæ auctorem ob conſeruatam ad vſque eum diem vitam incolumem laudabat: ſuper quo gratias votis eximijs agebat; eaſdem quouis modo vt referret, ad aras agente Sacerdote, tot offerebat nummos ſuæ Maieſtati congruos pauperibus diſtribuendos, quot numerabat annos. Inſtitutum certè quod nedum talem Principem decuit, ſed quod alij quoque Principes & Dynaſtæ pro modulo ſuo imitentur.

Lib. 1. Antiq. Conuiual.

Erant & alia apud Priſcos Conuiuiorum genera, quæ apud diuerſas Gentes celebrabantur, & eleganti penicillo Guilielmi Stuckij delineata, veluti *Puerperalia*, quæ editis in lucem liberis adornantur, vti apud Germanos, qui ſeptimo die, qui dies eſt criticus, congregatis neceſſarijs amicorum nomina infantibus imponebantur, donicque ab illis feriebantur, & indè *Nominalia* dicta: ex quo Athenienſium more manauit fortè apud Chriſtianos vſus ille, vt quo die infans ſacris aquis initiatur, aut ritu Catholico confirmatur, munuſcula à Patrinis, vel Matrinis ei donentur. Indè alia *Ablactationis*, & *Dentitionis conuiuia* ſequebantur, quorum primum dabatur mox vt infans à lacte materno amouebatur, alterum cùm primum dentibus edere incipiebat. Sed & aliud Conuiuium apud Athenienſes, quod inſtruebatur tùm cùm pubertatem erant aſſequuti: tùm enim barbam, comamque deponebant, Deoque alicui dicabant, quo de ritu alibi ſcripſi. Inſuper erant *Conuiuia militaria*, quæ priſci inſtruebant antè, & poſt prælium; vt & alia veluti *vindemialia, nuptialia, exequialia*, ſiue *funebria*, quæ nono die, quo quis ſepultus fuiſſet inſtruebantur. Ad hæc *Nominalia* de quibus latiùs ſcribit Stuckius. Erat & epulum *Decurionale*, ſiue *Conſulare*, quo nimirum Conſul creatus alios Exconſules & Electores, vt & illos qui Conſuli electo comites ſeſe præbebant ſolemni conuiuio excipiebat: qui mos non eſt noſtro abſimilis.

Lib. 1. Antiq. Conuiual.

Hactenus de diuerſis Conuiuiorum generibus, quorum pleraque tolerabiliora eſſent, niſi Comeſſationes nomina illorum aſſumerent. Nam accubationem epulo-

Digitized by Google

epulorum, inquit Cicero, Maiores noſtri Conuiuium nominârunt, meliùs quam Græci, qui hoc idem compotationem nuncupârunt: quas Comeſſationes honeſtiores in vitio ponebant, & maximè Pericles, quem Plutarchus ſcribit non ſolùm eas, ſed & ipſamet Conuiuia & Cœnarum apparatus perpetuò reieciſſe & contempſiſſe: & de alio Poëta: *De Senectute.* *Horat.*

Non ego ventoſæ plebis ſuffragia venor Impenſis Cænarum.

CAPVT XIII.

De nonnullorum voracitate, & bibacitate, præmiſſis bibacibus propoſitis.

Athenæum lib. 10. *Dipnoſophiſtarum* cap. 1. memoriæ prodidiſſe legimus quendam Theagenem Athletam Thaſinum bouem ſolùm comediſſe, eiusque prodigij auctorem laudat Poſidonium in epigrammatibus: At, an res verò diſſimilior ſit dubitarem, niſi idem referret alium quendam Milonem Crotoniatem (cuius mentionem facit D. Hieronymus) cum in Olympicis quadrimum bouem, ſupra humeros aſſumpſiſſet, per ſtadiumque circum tuliſſet, ac poſteà ſolum eodem die totum comediſſe; vt taceam eundem ex alio interuallo temporis minas viginti carnium ediſſe, totidemque panum. Minam autem Græcorum. vnciarum eſſe ſedecim auctor eſt Paulus Ægineta, teſte Alciato libro de ponderibus. *Lib. 1. contra Iouinian.*

Prætergredior Tibicinem Megarenſem, de quo Herodotus, qui ſex panis ſemodios edebat, at carnium qualeſcumque inueniret libras viginti, vini verò bibebat congios binos. Congius autem libras decem continebat.

Refert & Sabellicus Albinum quendam in Galliâ Principem centum perſica, denos pepones, quingentas ficos paſſarias, & quadringentas oſtreas vna cœna deuoraſſe.

Quid ſi & edendi, & bibendi certamen eſſet propoſitum? Mithridates Rex Ponti, qui eius rei premium deferebat argenti talentum, ac vtrumque certamen ipſe vicit, cuius æuo ſi vixiſſet Aloman Poëta, vt auctor eſt idem Athenæus (qui ſe fatebatur πολυβορώτατον, id eſt voraciſſimum) fortaſſis, antememorati herbam dare ei debuiſſent.

Maiori adhuc ingluuie ſuperaret Aurelianus Imperator, qui vſque eò multum comedit, vt auctor eſt Vopiſcus, vt vno die ante menſam eius, Aprum integrum, centum panes, veruecem, & porcellum comederet.

In ſequiore etiam ſexu notata hæc voracitas: Nam Ælianus ſcribit quandam Aglaidem vnâ cœnâ comſumpſiſſe duodecim Minas, ſiue libras carnium, & quatuor chœnices panum, bibebat autem congium vini, id eſt, ſex ſextaria, digna herclè, quæ cum alijs voracitati Deæ litaret. Vt mirum videri non debeat ſi in Sicilia templum *Voracitati* ſacrum, & Cereis frumentariæ ſimulachrum excitatum fuerit, vt auctor eſt Ælianus. *Lib. 1. Var. cap. 26.* *Lib. 1. cap. 27.*

De eximijs autem potoribus, nonnihil adhuc dicendum. Auſpicari lubet à Græcis qui inſignes in hoc genere. Vndè Adagium apud Latinos *pergræcari*, pro eo, quod eſt genialem vitam agere. Plautus: *Dies, noctesque bibite, pergræcamini, amicos* 9 in Ver. *emite, liberate, paſcite paraſitos, obſonate pollucibiliter.* Et Cicero: *Fit ſermo*, inquit, *inter eos, & inuitatio, vt Græco more biberetur.* Græco more, id eſt, largiùs, & cyathis gran- Dipnoſ. lib. 10. c. 12. dioribus. Quid ſi dicam infundibulis? Teſtis mihi Athenæus, ſic inquiens: *Plurimum bibebat Diotimus Athenienſis, qui etiam* Infundibulum *dictus fuit, propterea quod infundibulo in ore poſito vinum infuſum abſque interuallo bibebat.* S. Baſilius morem illum expreſſit, & taxat, *Potione*, inquit, *iam longius progreſſâ, intrat adoleſcens aliquis validis humeris, & nondum ebrius, vas magnum vini refrigerati ferens, & ſuſtinens: Atque is propulſo ordinario pincerna in medio adſtans per obliquos canales quoſdam, æqualem omnibus diſtribuit ebrietatem partiti enim tubos illos, & ad ſe verſum quiſque accipiens, & excipiens tanquam è ciſternâ vno ſpiritu bibunt prorſus vt boues, adacti tantum in guttur attrahere, & admittere quantum supernò vas illud per argenteos canales infundit.* O lepidum inſanientium lu- Lib. 10. c. 21. dum! Alexander Magnus eodem Athenæo teſte, plurimum etiam bibebat, ità vt ob temulentiam ſæpius duos dies dormiret, ac duas noctes. Quinimò, ſuo, ac alieno malo præmium aliquandò propoſuit ἀκρατοποσίας ſiue *meri potionis*, in quo primum præmium erat talentum, ſecundum minæ triginta, tertium verò decem. Ludos profectò Rege illo dignos, qui per *Liberi* veſtigia ibat ſcilicet, & hunc quoque honorem ei habebat. Ipſe igitur editor, & arbiter cùm eſſet, certare plures, *Sed qui plurimum hauſit*, ait Plutarchus, *Stomachus quidam fuit, qui ad Congios quatuor peruenit.* Congius vt dixi libras decem continebat, ſiue ſextarios ſex, ergò 12. pocu- Lib. 14. Hiſt. la noſtratia. Mittamus Græciam. Apud Plinium habemus, Niuellum quemdam Torquatum Mediolanenſem, *tres Congios bibiſſe*, verba Plinij, *ſpectante miraculi gratiâ Tib. Clo Cæſ. (ſed quod miremur vno impetu) nec in eo (rara hæc gloria) labaſſe ſermone, nec leuatum vomitione, nec altera corporis parte dum biberet, Matutinas obiſſe vigilias, plurimum etiam hauſiſſe vno potu; non reſpiraſſe in hauriendo, neque expuiſſe.* Hactenus Plinius.

Lib. 5. Eodem planè abdominis genio fuit Camaterus Logotheta Manueli Biſantino Imperatori notus, quem ingenio præſtanti fuiſſe, & eloquentiæ ſtudioſo, refert, Choniates, ſed eundem omnium mortalium edonem & bibonem maximum, & quamuis vinum auidiſſimè, & largiſſimè ſumeret, & ſpongiarum inſtar madeſceret, tamen mentem non mergebat ea copia, ſed pedibus, capite, lingua conſtabat, vt ſobrij, imò creſcebat in eo & oratio, velut igne illo humoris accenſa, ſimul, & irrigata, vt non mirum ergò ſi charus iſte Principi ſuo, qui licet ſicpotè madidus, ſibi tamen ſemper præſens, alijs prudens, Principi ſecretus erat: fidem enim, ac taciturnitatem à ſeruis Domini imprimis expetiuit, quam in mero ſeruare perdifficile eſt: *Onerati enim vino quemadmodum non continent cibum, vino redundante*, inquit Seneca, *ità nec ſecretum quidem, quod ſuum, alienumque pariter effundunt.* Vndè Epiſt. 15. pulchrè Beatus Ambroſius, *Plerique vino vtuntur vt equuleo, & quibus tormenta non*

elici-

ficiunt vocem proditionis,eos tendant bibendo, vt patriæ ſtatum, ſalutem ciuium, defenſionis ſuæ prodant conſilia Quis inter cyathos texit: quod latere cupiebat, Peritus in hoc genere Maximinus Imperator, quem ſcribit Capitolinus, *bibiſſe ſæpè in die vini Capitolinam amphoram* (id eſt, congios octo, ſiue 24 pocula Belgica) *comediſſe autem quadraginta libras carnis*. Quod certè ſuperaret fidem, niſi fidus auctor id adſtrueret. Plura huiuſce farinæ habebit Lector in meis Politicis lib. 3. cap. 15. Sed mittamus comedones iſtos & bibones, veniamus ad vomitiones, proh pudor! quibus plerumque obnoxij tales ſunt.

CAPVT XIV.

De vomitandi conſuetudine apud Veteres.

QVid mirùm ſi in hac edacitate, ac voracitate plerique egererent præſumpta? Inde nata illis frequens vomitandi conſuetudo. Teſtor Martialem, Lib. 7. Epig. 66.

Nec cœnat prius, aut prius recumbit, Quam ſeptem vomuit meri deunces.

Suetonius de Vitellio Imper. ſcribit eum in ientacula, & prandia, & cœnas commeſſationeſque facilè omnibus ſufficientem fuiſſe vomitandi conſuetudine.

Cæſarem quoque vomere ſolitum oſtendunt illa Ciceronis in oratione pro Deiotaro: *Cum te poſt Cœnam vomere velle dixiſſes*, & puto eum diem ſibi vnum ſolitum deligere ex menſe quo cœnaret copioſius, vt poſteà vomeret. D. Hieronimus: *Multi impatientiam gulæ vomitu remetiuntur, & quod turpiter ingeſſerunt, turpius egerunt*. Adhibebant enim eius rei cauſa Drimyphagian, id eſt, eſum acrium & ſalſorum, ſumebantque omotharichum, raphanum, erucam, ſalſamentum vetus, origanum viridem, cepres, porrum, & talia vti auctores ſunt Diſcorides, Paulus Ægineta, atque alia commendata Galeno, laudatque veteres Medicos, qui tales vomitiones imperarent, aut ſemel, aut etiam bis quot menſibus. At Plinius ait, eis frigidiora effici corpora, oculoſque, ac dentes inſigniter lædi, Plutar. quoque vomitum, & purgationem alui inter medicamenta ponit, quæ vocat turpia redundantiæ remedia, quæ meritò damnat, cum porcinum ſit hac vomitandi conſuetudine aſſueſieri, eamque taxat acriter in mulieribus Seneca: *Non minus pervigilant*, inquit, *non minus potant, & oleo, & mero viros prouocant: æque inuitis ingeſta viſceribus per os reddunt, & vinum omne vomitu remetiuntur: æque niuem rodunt, ſolatium ſtomachi æſtuantis.* Vndè non mirum, ſi tales vocauerint *Ventres* vel *Profundum.*: Coprus Grammaticus: *In profundum*, inquit, *nummi, vel in arcam conduntur*, quod eſt vel in ventrem, mittuntur, vel in arcam, quo ſenſu *Gurges* etiam nuncupatur, teſte Turnebo.

Lib. 2. contra Iouinian.

Lib. 11. c. 52.

Lib. de ſanitate tuenda.

Epiſt. 95.

De his omnibus optimè dici poteſt illud Tertulliani: *Tota eorum charitas in cacabis feruet, tota fides in culinis calet, tota ſpes in ferculis iacet.* Lib. 1. aduerſar. c. 14.

Digitized by Google

Lib. cont. Pſychicos.

Sapienter ergò ſcribit Plutarchus, temperantiæ, ſobrietatiſque ſtudendum eſſe, ita vt vomitionibus, alui purgationibus (quæ valetudini plurimum officiunt) non ſit opus. Verum, de his qui ſobrietati & abſtinentiæ litant ſequenti Capite tractandum eſt.

Plut. de ſanitate tuenda.

CAPVT XV.

De nonnullorum frugalitate, & ex eâ longæuitate, deque ſobrietatis, adeoque inediæ dono.

NE ſic putemus paſſim Græcos omnes deditos abdomini, quin ſobrietatis, ſanitatiſque (vt inquiebant) Deam nonnulli ambabus vlnis amplexarentur. Ecce, Pythagoram legimus frugaliſſimè vixiſſe, ita quidem vt ſolo melle, & fruſtello panis contentus eſſet, eadem que de Ariſtide, Epaminonda, Phocione, & Phormione Ducibus memorantur. Diuus ipſe Hieronymus ſub Saturno, id eſt, aureo illo ſæculo, cum omnia humus funderet, nullum prorſus ſcribit comediſſe carnes ſed vniuerſos vixiſſe frugibus & pomis, quæ ſponte terra gignebat. Sed huiuſcè generis abſtinentia, in nonnullis Romanis præcipua apparuit: nam Manlium Curionem Ducem Romanorum ſcribit Athenæus per totum annum rapas comediſſe, cui cum plurimum auri miſſum eſſet à Sabinis, reſpondit auro ſe non indigere, donec cibis eiuſmodi vteretur. Tiberius verò Cæſar *ſolemnibus ipſe Cænis, pridiana ſæpè, ac ſemeſa obſonia appoſuit*, inquit Suetonius, *affirmans eadem omnia habere quæ totum*. An abigi debet Iulianus aliàs illaudatus ab horum exemplorum contextu? is tantæ erat parcimoniæ, vt ſæpè, nullâ vrgente etiam religione, oleribus leguminibuſque contentus ſine carne cœnauerit, vt auctor eſt Spartianus.

Lib. 2. contr. Iouinian.

Lib. 10 Dyphnoſ.

Cap. 34.

Tales ergò abſtinentioris notæ homines *ſalubritatem ſuam*, vtor verbis Valerij, *induſtria certiſſimo ac fidiſſimo munimento tuebantur, bonæque valetudinis eorum quaſi quædam mater erat frugalitas, inimica luxurioſis epulis & aliena nimia vini abundantiæ*.

Lib. 2. cap. 5.

Enimuerò, homines illos antiquorum hominum, qui à diluuio ſpatio 1600. annorum ſummâ in abſtinentiâ vixerunt, vſu vini, & carnium caruiſſe ſacra pagina teſtatur, quos tamen ad 600. 700. 900. annos vitam produxiſſe certum eſt. Horum imitatione Patres Chriſtiani antiqui, & noſtri æui in ſumma abſtinentia, & corporum ſanitate diutiſſimè vixere. Teſtis Venerabilis Beda qui Religioni abſtrictus ætatis ſuæ anno ſeptimo ob cauſam ſummæ abſtinentiæ in illa vixit totis 92. annis: Sanctus vero Hilarion etſi naturæ eſſet imbecillis, & teneræ 84. annis, ex quibus ferè 70. tranſegit in Eremo. S. Paphnutius, & S. Macarius 90. ſolo pane, & aqua vitam ſuſtentarunt. S. Iacobus Eremita 104. S. Simeon Stylites 109. ex quibus 81. inſumpſit ad vnam columnam ſoli, & pluuijs expoſitam. S. Paulus primus Heremita ferè 115. quorum centum inſumpſit in locis ſolis, & deſertis.

ſertis.S. Arſenius Præceptor Arcadij Imperatoris, 120.vixit annos ,in ſæculo 65. reliquos 55. in deſerto tranſegit abſtinentiâ admirabili. Et S Romualdus Italus centum etiam & viginti,ex quibus 100. egit in religione ſummâ abſtinentiâ, & & cultu corporis aſperrimo. Vdalricus Epiſcopus Patauienſis, vir miræ abſtinentiæ vixit annos 105.S.Franciſcus de Paula, pane & aquâ poſt Solis occaſum contentus,exceſſit annum 90.S.Martinus 86.S.Epiphanius ferè 115. S.Hieronymus circiter 80.S.Auguſtinus 76.S.Simeon ætatis ſuæ 120. martyrio affectus eſt.

Nec ſolùm Sanctis frugaliter viuentibus longæuitas hæc eſt conceſſa, ſed & alijs.qui abſtinentiam eorum imitati ſunt. Legitur enim apud Ioſephum Eſſenos longiſſimæ vitæ fuiſſe,ita vt plurimi eorum vſque ad centenariam perueniant ætatem,propter ſimplicitatem,inquit ille,victus, & vitam bene ordinatam;ſolum enim pulmentum ex pane,& vino ſingulis apponi ſolet. Philoſophi addi debent Democrites,& Hippocrates qui ætatem exceſsêre 105. Plato 80. Herodicus,qui licet affectâ ſemper eſſet valetudine,ad 100.annum peruenit, teſte eodem Platone. Galenus qui in ſenio lactucis victitabat,ſcribit arte illâ quæ dietam præſcribit, eos qui ab ipſo ortu imbecillum corpus non ſunt ſortiti,ſenſibus illæſis,& ab omni morbo,& dolore alienos ad ſummam ſenectutem peruenire,& de ſeipſo ſcribens,ait: *Ego verò tametſi nec ſalubrem corporis ſtatum,ab ipſo ortu ſim nactus,nec vitam plenè liberam egerim,hac tamen ipſâ arte vſus poſt 28.ætatis annum,nè minimo quidem laboraui morbo,niſi fortè diurnâ febri ob laſſitudinem aliquando contractâ.* Gorgias Leontinus interrogatus quâ viuendi ratione ad ſummam Senectutem perueniſſet, reſpondit, neglectu voluptatum illam conſecutum eſſe,vt refert Athenæus,qui etiam ſcribit inde factum eſſe,vt priſci Itali quo filios ſuos etiam opulentos, huic vitæ parcæ aſſuefacerent, aquam tantùm illis præbuerint & quodcumque ſe offerret: *Sæpius, inquit,mater,aut pater filium interrogabat, num pyra ſyluestria, an nuces vellet cænare, quorum aliquot edens contentus erat, & dormiebat.* Mira certè abſtinentia.

Lib. 2. de Bell. Ind. cap. 7.

Lib. 3. de Rep.

Lib. 5 de ſanit. tuent.

Lib. 6. cap. 8. Diphnoſ

Sed lubet tranſgredi ad recentiora: Suffraganeus Bambergenſis in luſtratione ſuæ Diœceſis,Thurinum adueniens reperit in pauxillo populo 200. vtriuſque ſexus perſonas,quæ ætatis annum 100. exceſſerant, quod quidem adſcriptum fuit ſingulari abſtinentiæ,cui plurimum addicti ſunt iſtarum regionum incolæ, neque ſolùm ad extremam ſenectutem morborum,& dolorum expertes perueniunt iſti ſobrietatis cultores,ſed etiam in ipsâ morte, vt rectè notat Reuerendus in Chriſto Pater Leſſius Theologus Soc. IESV doloribus non affliguntur, quia non vi illata naturæ,ſed ſimplici reſolutione, humidique radicalis conſumptione vinculum animæ,& corporis diſſoluitur ſicut lampas ſponte ſua abſque ſtrepitu extinguitur oleo conſumpto : quod latiùs deduximus in noſtro de Senectute Tractatu.

Tract. de conſer. valet.

Refert etiam Illuſtr. Card. Paleotus circa annum 1540. cum in Luſitania Ioannes III. regnaret,quendam è Gangaridum gente extitiſſe annos natum 335. qui filium habebat nonagenarium,qui bus aliquoties deciderant dentes,alijs continuò

De bono Senect. cap. 1.

Digitized by Google

ſubnaſcentibus & quis dubitabit eos etiam ex moderata victus ratione longæuitatem iſtam aſſecutos?

Lib. 2. cap. 16. Tempore primitiuæ Eccleſiæ, fidem ſuperant, quæ in Chriſtianis enarrantur. Si Nicephoro credimus, ſiue Philoni Iudæo, quem ille appellat, conſtat Chriſtianos numquam cibum, aut potionem ſumpſiſse ante Solis occaſum: *Quippe diuina*, inquit, *ſapientiæ ſtudium, quo ſe inuoluunt lucem mereri iudicant; corporis verò neceſſitates, tenebras ſolùm ſibi vindicare*, ſubijcitque quod fidem propè excedit *quoſdam, quorum animus ardentiùs inſidebat ſcientiæ, vix ſemel toto triduo cibi recordatos, nonnullos verò tantùm ſex diebus expletis alimentum neceſſarium deguſtaſſe.* *Opuſc. de Mon. tit. de abſtin.* Sanctus etiam Hieronymus teſtatur ſe vidiſse ea in parte Eremi, quæ iuxta Syriam Saracenis iungitur, Monachum, qui per triginta annos incluſus, hordeaceo tantum pane, & lutulenta aqua *Chron. 38.* viuebat. Certè, velim ſcire quonam pane vſus ſit quidam Ioannes à temporibus (qui fuerat Armiger Caroli Magni) quem natum ſcribit Nauclerus, & Cardinalis Paleotus annos ſexaginta vnum ſupra trecentos, niſi fortaſſis pane hordeaceo, quali victitabat iam memoratus Monachus, & alius Amatus nomine, de quo ſic *Lib. 4. Heliotrop.* narrat Hieremias Drexelius Societ. Iesv: Hic, inquit, poſt annos 30. in Monaſterio Agaunenſi exactos in rupe ſolitaria, vitam egit continentiſſimam. Nam è Cœnobio aſſignatus ei ſocius Berinus ſolum tertio quouis die panem attulit hordeaceum, & hydriam, hæc tota erat ei commeatus, & obſequij ratio, ægrè tulit hanc abſtinentiam cacodæmon. Itaque captata occaſione, cum vir ſanctus in preces effuſus, genibus niteretur, aduolans coruus, hydriam euertit pedibus, & panem roſtro aſportauit, ità perijt omnis in aliud triduum commeatus. *Quid ad hæc Amatus? Gratias tibi ago Domine* Iesv, *quod ſanctiſſimæ voluntati tuæ placeat exerceri me longiori ieiunio. Scio hoc mihi vtile futurum, qui etiam ſcio nihil in hoc mundo geri abſque tuâ prouidentiâ.* Verum, ſatis ſit horum, quæ hic prolixius tractaui, vt helluones, & genio indulgentes, intelligant etiam in abſtinentia beneficam eſſe naturam, cuius malignitas non eſt accuſanda, ſi qui dimidio minus viuant, quàm in ſobrio naturæ decurſu.

CAPVT XVI.

An inedia toleretur naturaliter?

Lib. 2. quæſt. 21. Diſquiſ. Magic. 1. q. 21. DIſcuſſus ſuperiori Capite varijs vtriuſque ſexus perſonis, quæ longæuitatem ſunt aſſecutæ per admirabilem cibi potuſque abſtinentiàm, tulit iam animus vt indagarem an poſſit inedia naturaliter tolerari? Refert R.P. Martinus Delrio Societatis Iesv in ſuis diſputationibus Magicis naturaliter poſſe contingere, vt quis multorum menſium inediam perferat. Nam & Indos, inquit, memorant herbæ coca ore geſtatæ beneficio famem repellere. Et Mathiolus ſcribit Scythas Scythycam herbam circà Boëtiam creſcentem adinueniſſe, guſtatu prædulcem, cuius mag-

Digitized by Google

magna quidem commendatio, quod in ore eam habentes, famem ſitimque non ſentiant. Idem præſtat herba apud eoſdem Hippice dicta, quæ equis quoque eundem effectum præbeat, traduntque Scythas etiam duodenos dies durare in fame, & ſiti, & Gemma multorum annorum agnoſcit naturalem inediam. Hippocrates tamen negat vltra ſeptimum diem naturaliter prorogari: ſed de ijs intelligendus eſt, quibus ventriculus, & ieiunium inteſtinum humore chiloſa vacant, in quem calor naturalis poſſit agere: tum enim fieri ſolet, vt illud inteſtinum intereà concreſcat, atque ità homines emoriantur. *Lib.1. Coſm.c.6.*

Verum, ſi vel à morbo præcedente, vel alia ex causâ ſit in corpore recidiuus humor flegmaticus, crudus, lentus, atque viſcoſus, illo calor naturalis vtetur pro alimento, donec totus humor abſumatur. Idem futurum ſi ex ſummâ cerebri humectatione, materia quædam ſubtilis, & pituoſa à capite in corpus deſcenderit, atque intereà corpori in alimentum ceſſerit: tunc enim quidquid à corpore difflueret continuò ab hoc humore in alimentum conuerſo reſtitueretur: nec cibo homini opus foret, donec hic humor penitus conſumeretur.

Hanc inediæ diuturnæ cauſam fuiſſe cenſuerim, & imbibeſiæ in illa Rogerij Boccon Anglicana puella, quam dicunt viginti annis nihil comediſſe, & in Gallo Sacerdote, qui tempore Nicolai V. Pontificis biennio toto, cibis, potuque abſtemius fuit: & in filia Spirenſi, quæ Ferdinandi Imperatoris iuſſu, veritatis explorandæ gratiâ, per multos Medicos anno 1540. aſſeruata, obſeruataque ſic ex graui morbo ieiuna perſtiterat iam vltrà quadriennium, corpore intereà benè forti, ſano, nec vllâ macie tentato, ſed ſcabie tantùm phlegmaticâ corpore obſito: frequens intereà lachrymabatur, & conſuetas aurium, nariumque ſordes, nihil tamen neque per ſedem, neque per loca muliebria fecium, vrinævè excernebat. Hac de re multa diſputarunt ex Italis Simon Portius, & ex Germanis oculatus teſtis vnus ex medicis obſeruatoribus puellæ Gerardus Bucoldianus epiſtola hac de re excuſa Moguntiæ anno 1540. Ad alia modò tranſgredi lubet, omiſſis iſtis quaſi naturæ miraculis.

CAPVT XVII.

De charta: cera: papyro: & id genus quæ noſtræ chartæ vicem habent, aut certè priſcis temporibus habuerunt.

SVbijt aliquando animum cogitatio, an apud priſcos mortalium fuerit vſus papyri, & chartæ, donec tandem incidi in Plinij naturalem hiſtoriam: qui ſcribit in palmarum folijs primò ſcriptitatum, deinde quarundam arborum libris: poſteà, publica monumenta *plumbeis* voluminibus, mox, & priuata *linteis* confici cœpta, aut *ceris*: In quo notes deprauatam eſſe Plinij lectionem in voce *palmarum*, pro qua eſt reponenda *Maluarum*: Nam in his ſcriptitatũ, non in palmis, *Lib.13. Nat.quæſt. c.11.*

mis,animaduertit Cinna antiquus Poëta,cuius Catullus , & Sergius meminêre :
verſus illius ex Iſidoro depromptos refert Melchior Guilandinus, Comment.ad
dictum Plinij locum in hunc modum:

Hoc tibi Aretæis multum inuigilata lucernis Carmina, queis ignes nominis Aëreos.
Lœnis in aridulo malua deſcripta libello: Bruſiaca vexi munera nauicula.

Lib.3. Æneid. Nam in folijs ſtirpium ſcripſiſſe antiquos,docent Virgilij verſus de Sibylla:

Quæcumque in folijs deſcripſit carmina Virgo,
Digerit in numerum atque antè ſecluſa relinquit.

Et illud Iuuenalis:

Satyr 8. *Credite me vobis folium recitare Sibyllæ.*

Vnde factum,vt rectè annotauit idem Guilandinus,quod chartæ , ſiue pagellæ
librorum,folia nominarentur ad hunc vſque diem , & tales vidi ego libros , aut
fragmenta Lutetiæ Pariſiorum in Monaſterio S.Germani,talesque reperti ſuêre
in Hiſpania,teſte Roderico Santio part.3.Hiſt.Hiſp.*Cum*,inquit,*apud Toletum qui-
dam Iudæus gratiâ ampliandi vineam ſuam,rupem comminuiſſet,in medio ſaxi reperta eſt con-
cauitas,vbi liber erat,folia lignea habens,deſcriptus tribus linguis,Hebrais,Græcis,& Latinis;è
ſcripturâ verò quaſi vnius Pſalterij videbatur, qui Liber de Triplici mundo diſſerebat ab A-
dam vſque ad Antichriſtum;Principium verò tertij Libri incipiebat à Chriſto ſic exordiens : In
tertio*,inquit,*mundo Filius Dei naſcetur ex Virgine Maria,patieturque pro ſalute hominum.*
Ita ille.

Succeſſit poſtea *plumbum*,& ex eo lamina,quibus in ſe conuolutis,confici cœpti
Plin lib 13. libri publici,ſiue publica monumenta, quod ipſum etiam probari poteſt ex Scri-
Iob.c 19. pturâ ſacrâ: *Quis mihi tribuat*,inquit B.Iob,*vt ſcribantur ſermones mei? Quis mihi det, vt
exarentur in libro,& ſtylo ferreo,in plumbi lamina?*

Libri autem priuatorum,aut *linteis*,aut *ceris*,eodem Plinio auctore , conficie-
Lib.4. bantur. De linteis,Liuius,*In tam diſcrepanti*,inquit,*editione,& Tubero, & Macer libros
linteos auctores profitentur, neuter Tribunos militum eo anno fuiſſe traditum à Scriptoribus
In Aurel. antiquis diſſimulat.Licinio libros haud dubiè ſequi linteos placet.* Vopiſcus:*Et ſi his contentus
non fueris,lectites Græcos libros,etiam linteos requiras, quos Vlpia tibi Bibliotheca cùm volue-
ris miniſtrabit.* Item in Antonino:*Inueni nuper in Vlpia Bibliotheca inter linteos libros Epi-
ſtolam D.Valeriani.*

Lintei verò libri erant non quales noſtri , qui ex detritis linteis confecti ſed in
telam lineam deſcripti, non aliter, quàm hodie à pictoribus rerum imagines in
In Plin. linteis ſeu telis depingi ſolent,quod & Guilandinus teſtatur.

Ad *cereos* proximo deflexu deſcendo:erantque tabellæ ligneæ cerâ illitæ,in qui-
Lib.9. Confeſ. bus ſtylo ferreo,non calamo ſcribebatur.S. Auguſtinus, *Et ſcripſi hoc in cerâ, & dedi
cap.4. eis vt legeretur*,vbi agit de dolore dentium, & ante eum D.Hieronymus (Epiſt.ad
Lib.1. Lætam) *Cùm verò*,inquit,*cæperit trementi manu ſtylum in cerâ ducere,&c.* Plinius Se-
Lib 7. cundus,*ceris,& ſtylo incumbit.*

Epiſt.27. Vndè,& pugillares dicti,quod pungendo litteras exararent : quemadmodum,
quod

Digitized by Google

quod ex cortice arborum conſtarent, Codicilli dicti. Quintilianus: *Illa quoque minora non ſunt tranſeunda, ſcribi oportêre ceris in quibus facillima eſt ratio delendi.* *Lib. 10. cap. 3.*

Rurſum Plinius : *Erat in proximo non venabulum, aut lancea, ſed ſtylus, & pugillares: meditabar aliqua, enotabamque vt ſi manus vacuas, plenas tamen ceras reportarem.* *Lib. 1. Epiſt.*

Plautus: *Dum ſcribo expleui totas ceras quatuor.* Ac ideò in te ſtamentariâ apud IC.tos, & alios natæ iſtæ formulæ: *Scribere, ſeu inſtituere aliquem in primâ cerâ, in imâ cerâ*, id eſt, in primâ, in extrema parte teſtamenti. *Curcul.* *Sueto.*

Porrò, in illis ſtylo ferreo ſcribebant, cuius vna pars erat obtuſa, altera acuta, de iſta Cicero: *Omnia ſub acumen ſtyli ſubeant neceſſe eſt*: Obtuſa verò parte vtebantur in ijs delendis, quæ non placebant, ceramque rurſum complanabant, atque ità ad ſcripturam nouam æquabant, quod collige ex Horatio: *Aug cap. 83.* *Lib. 1. de Orat.*

Sæpè ſtylum vertas, iterum quæ digna legi ſint: Scripturus. *Satyr. 10. lib. 1.*

Membranorum quoque vſus haud fuit infrequens, vt ex Plutarcho colligimus, qui (in vita Antonij) ſcribit nobilem extitiſſe Attali Pergami Regis Bibliothecam, in qua ſola ſupra ducenta millia librorum erant in hædinis pellibus, ſiue membranis deſcripta, illorumque vſum longè ante Ptolomeum, & Eumenem contra Plinium, & Varronem fuiſſe memorant nonnulli.

De his membranis, & cereis Martialis. *Lib. 14.*

Eſſe puta ceras licet hæc membrana vocentur, Delebis quoties ſcripta nouare voles.

Sanctus Hieron. *Stylus ſcribit in cera, calamus, vel in charta, vel in membranis, aut in quacumque materiâ, quæ apta eſt ad ſcribendum.* Atque vt ſeruarentur illæſæ, eas conuoluebant circa virgam cedrinam, vel alterius pretioſæ materiæ, cui extremum membranæ colligatum erat, vt notat Cornel. à Lapide. Hebræorum libros etiam in membranis ſcriptos fuiſſe ex Ioſepho probat Polyd. Virgilius. *Epiſt. 140.* *Cap. 2. Ezechiel.*

Sed & *cortices arborum* loco chartæ ſucceſſêre; vndè *Codicilli*, quod in dedolatis è ligno codicillis ſcriberent, & epiſtolarum colloquia miſſitarent, teſte D. Hieron. & *Codicilli* iſti epiſtolas ſignificant, vt Cic. 2. ad Q. Fratrem *Epiſtolam hanc continuò efflagitarunt codicilli tui.* *Lib. 2. de Inuent. rerum.* *Epiſt. ad Nepon.*

Quos quidem cortices *Papyrus* excepit, quàm naſci in paluſtribus Ægypti, aut quieſcentibus Nili aquis, refert Plinius: ex hacque planta quaſdam chartas, ſeu illius ſcapo nedum feciſſe antiquitatem, ſed & vela, funes, armamenta nautica varia, tegetes, indumenta ſtragula, luculenter ex Plinio probat Guilandinus, qui varia chartarum, ſeu papyri genera ſubijcit, nonnullaſque ex Plinio difficultates natas enodat, quem proindè videto. *Lib. 13. cap. 11.*

Cæterum, inuentum chartæ, de quo paulò antè meminimus, vt laudabile, ità vetuſtum, vel ante Alexandri Magni tempora, teſte eodem Plinio, quo tempore cœptum pannos lineos malleo tenuari, & percuti, glutinoque attrectari, quæ autem rugatæ, minuſque politæ erant, etiam malleo complanabantur, vndè libri ſic compacti malleati dicebantur, de his Vlp. in l. 52. ff. de leg. 3. *Vnde*, inquit, *non malè quæritur, ſi libri legati ſint, an contineantur necdum perſcripti? & non puto contineri,*

non magis quàm veſtis appellatione, nondum detexta continetur : ſed praſcripti libri nondum malleati, vel ornati continebuntur. Proinde & nondum conglutinati, vel emendati continebuntur. Sed & membrana nondum conſuta continebuntur.

Quanquam, non vno, eodemque tempore omnibus gentibus nota vſitataque erat, ſed ad quaſdam celeriùs, ad alias ſeriùs perueniſſe conſtat, nec tamen vtrobique indè neglectus vſus membranarum, & corticum arborum; nam vt notant nonnulli ex Herodoto (qui centum amplius annis Alexandro antiquior eſt) conſueuerant barbaræ gentes chartæ penuriâ in caprinis ouilliſque pellibus ſcribere, & eâ de causâ chartas pelles appellabant.

Martialis de Liuio lib. 14.

Pellibus exiguis arctatur Liuius ingens, Quem mea non totum bibliotheca capit.

CAPVT XVIII.

Typographia inuentum, an antiquum? De Bibliothecarum, & tormentorum bellicorum vſu, deq; illorum Auctoribus.

Coſmo g. lib. 3. PRoximo deflexu dicendum de Typographicæ inuentione, quam Moguntinis adſcribendum, & ſtudio Ioannis Gutembergij Equitis iam à centum quinquaginta, & quod excurrit, annis tribuendum Münſterus, alijque aſſerunt. Nonnulli tamen ſub Friderico III. Imperatore artem hanc inuentam aſſerunt & Argentorati primum in vſum deductam. Alij Batauis ſiue Harlemenſibus tribuunt: ſed præualuit opinio exiſtimantium Argentorati (quæ Metropolis eſt Elſatiæ inferioris) excogitatum fuiſſe diuinum illud eruditionis inuentum. *Lib. 5. Atom. c., 8. In ſua Aſia lib. 1. decad. 9.* Quanquam Luſitanorum nauigationes adſtruant apud Chinenſes, à multis retroactis ſæculis, imo à mille annis circiter, artem illam inuentam, vt ſcribit Gacias hortus, teſtaturque Ioannes Baptiſta Bartus eſſe penes ſe Chinenſium typographiæ librum, quem illi cum integro, & vniuerſali totius orbis ſitu perbellè typis mandârunt.

Lib. 14. H ſt. Iouius quoque refert Emanuelem Luſitaniæ Regem dono miſiſſe Leoni X. Pontifici Maximo Elephantem cum libro qui apud Catainorum cauſam, maximam, & præclariſſimam Vrbem, typis excuſus fuerat, quem & vidiſſe ſe, indulgentiâ ac pietate eiuſdem Leonis confirmat.

Quis autem primus Bibliothecas inſtruxerit, ſi quæras, reſpondebo primum Piſiſtratum tyrannum, deindè Ptolomeum Egypti Regem omnium litterarum peritiſſimum, Straboniſque Philoſophi diſcipulum, multis optimiſque libris vndecumque collectis Bibliothecam in quâ 700. voluminum millia Alexandriæ conſtituiſſe, quâ ab hoſtibus deuictâ, non ſponte, neque operâ conſultâ, ſed à militibus fortè auxiliarijs incenſa ſunt, auctore A. Gellio, quâ de re, deque encomijs eorũ Principũ, qui inſignes bibliothecas excitarunt ſcripſi lib. 1. Polit. Aphoriſm. *Lib. 6. Noct. Att. c. 17.*

Lib. 3. Coſmog. Iam de tormentis bellicis, quid dicemus? niſi quod illa accepta habeamus anno Christi 1354. vti refert Munſterus, & quidem in perniciem generis humani à quo-

quodam Germano ignobili, de quo ſic ſcribit Polyd. Verg. Fertur enim homo ille ad exitium humani generis natus, ſeruaſſe aliquandò domi in mortario puluerem ſulphureum cuiuſdam medicinæ faciendæ cauſa, necnon texiſſe lapide, ac indè contigiſſe, vt dum ignem ex ſilice propè excuteret, ſcintilla introceciderit, ſubitoque flamma eruperit, atque lapidem in altum tulerit: & ille eius rei caſu edoctus, poſteà facta ferreà fiſtula, & puluere confecto, machinam reperiſſe, ac eius vſum Venetis in illo bello primum oſtendiſſe, quod ad foſſam Clodiam eſt cum Genuenſibus geſtum, qui fuit annus ſalutis humanæ MCCCLXXX. Is Itaque tam mortiferæ machinæ repertor, pro mercede, opinor, accepit, vt nomen eius perpetuò occultaretur, nè omni tempore à cunctis mortalibus malè audiret, dignus ſcilicet, qui prior ipſe Salmonei fulmine flagraſset: Salmoneus enim Aëoli filius, cùm vellet Iouem in fulminibus iaciendis æmulari, ab eo de cœlo tactus, ad inferos detruditur, quando hæc fulmini odore, luce, ſonitu, impetu, ſimillima eſt: magna enim vt ignis collecti, emiſſis repentè, aut ferreis, aut lapideis pilis, quicquid obuium offendit, quaſsat, diſſipat, frangit, contundit, adeò vt nullus ſit locus, quamuis natura munitus, quin facilè expugnetur. Ex quo iam vſu venit. vt in ea hoc tempore omnis fermè vis peditum, omnis equeſtris ſplendor, omnis denique bellica virtus, indecorè conſiſtat, iaceat, torpeat. Hactenus ille quem iterum vide lib. 3. cap. 18. vt & Boëtium Eponem Anteceſsorem Duacenæ Vniuerſitatis tract. de Cler. vel Monachi, ſæcul. negot. ſeſe immiſceant nu. 16, cap. 9. Transferamus iam ad alia noſtrum ſtylum.

De Inuent. rer. c. 11.

CAPVT XIX.

De anno Climacterico: illius indago; malorum quæ ex illo proueniunt depulſio, ſiuè præcautio. Exempla eorum qui illo anno mortalitatem expleuère.

PLerique viri docti & graues, & inter veteres Iulius Firmicius Maternus ſentiunt tertium, & ſexageſimum ætatis annum diuerſis periculis, morbiſque aut cladibus obnoxium: hac ducti ratione, quod duo numeri annorum, ſeptimus videlicet, & nonus, plerumque rerum, vitæque immutationem, ac grauia pericula inuehant, quò fit, vt ſexageſimus tertius annus, qui vtriuſque numeri multiplicatam atque inuicem ſibi connexam ſummam continet, non ſine periculorum aceruo ingruat. Nouies enim ſeptem, & ſepties nouem, ſexaginta tres conſtituunt, atque ob id *Climactericus* is *annus* appellatur: quia à ſeptimo incipiens, vitam hominis quaſi per gradus quoſdam agat, & ſingulum ſeptennium periculis non eſse orbum, multò magis, vbi per nouies ſeptenarius multiplicatus fuerit. Itaque omnes qui per ſeptem, aut nouem annos exurgunt, *Decretorij* dicuntur, maximè cùm ſeptenarius numerus, eum nouenario, vt diximus, concurrit, annum ſexageſimum tertium efficiens: & his annis magnam mutationem ſubire homines cenſuère.

Lib. 4. Mathe.

Digitized by Google

Antiq. Lect. Lib 21. cap. 2. *Lib. 2. de Occul. Mirac. Nat. c. 3.* *Lib 7. de Benef. cap. 6.*

Ità Lud. Cælius Rhodiginus ex Agellio, Leuinus Lemnius inſignis Medicus, alijque recentiores cenſent, qui omnes experimento edoctum eſſe adſtruunt, eos qui his in ætatibus verſantur, vel calumnijs impeti ſolêre, vel grauiſſimis morbis diuexari vel periculis obijci, vel denique aliquod perpeti detrimentum, iacturamve vel facultatum, vel valetudinis. Atque hoc eſt quod Seneca ſcribit, *Septimum quemque annum ætati ſignum imprimere*, morbi ſcilicet, vel periculi, aut alicuius mutationis. Sed illius cauſam relinquit in diſcuſſam, quam tamen idem Leuinus Lemnius conatur ſic adſcribere, quod certis annorum periodis corpus humanum magnam humorum collectionem, ac redundantiam congeſſerit, quorum motu, atque agitatione morbi excitantur: Cùm enim natura ad immodicam repletionem deuenerit, ac conceptacula humorum plenitudinem perferre nequeant, in morbum erumpere neceſſe eſt. Quamobrem, omne ſtudium, operamque conferre expedit ad materiæ exuberantis euacuationem, quod ſemper Vere, vel Autumno, vel inciſione venæ, vel purgantibus medicamentis moliendum eſt: hac enim ratione effeceris, vt poſt ſeptennale curriculum, aut in quem alium annus Climactericus inciderit, morbum non metuas, aut aliquam corporis immutationem pertimeſcas.

Lib. 15. cap. 7.

Cæterùm, in comperto eſt multos, præſertim magnos viros, annum hunc reformidaſſe: in queis video magnum illum Auguſtum Cæſarem, qui ad Caium Nepotem ità ſcribit apud A. Gellium: *Aue mi Cai, ocellus meus iucundiſſimus, quem ſemper mediusfidius deſidero, cùm à me abes: ſed præcipuè diebus talibus, qualis eſt hodiernus, oculi mei requirunt meum Caium, quem ſpero lætum, & benè valentem celebraſſe quartum & ſexageſimum natalem meum. Nam vt vides* κλιμακτῆρα *communem ſeniorum omnium tertium & ſexageſimum annum euaſimus.* Ità ille.

Inter alios Imperatores qui anno illo diem clauſerunt extremum, vt alios minoris notæ omittamus, recenſentur iſti. Claudius Imp. Cocceius Nerua, Traianus, Tiberius II. Mauritius, Ludouicus Pius, Ludouicus Bauarus, Ferdinandus, & alij plurimi Magnates & Dynaſtæ; ex quorum interitu liquet obſeruationem hanc neutiquam eſſe ſuperſtitioſam, ſed rationibus, & exemplis comprobatam, de qua ſcripſerunt Philo Iudæus, Petrus Alexandrinus, Macrobius, Boëtius, D. Ambroſius, Auguſtinus, Beda, & alij non pauci. Licet plerique & inter hos Aſtrologorum Princeps Ptolomæus in alia omnia erant, & eiuſmodi placita reiecerint.

CA-

CAPVT XX.

De Lampadibus perpetuò ardentibus. De igne Veſtalium. Io. Baptiſta Helmontius refutatur. Principibus Lampades præferebat antiquitas.

SEd dimiſſis illis quæ multorum ingenia in diuerſa traxere, ad alia tranſgrediamur, ac imprimis de Lampadibus perpetuò ardentibus tractemus. Prodidit Solinus Montibus Arcadiæ naſci lapidem (qui ἄσβεϛος, inextinguibilis dicitur) qui vbi flammæ ſemina conceperit, continuis penè ignibus ardet. Ideo in delubris olim & ſepulchris ex illo lampades concinnabantur, de quo S. Auguſtinus: & Plinius. Inuentas etiam eſſe lampades in quibuſdam ſubterraneis Italiæ monumentis perpetuo fulgore lucentes, qualis fuit illa Maximi Olibij in agro Patauino iuxta Oppidum Atheſtæ eruta, quam arſiſſe ſupra mille & quingentos annos poſt Franciſcum Maturanſium Epiſtola ad Alphonium tradit doctiſſimus Guilandinus. *In Comment. in Plin.* Arſiſſe autem ex Hydrargyri quot Chimici ad aurum conflandum vtuntur, liquore, ſeu vitri oleo Hermolaus Barbarus vir clariſſimus ſcribit. Conſonant ea quæ de lucernis ex Archimedis officinâ affert Baronius, ac potius Lactantius ab eo laudatus, verbis his: *Parauimus etiam nocturnis vigilijs mechanicas lucernas conſeruatrices illuminantium flammarum, ipſas ſibi nutrientes incendium, quæ humano miniſterio ceſſante, prolixè cuſtodiant vberrimi luminis abundantiſſimam claritatem: vbi olei pinguedo non deficit, quamuis flammis ardentibus iugiter torreatur.* Ità Lactantius. *Tom. 7. Annal.*

Hoc mihi vt non eſt veri diſſimile, ità alieniſſimum illud à vero videtur; quod noſtrâ ætate nugacibus ſuis ſcriptis prodidit Ioannes Baptiſta Helmontius, Medicus ſcilicet, & Philoſophus per ignem: *Lucernam ſemel concinnato oleo ex hominis ſanguine diſtillato, nullo alio alimento adiecto, tamdiu ardere, quamdiu is homo viuit è cuius ſanguine oleum eſt, at illo vbilibet moriente, lucernam quantumuis diſſitam extingui.* *Diuin. Inſtit. cap. 29.*

Verùm, doctrinam hanc, hominis mendaciloqui eſſe ſatis teſtantur clariſſimi quondam Medicinæ Doctores, & Profeſſores Louanienſes, Thomas Fienus, & Gerardus de Villers, neque non Martinus Remij, ac du Iardin, præclari Medicinæ Profeſſores in Academia Duacena, quibus ſubſcribunt P. H. Becquet Chirurgiæ Profeſſor & Ericus Sonthemius Doctor, Medicus Ducatus Luxemburgen. alijque non pauci. Itaque miſſa iſta faciamus.

Vicina indagine tranſgrediar ad perpetuum Veſtalium ignem, qui in templo Veſtæ ab ipſis cuſtodiebatur: nam varij varia tradunt, hoc certum, Virgines illas ignem iſtum inextinguibilem conſeruaſſe: Quod ſi caſu quodam extinctus fuiſſet, fas non erat eum inſtaurari ex igne humanis manibus elaborato, ſed accenſa per fomites ex Sole flammâ, purus & cœleſtis ignis eliciebatur.

De hoc Veſtalium igne Virgilius: *Lib. 5. Æneid.*

Sic ait, & manibus vittas, Veſtamque potentem,
Æternumque adytis effert penetralibus ignem.

Digitized by Google

Ideò autem Deæ Veſtæ ignem apponi credebat antiquitas, quod terra inflammationes in ſublimi faciat ex ſeipſa. *Lib. 1. de Numa.* C. Florus de Numa Rege Romuli ſucceſſore inter alias cæremonias, Vrbiſque Religiones, imprimis focum Veſtæ Virginibus colendum dediſſe refert, vt ad ſimilitudinem cœleſtium ſiderum cuſtos Imperij flamma vigilaret. Plura de Veſtalibus dicentur 2. Cent. cap. 20. & Cœlium Rhodig. lib. 15. Antiq. lect. c. 14.

Ignis mentione ſilentio inuoluendum non videtur, Babiloniæ Regibus in more poſitum fuiſſe, ignem præferre. Nam de Nabuchodonoſore Rege habetur in lib. *Cap. 3.* Iudith, quod *honoratiores Vrbium ſimul cum populis exibant obuiam Regi venienti, eum excipientes cum coronis, & lampadibus, ducentes choros in tympanis, & tibijs.*

Quem morem à Romanis vſitatum fuiſſe Herodianus indicat, dum ait: *In vita Commod. Imp.* *Commodum Cæſarem ſorori ſuæ Lucillæ honores ſeruaſſe. Nam & in theatris*, inquit, *ſella Imperatoria ſedebat, & ignis eam præcedebat.* Durauitq; vſus ille vſque ad tempora Iuſtiniani, qui honorem hunc Vicario ſuo Pontifici tractus (vt patet ex illius Edicto) communicauit. *Vtetur*, inquit, *Vicarius præconu voce, & lampadibus quatuor: cùm in hanc rem ſumptus à nobis conſtitutus ſit.*

De Zotico Principe Xiphilinus: *Lucernis quamplurimis relucentibus ingreſſus eſt in Palatium.* Et de Iulio Cæſare Suetonius: *Cap. 37.* *Aſcenditque Capitolium ad lumina 40. elephantis dextra, atque ſiniſtra lychnuchos geſtantibus.*

CAPVT XXI.

De Ritibus nuptiarum: deque Repudijs, Diuortijſque. De Dea Viriplaca, diſcordia coniugum ſedatrice. In Nuptijs, qui Ritus? qui Dij Deæque colerentur.

QVoties apud Romanos aliquid iurgij maritum inter & vxorem exortum eſſet, Sacellum Deæ *Viriplacæ*, quod erat in Palatio accedebant, & ibi inuicem locuti quæ voluerant, contentione animorum depoſita, concordes reuertebantur. *Lib. 2, cap. 1.* Nomen autem Deam iſtam à placandis viris, aſſecutã eſſe ſcribit Valerius: *Venerandã quidem illam*, inquit, *& neſcio an præcipuis, ſed exquiſitis ſacrificijs colendã; vtpotè quæ quotidiana, ac domeſtica pacis cuſtos, in pari iugo charitatis, ipſa ſui appellatione virorum maieſtati debitum, ac fœminis reddens honorem.* Pura puta quidem fuit hæc ſuperſtitio Gentilium, quæ tamen ità animos ciuium Romanorum amoris vinculo colligabat, vt ipſis 520. annis nullum ferè diuortium Romæ factum ſit.

Vndè ſummæ laudi dabatur ijs, qui ſine diuortijs animorum tranquillè vixerant. Antiquum marmor: *Terentiæ boæ Valentianæ coniugi incompar Abutius Tertius animo mærentiſſimus, cum quâ vixit annos XXV. ſine vlla querela.* Atque in iſta fide, & vinclo coniugali perſtitit Roma pluribus vt dixi ſæculis.

Primus autem Spu. Caruilius Ruga vxorem ſterilitatis cauſa dimiſit: ob quam quo-

quoque licuit Iudæis,& Romanis diuortio vti,idque etiam iure ciuili vti l. *Ideo ff. de Donat. inter vir. & vxorem.*

Exinde,diuortia,& repudia creberrima. Diuortium,inquit,Iuriſconſultus dictû à diuerſitate mentium,quæ erat inter maritum, & vxorem:Repudium autem inter ſponſum,& ſponſam,illiuſque formula erat: *Tuas res tibi habeto , vel tuas res tibi agito. Frugi*,inquit Cicero, *factus eſt Antonius dum Mimam illam ſuam,ſuas res ſibi habere iuſsit, ex 12. tabulis claues ademit,exegit.* In quo notes illud, *claues ademit* : nam vt traditione clauium mater familias efficiebatur,ita repetitione ſponſa,aut vxor eſſe deſinebat. Diuus Ambroſius: *Mulier offenſa claues remiſit, domum reuertit.* L. 2. ff. de Diuort. Philip. 2.

Mittebatur autem Repudium per nuntium,vtpotè per libertum , aut per libellum coniugi datum miſſumvè ad domum eius , & concipiebatur formulis iam dictis. Iuuenalis: L. 6. C. de Repud.

Collige ſarcinulas:clamat Libertus,& exi, Iam grauis es.

Porrò,de alijs cauſis diuortij,& Repudij,vide D. Hieronymum in cap. 14. Deut.& Nouel. Iuſtin. 22.& 117.& ibi Cuiacium eximium Iureconſultum Gallum.

Sponſalia vero quæ fuerint apparet ex his Sulpitij verbis,apud Agellium : *Qui vxorem*,inquit, *ducturus erat, ab eo vnde ducẽda erat,ſtipulabatur eam in matrimonium ducturum iri,qui daturus erat itidem ſpondebat. Is contractus,ſtipulationum,ſponſionumque dicebatur Sponſalia,tunc qua promiſſa erat,ſponſa appellabatur ; qui ſpoponderat ducturum, ſponſus.* Lib. 4. c. 4 Noct. Attic.

A ſponſo etiam ſponſæ dabantur arrhæ,l. Si quis officium ff. de ritu nupt. l. Arrhis 3. C. de Sponſal. Quin & annulus ſponſæ pignoris loco mittebatur,vt poſtea dicam. Verum, *ſi poſt eas ſtipulationes vxor non dabatur, aut non ducebatur , qui ſtipulabatur ex ſponſu agebat , & cognoſcebat Iudex quam ob rem data acceptavè non eſſet vxor, ſi nihil iuſta cauſa videbatur, litem pecuniâ æſtimabat, quantique interfuerat eam vxorem accipi, aut dari, eum qui ſpoponderat aut qui ſtipulaturus erat, condemnabat*, vt ex eodem A. Gellio conſtat.

Porro, Ritus ſponſaliorum, ſiue nuptiarum præcipui erant iſti: Primo Aruſpices adhibebantur: vide Valerium Max. & Tacitum de nuptijs Meſſalinæ , dicti autem Auſpices ab auibus aſpiciendis, quæ ſiniſtros aut ſecundos euentus ſignificabant. Lib. ii.

Secundo, aquam,& ignem attingebant, vt id ipſi generationis omen haberetur, quæ calore, & humore perficitur.

Tertio, nonniſi per noctem puellæ nubantes à ſponſis ducebantur:

Mopſe nouas incide faces: tibi ducitur vxor. Virgil. Epilom. Eglog 28.

Apuleius: *Domus tota lauru obſita, tædis lucida conſtrepebat Hymeneum.* Et quidem velatæ, Tertullianus: *Velata ad virum ducuntur.* Lib. 4. de Velan. Virg.

Quarto, noua illa nupta rapiebatur, aut è ſinu matris , aut ſi mater non eſſet, ex proximè neceſſariâ, boni ominis cauſa, quod ea res fœliciter Romulo eueniſſet, veluti Feſtus teſtatur.

Quin-

Digitized by Google

De Verb. ſig. in voce Rapi. v l. 8. de Iure dot.

Quintò, flammeo caput obnubebat perpetui connubij ominandi ergo:
Catullus:

Flammeum videor videre, Tollite pueri faces.

Moxque pedem è primis ædibus egreſſa, vertebatur in gyrum, atque ità ducebatur, & quidem veſperi in domum ſponſi, nè ſciret viam redeundi ad ædes parentum, vt oſtendit Tiraquellus, &

De Leg. con glo. 1. nu. 32.

Catullus (in Epitalamio.)

Veſper adeſt iuuenes conſurgite: Veſper Olympo,
Surgere iam tempus, iam pingues linquere menſas,
Iam veniet Virgo, iam dicetur Hymeneus.

Sextò, deducebatur à tribus pueris prætextaits ſuſtinentibus brachia nuptæ, atque canentibus pueris, puelliſque clara voce: *Hymen ò Hymenee.* Hymeneus autem Deus nuptiarum erat, ἀπὸ τοῦ ὑμένος.

Lib. 25. c. 8.

Septimò, vbi ad limen mariti peruenerat, tum poſtes lupino oleo ipſa ſponſa perungebat, & eoſdem laneis vittis exornabat, vt auctor eſt Plinius: Vnctione autem peracta, noua nupta limen ianuæ tranſilibat.

Octauò, ea ingrediente Talaſſio magna voce clamabatur, quod in raptu Sabinarum ea vox celebrata virginem forma excellentem ab impetu aliorum defenderit, vide Seruium in 1. Æneid. & Liuium lib. 1.

Nonò, ea verò in cubiculū deducta ab iam dictis Prætextatis, ſeu ab eo qui Prælux erat, fax ab amicis rapiebatur, ne aut vxor eam ſub lecto viri ea nocte poneret, aut vir in ſepulchro comburendam curaret, quo vtroque modo mors propinqua præſagiri putabatur.

Decimò, Poſtes frondibus adornabantur, teſte Poeta Statio:

Fronde virent Poſtes, & feruent compita flammis.

Libro de Viduis.

D. Ambroſius: *Vel cum accenſis funabulis mox ducitur, nonnè pompa funebris exequias magis putat, quàm thalamum preparari?*

Vndecimò, Ingreſſa dicebat marito, ***Vbi tu Caius, ego Caia***: quaſi cum viro bonorum, fortunarumque communionem depaciſceretur: vel potius vxori ingredienti maritus claues dabat, vt infrà dicam.

Duodecimò, Maritus ſponſæ comam haſtæ cuſpide diſtinguebat.

Decimo tertio, Illam in obſcœni Dei ſinum locabant, vt hic quoque iure ſuo pudicitiam eius prælibare videretur: quaſi verò Dij obſcœnis iſtis vellent ſibi litari.

Decimo quartò, Dno Prætextati brachia eius dimittebant, Pronubæ verò eam in lecto (quem vocabant Genialem) collocabant.

Polid. Verg. 1. cap. 4.

Decimo-quintò, ante viri congreſſum, ignis, & aqua dabatur attingenda, quod ijs elementis purgatio fieret, per hoc ſignificando caſtam, ac puram futuram.

Lib. 10.

Decimo ſextò, Togam virilem ſumebat maritus, quod videre eſt ex epiſtola Plinij ad Traianum: cuiuſmodi eſſet iſta toga vide Lipſium.

Deci-

Digitized by Google

Decimo-ſeptimò, Maritus pueris nuces ſpargebat, vt Iouis omine, in cuius tutela erant nuces, matrimoniũ celebraretur, quod ſcribit Varro, vnde illud Virgilij.

Sparge Marite nuces.

Decimo octauò, Cingulo noua nupta præcingebatur, inquit Feſtus, quod vir in lecto ſoluebat, illudque factum ex lana ouis, vt ſicur illa in glomos ſublata coniuncta inter ſe ſit, ſic vir ſuus ſecum cinctus, vinctuſque eſſet. Hunc Herculano nodo vinctum vir ſoluit ominis gratia, vt ſic ipſe fœlix ſit in ſuſcipiendis liberis, vt fuit Hercules, qui ſeptuaginta liberos reliquit.

Decimo nonò, Vxoribus primùm domum ingredientibus claues dabant, qua re iudicabant ipſas Matres familias eſſe, omnemque rei viro quæſitæ poteſtatem habere. Cicero de diuortio Mimæ Antonij: Illum *ſuas res ſibi habere iuſsit ex XII. tabulis, claues ademit, exegit*, Videl. cum pater ff. de leg. 2. Philip. 2.

Viceſimò, Tabulæ quibus dos continebatur, & ſignatores adhibiti. Iuuenalis:

Signata tabula, dictum feliciter.

Quibus ruptis matrimonium ſoluebatur, vt ex Iuuenale, alijſque diſcimus.

Vigeſimo-primò, Annulus ſponſalis, ſiue pronubus ſiniſtræ manus digito quarto inſerebatur; qui & annularis, digitus fidei, digitus cordis (aiunt enim in eo neruum quendam tenuiſſimum, venamque ſanguinis ad cor pertingere) nuncupabatur. Extare porrò, vt ſacra obiter profanis miſceantur diuerſis in locis ſacros annulos pronubos, de quibus larius dicam Cent. 2. cap. 12.

Vigeſimo ſecundò, Maritus ſuæ vxori cuſtodem apponebat, quem Apuleius *Sequutorem* appellat, qui vt vmbra corpus, ſic matronam ſequeretur. Imò adhibebatur (ô ſtulta gentilitas!) Deus Domiducus, alijque de quibus S. Auguſtinus lib. 6. de Ciuit. Dei. c. 9. Lib. 9.

Vigeſimo tertio, Fauſta fœlicia & fortunata futuris coniugibus Romani precabantur, quod ab Hebræis deriuatum eſt: Siquidem in Geneſi legimus, cùm cognati mitterent Rebeccam ad eius ſponſum Iſaack, ſic benedixerunt ei: *Creſcat in mille millia, & poßideat ſemen tuum portas inimicorum ſuorum*, & Tobiæ 9. atque alibi.

Denique, Corona redimiri nouæ nuptæ caput conſueuerant.

Catullus in Nuptijs Iulij, & Mant.

Cinge tempora floribus Suaueolentis amarici.

Poſtremò, in nuptijs certi peculiares Dij & Deæ adhibebantur & colebantur, quorum meminit S. Aug. *l.* 4. *c.* 11. *& lib.* 6. *c.* 9. de Ciuitate. Præter Deam *Virplacam*, quam colebant cùm virginea zona ſolueretur.

Quanquam alij *Iunonem Cinxiam* fuiſſe velint, de qua ſic Feſtus: *Cinxia Iunonis nomen ſanctum habebatur in nuptijs, quod initio coniugij ſolutio erat cinguli, quo noua nupta cincta erat.* Sed & *Iugatinus* Deus, quod coniuges coniungeret: hic colebatur cùm mas & fœmina iungebantur. *Domiducus* quoque *Deus* colebatur, cùm domum ducenda erat, quæ nubebat. Dicebatur etiam *Iuno Domiduca* eandem ob cauſam. *Egeriam* quoque *Deam* mulieres colebant, quod eam credebant opitulari partui egerendo.

rendo. Ità Feſtus. Fuit inſuper *Volumnus Deus*, *& Volumna Dea*, à volendo dicti, quòd bona vellent: etantque etiam nuptiales. Nonnullos adhuc tales qui Nuptijs præerant, & quos ſibi effinxerat priſca illa mortalitas, legant curioſi S. Auguſtinum dictis lib. & Hadrianum Iunium, lib. 4. Animad. cap. 12. Atque hæc quidem plus ſatis in gratiam curioſorum antiquitatis.

CAPVT XXII.

Soluti matrimonij capiſtro qui olim mulctabantur? Conſtantinus Imp. pœnas Orbitatis ſuſtulit.

Lib. 13.

ATHenæus auctor claſſicus ſcriptis prodidit mulieres apud Lacedemones die quodam feſto cœlibes ad aram trahentes, alapis excipere ſolitas, vt contumeliam hanc fugientes, liberorum tandem procreandorum amore capti, vxores in aptâ ætate acciperent, atque prolificarent. Plutarchus tamen in Lucurgo aliter in eos animaduerſum obſeruauit, nempè, quod ludis Gymnicis arcerentur; per hyemem verò Princeps iubebat eos in orbem nudos forum circumire, ità verò circumeuntes canebant in ſe compoſitum carmen quoddam, quò ſignificabatur eosiure pati quod legibus non parerent. Romani verò certà quoque pœnâ, eoſdem cœlibes mulctabant, quam *Vxorium* nuncupabant. *Vxorium*, inquit Feſtus, *pendere dicitur, qui quod vxorem non haberet as populo daret*; Ratio porrò legis iſtius fuit, vti refert Sozomenus, quod bellis ciuilibus, & inteſtinis nudatum hominibus imperium, haud aptiori modo repleri poſſet, quàm per connubium.

Lib. 10. Eccel. Hiſt. c. 9. Lib. 43. Sueton. & alij.

Ex Edicto etiam Auguſti Cæſaris, nihil ex teſtamentis capere poterant cœlibes, niſi intra dies decem legi cœlibatus paruiſſent. Plutar. *Romanorum plerique vxores ducunt, & liberos ſerunt, non vt heredes habeant, ſed vt heredes ipſi eſſe poſſint.* Adde, quod vxoratis præmia dabantur. at quæ illa? *Primò* in ſortitione Prouinciarum mariti præferebantur. 2. Numerus liberorum in candidatis præpollebat. 3 In omni Magiſtratu Collegas antecedebant. 4. Minores 25. annis non admittebantur ad honores niſi gratiâ prolis, imò qui tres in Vrbe, in Italiâ quatuor, in Prouincijs quinque proles haberet à curâ tutelaq;, ac cæteris muneribus perſonalibus immunis erat. 5. Bona damnatorum liberis permittebantur ex conſtitutione D. Hadriani *l. 7. § ſi plures ff. de bonis damnatorum.* Verùm, has Orbitatis pœnas poſteà ſuſtulit Imperator Conſtantinus, legeque latâ, ſtatuit vtrâm cœlibes, quàm liberis carentes pari iure cum cæteris omnibus fruerentur: imò verò decreuit, vt qui caſtimoniæ, & virginitati ſe conſecraſſent priuilegio quodam præ cæteris donarentur, deditque tam maſculis, quàm fœminis poteſtatem, etiamſi adhuc impuberes eſſent, teſtamenta contra conſuetudinem Romanam faciendi. Nam illam rectiſſimam omnium voluntatem cenſuit, diuinum Numen colere, & pium vitæ genus exercere. Siquidem hanc ob cauſam veteres quoque Romani legem ſanciuerunt, vt

Vir.

Digitized by Google

Virgines Veſtales etiam ad ſextum ætatis annum teſtamentum condere poſſent, vide Sozomenum in Hiſt. Eccleſ.

CAPVT XXIII.

De Polygamia, & nonnullis qui multas vxores habuerunt. Salomonis Pœnitentia.

DArium Regem qui ab Alexandro fuit debellatus, trecentas & quinquaginta pellices ſecum in omnes expeditiones bellicas ducere ſolitum teſtatur. Diccarchus, qui & Herculem memorat mulierum ſtudioſum fuiſſe, easque ſeparatim habere ſolitum etiam in caſtris, & dum militaret, ex quibus filiorum etiam illi multitudo nata eſt. Salomonem quoque ſeptingentas habuiſſe vxores, & trecentas concubinas, & alias innumerabiles, vtpotè Moabitidas, Ammonitidas, Idumæas, Sidonias, & Cætheas gentiles quarum tamen vſu interdixerat Dominus filijs Iſraël, quod teſtatur Sacer Codex: *Non ingredimini ad eas, neque de illis ingredientur ad veſtras: certiſſimè enim auerterent corda veſtra, vt ſequamini Deos earum.* Id quod contigit Salomoni, cuius cor mulieres iſtæ auerterunt, vti notum eſt ex Sacro Codice. Lib. 3. Hiſt. Græc. 3. Reg. 11.

Quod autem illo æuo plures vxores ducerent, conditioni eorum temporum ſeruiebant, & illam Domini implebant ſententiam: *Creſcite & multiplicamini & replete terram,* ità ſentit D. Hieron. qui quoque alibi ſcribit eundem Salomonem, quamuis Deum ſic offenderit, poſtremò tamen pœnitentiã egiſſe. Vndè Prouerb. cap. 24. iuxta LXX. interpretationem, ità de ſe ipſe: ὕϛερον ἐγὼ μετανόησα ἐπέβλεψα τοῦ ἐκλέξασθαι παιδείαν: id eſt, *nouiſſimè egi pœnitentiam, & reſpexi vt eligerem diſciplinam.* Atque hanc Salomonis pœnitentiam, vberioreſque eius lachrymas confirmat teſtimonium illud, quod ex peruetuſto Prouerbiorum exemplari Mixtabarico in monte Eliberitano inuento producit Ioh. Pineda (quem appellat doctiſſimus Salazar è Societate IESV in hunc modum) *& fleuit ſcelus ſuum vehementi fletu:* & condonatum eſt ei, vndè Eccleſiaſten illius eſſe pœnitentiam agentis, opinatur Hieronymus, & alij ſexcenti. Qua de re plura & ex profeſſo videantur. Cent. 2. cap. 62. infrà. Lib. 1. Cont. Iouinianum. c. 13.

Cæterùm, quæ gentes admiſerint Polygamiam longum ſit recenſere. Breuibus tamen perſtringam: Parthos, Syrios, Thraces, Ægyptios, Naſamones, Æthiopum gentes, Perſas, Numidas, Mauros, Cyrenaicos, alioſque Barbaros multinubos fuiſſe, in confeſſo eſt. De Perſis quidem Ammianus Marcell. & ante eum Heſiod. verbis iſtis: γαμέουσι ἕκαϛος αὐτῶν πολλὰς μὲν κουριδίας γυναῖκας πολλῷ ἔτι πλεῦνας παλλακὰς κτῶνται: *Ducunt autem vnuſquiſque ipſorum multas quidem puellas virgines; multò autem plures pellices.* Lib. 3. Lib. 1.

Sed & apud Romanos, duas aliquandò vxores habere licuit, lege ſcilicet per Imper. Valentinianum lata: Et longo ante eum tempore, Helius Cinna Trib.

Digitized by Google

inquit, *Repudium à primordio non fuit, vt apud Romanos poſt annum ſexcenteſimum Vrbis conditæ id genus duritiæ commiſſum denotetur*: & alibi: *Per annos fermè ſexcentos ab Vrbe condita nulla Repudium domus ſenſit.* At verò nihil poſteà frequentiùs Repudio: adeò vt nullam aliam ob cauſam videantur nupſiſſe, niſi vt diuortia facere poſſent, lege Tertullianum. *Apologet.*

Apud Iudæos verò ſolis maritis ius Repudij permittebatur: mulieribus autem, nè dimiſſis quidem fas erat nubere, niſi prioris viri permiſſu, teſte Ioſepho: In Repudijs, id eſt renunciationibus, verba hæc vſitati moris erant: *Res tuas tibi habeto, vel tuas res tibi agito, vel, conditione tua non vtar*: Sed poſtrema hac formula in Repudio; prioribus in Diuortio vtebantur. Hoc autem inter Diuortium & Repudium intereſt, quod illud in coniugibus erat; iſtud ſponſæ mittebatur, licet vxorem etiam repudiari legatur. l. Si qua ff. de Ritu nupt. Alciat. ad l. Inter ſtuprum, ff. de Verb. ſignif. *Antiq. Iud. lib.*

CAPVT XXV.

De miris tranſmutationibus in alias ſpecies: deq; his quæ ex mulieribus factæ viri, & è contra.

MIrabiles videbuntur nonnullis metamorphoſes iam dicendæ, non tamen incredibiles, niſi apud imperitos, qui nihil niſi quod ipſi vident, nil clarum putant. Refert igitur Plinius in certis quæ inibi nominat fluminibus, ſi lignum in ijs deiectum ſit, lapideo cortice obduci, adeo vt lapidem plerumque durus integrat cortex. *Lib. 2. Natur. Hiſt. cap. 103.*

Et in Scotia ex putridis nauium fragmentis, & ex arborum fructu in mare deciduo (res eſt vulgò notiſſima) gignuntur anates, vt refert Martinus Delrio Societ. Iesv magnæ vir eruditionis. *Lib. 1 Diſquiſ. Magic. c. 3. ſect. 3.*

Fontes etiam tales vidiſſe ſe Henricus ab Heer eminentis doctrinæ Medicus, popularíſque & amicus meus, in libello ſuo de Fontibus Spadanis, cuius verba infrà referam capite proprio de Fontibus. *Cap. 2.*

Quid dicet Lector ſi ex fœminis mutari in mares, dicamus? ecce idem Plinius ſcriptis prodidit ex fæminis mutari mares, nec id eſſe fabuloſum aſſerit. *Inuenimus*, inquit, *in Annalibus P. Licinio Craſſo. C. Caßio Longino, Coſſ. Caßinis puerum factum ex virgine ſub parentibus iuſſuq; Auſpicum deportatum in Inſulam deſertam.* *Lib. 7. c. 4.*

P. Licinius Mucianus prodidit viſum à ſe Agris Areſcontem, cui nomen Areſculæ fuiſſet, nupſiſse etiam, mox barbam & virilitatem ei proueniſſe, vxoremque duxiſse, eiuſdem ſortis, & Smyrnæ puerum à ſe viſum. *Idem Plin.*

Fides ſit eidem Plinio ſcribenti ſe vidiſse quandam in Africa mutatam in marem ipſo nuptiarum die. *d. cap. 4.*

Notiora & propinquiora refert R. P. Delrio ex Iouiniano Pontano, Caietæ *Tom. 1.*

Diſquiſ. Mag. lib. 2. q. 12.

mulierem piſcatori cuidam annis quatuordecim nuptam in virum migraſſe, & aliam cui nomen Æmilia nuptam Antonio ſponſæ ciui Ebulano poſt 12. annum nuptiarum in virum mutatam, ſoluto matrimonio vxorem duxiſſe, & liberos procreaſſe.

Addit idem aliam fœminam cum marito filium vnum peperiſſet, ſubitò exorta virilitate, marito iam non fœminam relicto, alteram duxiſſe, è qua liberos genuerit.

Dialog. 1.

Nonnulla alia de pluribus conſimilia narrat Coccejus Sabellicus, quibus omiſſis duo ponam quæ noſtris temporibus Hiſpania dedit, & conſcripta fuêre fideliſſimè ab Antonio Torquemeda. Auratus, inquit, Luſitanus auctor eſt in Oppido Ezgueyra, aliàs Eſgucina Luſitaniæ, diſtante à Conymbrica nouem milliaribus, vixiſſe quemdam, virum nobilem, cui filia erat vocata Maria Pacheca, quæ cùm eius ætatis eſſe iam inciperet quâ fœminis menſtrui fluores inchoantur, loco liquidi humoris erupit foris natum virile membrum, ſicque ex puellâ ſubitò adoleſcens Ephœbus apparuit. Is cùm ſexu veſtitum virilem, nomen quoque aſſumpſit Manuelis Pacechi, nauim conſcendit, in Indiam profectus, rebus fortiter geſtis, ſtrenui militis exiſtimationem, opeſque magnas comparauit; in patriam rediens, vxorem nobilem duxit, de liberis mentionem ſubdit Auratus, nullam; ſed ait illũ imberbem permanſiſſe, facie in fœmineam declinante, quæ ſunt indicia non perfectæ virilitatis.

Poteſt & ſimile iungi, quod idem Torquemeda ſubdit, ſe ab amico magnæ auctoritatis, & fidei pleno, accepiſſe non procul ab Vrbe Benauentaua Hiſpaniæ, vxorem ruſtici cuiuſdam fortunæ mediæ, quæ quod ſterilis eſſet, minùs à marito benignè habebatur, pertæſa malæ tractationis, quadam nocte confugiſſe, ſumpto veſtitu famuli domeſtici, ſic ornata, virumque mentita, varijs in locis operâ ſeruili vitam ſuſtentauit: poſt aliquod tempus, ſiue quod calor in ea naturalis tam efficax foret, ſiue quod imaginatio nata, & confirmata continuo habitu, & miniſterio virili eam efficacitatem nacta ſit mentè ipſa ſe in virum mutatam deprehendit) ſtatuit, quæ diu fuerat vxor maritum agere, fœminam ſibi matrimonio copular, diu res latuit, illâ non mente cuiquam rem narrare, donec quidam, ei priùs optimè notus certus tam ſimilem eſſe facie vxori profugæ ruſtici illius, interrogauit num fortè frater eſſet iſtius mulieris? cui rem hîc omnem vti contigerat narrauit, ſic res in lucem tandem venit.

Lib. 1. Exempl. c. 6.

Non ſupprimendum quod Neapoli regnante Ferdinando I. contigit: cum Ludouicus, inquit Fulgoſius, quidam Guarna Salernitanus ciuis, quinque filias ſuſcepiſſet, earum natu maioribus duabus (alteri Franciſcæ, Carolæ alteri, erat nomen) poſteaquam ad quintumdecimum annum peruenerunt, ambabus genitalia membra in marium morem eruperunt, mutatoque habitu pro maribus habiti ſunt, Franciſcus, & Carolus nuncupati.

De legib.

Verſabar nuper in ſcriptis Tiraquilli eximij Iureconſulti Galli, Is narrat ex viro fa-

factam fœminam fuiſſe quandam Tereſiam, ſed octauo poſt anno iterùm in virum rediiſſe, vt & de Scytone Ouidius lib. 4 Metamor. *connubial. glo. 1. nu. 102.*

Non loquar vt quondam naturæ iure nouato,
Ambiguus fuerit modò vir, modò fœmina Scython.

Addamus aliud conſimilis tranſmutationis exemplum ex Antonio Diana viro erudito, qui quærit an monialis quæ in marem erupit, ſit obliganda vt intret Religionem virorum, & reſoluit pro negatiua his verbis. *De alia Moniale, Sancti Dominici*, inquit, *in Ciuitate de Vbeda, oriunda ex Oppido de Sabiote dicta Magdalena Mugnoz, apud nos adhuc recens*, inquit, *memoria eſt, poſt ſeptem annos profeſſionis ſua ex fœmina in marem conuerſa, qua ex Monaſterio expulſa. virilem habitum ſumpſit, & non ſolùm mentum, ſed barba quoque erupit, dictuſq. fuit Franciſcus Mugnoz, cui ego Granatæ patrocinatus ſum in cauſâ ſtupri, in quâ fœmina quærebatur ab eo per violentiam cognitam fuiſſe, & impregnatam. Igitur ſi caſus occurrerit poſtquam dicta Monialis in marem verſa fuerit è Monaſterio eiecta, poterit ſine vllo ſcrupulo Matrimonium inire, vel ſi velit, Sacros Ordines ſuſcipere, & hoc vltimum probat etiam Portel loco citato, nu. 10. quia nullum ſubeſt impedimentum, quin poſſit ad ordines promoueri, cùm ſit verè mas, vt ſuppono, & ceſſauerit illud impedimentum fœminei ſexus.* Sed quid de Hermaphroditis? an irregulares ſint? vide Io. Baptiſt. de Lezana Carmelitam tom. III. Summæ Quæſt. Regul. verb. Irregularitas nu. 13. & Filluicium in Opere Morali tract. 19. de Irregularitate nu. 3. verſ. Dico ſecundò pag. mei 366. vbi ſcribit datum eſſe libellum ſupplicem anno 1619. in Pœnitentia Romana pro quadam quæ cum per quindecim annos vixiſſet in Monaſterio Monialium, die quadam, cum maximè conata eſſet vt pondus quoddam eleuaret, emiſit extrà vas fœmineum genitalia viri membra: Et cum ea de cauſa dimiſsa fuiſset è Monaſterio, petebat diſpenſari in voto caſtitatis ad effectum contrahendi Matrimonium. Tunc ſi vterque ſexus maneat, Irregularis, ſi verò mutatio totalis ſit vt maneat tantum virilis ſexus non erit Irregularis, ex quo enim capax eſt Ordinis, quamuis modo extraordinario fuiſse fœminam non obſtat, nec inducit Irregularitatem, cum iure expreſsa non ſit, ideòque poſset abſque vlla diſpenſatione ordinari, vt docet Suarez. Hactenus Filluicius. *Part. 1. Reſol. 49.*

CAPVT XXIV.

De raptu, & Extaſi nonnulla.

AB eodem fonte curioſitatis lubet ſtrictim tractare de Exſtaticis: ſed prius cum Galeno dicam Exſtaſim ſiue Raptum eſse cogitationis ſtuporem ex repentina conſternatione extrinſecus adueniente; vel vt alij, ſpiritus ſenſitiui ab exterioribus ſenſibus ad interni ſenſus organa per operationem diuinam abſtractionem.

Sunt-

Lib. de Diuino amore.

Suntque triplicis generis, teſte B. Franciſco de Sales magnæ Sanctitatis viro, quarum vna conſiſtit in intellectu, altera in affectu, tertia in operatione, ſiue virtutis actione, prior verſatur in illuminatione, & admiratione, ſecunda & tertia in feruore, & deuotione quæ ſingula fuſiùs ac diuinitus habes apud ipſum explicata, vbi etiam pandit indicia boni, & mali raptus: nimirum bonum exſtaſim oriri non tàm in intellectu, quàm à voluntate, quæ quodam veluti flabello excitat, & inflammat intellectum ad amorem Dei: itá quod ſi Exſtaſis eueniat magis ab illuminatione, & vi ſpeculatiuâ, quàm ab interno ſenſu cum diuinâ charitate vnito, valdè ſuſpecta videatur, magiſque elarum, & ſui plenum reddat eum cui obtingit, quàm benè probatum Vndè fit, vt raptus etiam magici interdum exoriantur ex fœdere cum Dæmone inito, vti etiam ſcribit doctiſſimus Delrio, qui aſſerit nullum certiùs magiæ indicium eſſe, quàm cùm eiuſmodi raptus ſunt voluntarij, quod probat in Virgine illâ Cæſar-Auguſtanâ, quia illic ab Archiepiſcopo anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo quinto fraus tandem detecta, pſeudo ſtigmata, ſcilicet Chriſto oſtentante, Raptus illi adeò frequentes ex pacto cum Dæmone inito, cùm illa oues paſceret, naſcebantur. Vt & de Magdalena Cruciæ Cordubenſi refertur, quæ famoſa tamen fuit ſaga. Poteſt enim Diabolus raptum efficere, inquit Delrio, ligando, vel ſoluendo ſenſus exteriores; idque modis duobus; prior eſt, quando illos tramites obſtruit, quibus à cerebro ſpiritus ſenſitiui ſe ad exteriores ſenſus penetrant, veluti contingit ſomniantibus: poſterior, quando eoſdem ſpiritus ſenſitiuos ab exterioribus ſenſibus ad interni ſenſus organa attrahit, ibique retinet, nè ad externorum ſenſuum organa queant deſcendere: Ità enim contingit, vt in raptu ob nimiam internarum virium ſenſitiuarum applicationem, & ſpirituum ſenſibilium ad interni ſenſus organa confluxum, adeò impediantur ſenſuum exteriorum munia, vt corpus viuum cadaueris mortui, & immobilis ſpeciem præ ſe ferat. Hæc raptus naturalis cauſa vera, diaboli vires non excedit, taleſque ſunt Sagarum, & Magorum exſtaſes; quibus, cùm vno in loco maneant ſoporati, varijs tamen in locis ſe fuiſſe, & varia peregiſſe, decepti ſæpè arbitrantur. Ità ille, qui doctrinam ſuam confirmat miro exemplo, quod affert ex lib. Olai magni lib. 3. cap. 18. Septent. Regn. deſcript.

Lib. 2. Diſquiſ. Magic. &c. 25. tom. 1.

Notâ quoque cenſoriâ reor dignum eſſe Bodinum, exiſtimantem ex huiuſmodi Exſtaſi animam reuerà migrare & deſerere ipſum corpus, & alijs in locis intereà verſari ſeparatam, qui Cabbaliſtarum error fuit, à quo ſuſpicor Platonicos alienos non fuiſſe propter narrationem illam ipſius Platonis Armenium genere Pamphilium, cùm inter cadauera cæſorum in prælio decem diebus iacuiſſet mortuus, domum relatum, ſecundo poſt die cum eſſet imponendus rogo, reuixiſſe, ac prodigioſa quædam narraſſe, quæ illo tempore apud inferos vidiſſet.

Lib 2. Demonom. cap. 3.

Lib. 10. de Rep.

Similis fabula fuit ea de Ariſteâ Proconneſio, quem narrat Plinius ex Herodoto, multoties defunctum reuixiſſe, & animam, quoties voluit, reſumere potuiſse; ità vt aſſiſtentes animam cerui effigie ex ore euolantem viderent, nam iſte non mor-

Lib. 7 c. 51.

Digitized by Google

mortuus erat,ſed in raptu magico, & non anima ex ore euolabat,ſed diabolicum fuiſſe præſtigium.

Idem dicendum de militis dormientis ore egreſſa, & iterum ingreſſa muſtela illa,& per gladium riuulo impoſitum iteratò commeante quod, narratum ab Helinando. *Lib.11. Chron.*

Fuit ergò hoc ludibrium Dæmonis ad hoc inſtitutū,vt animæ migratione hunc errorem mentibus imprimeret, vetulis præſertim deliris, ac pueris, nunquam Philoſophis perſuaſurus; mors enim nihil eſt aliud quàm animæ à corpore ſeparatio, cumque ipſo egreſſu hæc contingat,ſeparatio enim fieri nequit, quin homo egreſſu iſto moriatur;ſi moritur,quis animam iterùm corpus inducit? ſolâ Dei virtute redire illa poteſt. Quare,anima ſemel ſeparata,nec aliud corpus ſubire,nec ſuum iterum ingredi,ac informare poteſt, niſi Deo permittente,atque ducente.

Cæterum,de Virginum exſtaſibus ſtupendis, quæ ſub annum Chriſti 1230.apud Leodienſes acciderunt,legat curioſus Lector Epiſtolam Iacobi de Vitriaco S.R.E. Cardinalis ad Fulconem Epiſcopum Tholoſanum, quibus exſtaſibus dicit ſe tum temporis interfuiſſe, verba eius referuntur apud eximium,& celebrem virum Ioannem Chapeauille Canonicum, & Vicarium Leodien. in vita Hugonis de Petra »
Ponte A:liæ(inquit Cardinalis ille) extra ſe tanta ſpiritus ebrietate rapiebantur, »
quod in ipſo beato ſilentio ferè per totum diem quieſcentes,dum erat Rex in accu- »
bitu ſuo,non erat ei vox,neque ſenſus ad aliqua exteriora; pax enim Dei ita exube- »
rabat,& ſepeliebat ſenſus earum,quod ad nullum clamorem euigilare poterant, »
nullam penitus corporalem læſionem etiamſi vehementer perurgerentur,ſentirēt. »
& ſubijcit: Aliquam ego vidi, quæ ferè triginta annis tanto zelo ſponſo ſuo in »
Clauſtro cuſtodiebatur,quod nullus ei extra Clauſtrum poſſet eſſe egreſſus, etiamſi »
mille homines eam per manus trahere niterentur,multoties enim exire conabatur, »
quibuſdam etiam eam trahentibus,ſed fruſtra,quid citiùs rumperetur. »

Vidi & aliam,inquit ille idem,quæ dum extra ſe frequenter viginti quinque vicibus in die raperetur(quæ etiam me præſente pluſquam ſepties rapta eſt)in quocumque verò inueniebatur ſtatu,in eo donec reuerteretur immobilis permanebat, nec tamen quantumcumque inclamaretur familiari eo in ſpiritu ſuſtentante cadebat, manus eius quandoque in aëre pendebant immobiles ſecundum diſpoſitionem in qua inuenta fuerat;ita ille. Ego verò qui hæc ſcribo, vidi Leodij anno Chriſti 1618. ipſo B. Ioannis Euangeliſtæ ſacro, quandam Ioannam Paſman habitum religioſum tertiæ Regulæ Sancti Franciſci geſtantem in ædibus meis, poſt intentam cuiuſdam Imaginis B. Virginis aſpectionem,quam poſteà dono dedi Eccleſiæ Spadanæ, ſic animo linqui,ſic ſenſibus deſtitui,vt ipſo horæ ſpatio ante dictam Imaginem congeniculata oculis inconniuis,cœlum intuens ſine vllâ palpitatione ad inſtar trunci conſiſteret,& quamuis ad ſanguinis effuſionem manus pungerentur, ceù ſenſibus omnibus priuata, immobilis, & vt prædictum eſt oculis in cœlum defixis ſemper maneret. conſimile exemplum in Cælio Rhodigino lib.20. lectio. antiq.

cap.16. Hæc certè mira: quæ nec facilè damnari, aut probari debent. Legat qui volet plura huius argumenti acumina apud Tertullianum lib. de Anima, & R. P. Delrio Diſquiſitionum Magic. lib. 2. quæſt. 2. cauſas efficientes iſtarum Exſtaſum vberius explicantem.

CAPVT XXVII.

De Campanis, tintinabulis, horologijs, & tubis, an & quando antiqui habuerint? ac in quem vſum diuerſa nationes vterentur? Campanarum mira potentia.

Tomo. 3. Annal. anno Chr. 59. Lib. 1. 4. Mittamus illa triſticula, & contemplemur iucundiora. De tintinabulis notat Cardinalis Baronius magnus iſte antiquitatis indagator, illa in frequenti vſu fuiſſe apud Paganos, quorum ſonitu ad Thermas, & operas ſolitos eſſe homines conuocare, ex Martiale colligimus:

Redde pilam, ſonat æs thermarum, ludere pergis?
Virgine vis ſola lotus, abire domum?

Lib. 3. Anima c. 11. Apud Græcos vigiles in cuſtodiendis Ciuitatum muris, campanis, ſiue tintinabulis, mutari ſolitos, Thucidides & Suidas auctor eſt, earundemque vſum in ſacris Cybeles, aut matris Deum, varijs auctoritatibus probat Hadria. Iunius.

Eundem in modum in arce Hermeſtein nuncupata ad dextram Rheni ripam, in illius confluente, & Moſellæ ſita, Treuirenſis Electoris Iuriſdictionis (quâ non in Germania munitior) Excubitor audit hora pulſu campanæ Circuitorem appellat, vt vigilem ſibi ſubſtituat, quod & olim multis ante ſæculis receptum erat, teſte Guidone Pancirollo.

De Merced. Cond. Ita & de operis & mercenarijs Lucianus ſcribit: *Deinde manè ad tintinabulum experg efactus, diſcuſſâ ab oculis dulciſſima ſomni parte, vna ſurſum deorſumque circumcurſas heſterno luto etiam pedibus inhærente, & poſteaquam hac tecum loqueris iam ſonuit tintinabulũ, iamque ad eadem tibi redeundum eſt.*

Lib 1. Animad. c. 21. Zonar. tomo. 2. Hiſt. Sed, & eos qui ad ſupplicia ducebantur, tintinabula geſtaſſe auctor eſt Turnebus; & Zonaras dum ſcribit eos qui ob facinus extremo ſupplicio afficiebantur, Nolas ſiue tintinabula geſtaſſe, ne quis inter eundum contactu illorum piaculo ſe obſtringeret.

His, ſucceſſere campanæ, à loco ſic dictæ, in quo primum vſitatæ, inquit idem Baronius, quibus populus ad diuina in Eccleſijs audienda vocaretur: quo vero tẽpore vſus iſte cœperit non vlli compertum eſt, niſi quod ex Genebrardo, & Ciaconio P. Iacobus Gualterius in ſuâ Chronologia ad annum Chriſti 700. Sabiniano Pontifici Maximo adſcribat. Doctiſſimus tamen P. Deltio, putat ante mille annos D. Paulinum Nolanum Epiſcopum inſtituiſſe, vt tubis veteris Teſtamenti argenteis, & Corneis ſuccederent. Vnde à Nolis Nolæ, à Campania Campanæ, vbi primum inuentæ ſunt pictæ.

Sa-

Satis tamen conſtat Orientales lignis pro campanis, vt nos in Septimana Sancta, vſos eſſe, quod probatur ex Concilio Niceno vbi τὰ ἅγια ξύλα, ſacra ligna percutientes conuocârunt multitudinem ad quoddam Deiparæ templum, additurque hæc annotatio Anaſtaſij Bibliothecarij *Orientales ligna pro campanis percutiunt.* Ad. 4.

De Tubis, certum eſt apud Hebræos ſolitum Sacerdotem ex eminenti turri ſonitu tubæ populo Sabbatha indicare, vt ex Ioſepho probat idem Baronius. Romani verò in ludis, & eiuſmodi, muſica inſtrumenta adhibebant: Nam & ante prologum, & ſingulos actus ludebant cornicines, ad demulcendos ſcilicet auditorum animos. Virgilius: 3. Annal.

Et tuba commiſſos medio canit aggere ludos.

Medio aggere: quia in medio arenæ aggerulus erat ſtructus, vbi cornicines iſti: *commiſſos* rectè (proprium eſt enim ad id verbum) committi ludi dicuntur cùm incipiunt ſtatim in exordio: vndè commiſſio.

Inſuper, Campanas iſtas triumphis adhibitas patet ex Ioanne Zonora, qui Cāpanam, flagellum Camilli dictatoris de Veientibus triumphantis currui appenſam fuiſſe ſcribit, & quidem hoc conſilio, vt Imperator, ſeu Triumphator in tantæ fœlicitatis cumulo admoneretur, ne nimiùm extolleretur, quod ipſe quoque in tantas poſſet incidere calamitates, vt flagris cederetur, & Campanis per vrbem ab alio triumphante duceretur, & capitis damnaretur, nam & qui ad ſupplicia ducebantur Nolas geſtaſſè ſuprà oſtendimus.

Neque tantum in ludis, & triumphis, ſed & in funere, vtí patet in Exequiarum Iulij Cæſaris pompâ, apud Suetonium. Et apud Lacoues, vices tubarum ſubijſſe lebetes Rege eorum defuncto legimus. Cap. 88.

Porro, etſi nolas ſiue campanulas nonnūquam habuerint Romani, horologijs tamen caruerunt (quorum originem negat ſibi compertam eſſe Polydor. Vergil. de Inuentione rerum) vicem vero illorum ſupplebant pueri, qui per ſpeciem officij ſolaria identidem accedebant, atque horas denunciabant: Iuuenalem audiamus: Lib 5. Cap. 2. Saty. 19.

—— *Clamore opus eſt, vt ſentiat auris Quem dicat veniſſe puer, quod nunciet horas*

Martialis de Iſid. *Nunciat octauam Patria ſua turba iuuenca.*

Et lib. 6, in Cæcilianum:

Horas quinque puer nondum tibi nunciat, & tu,
Iam conuiua mihi, Ceciliane venis?

Ac mihi iam licet hora ſonet, fas ſit adijcere de campanis, nullum in ipſo Orbe locum ſi à Germania Galliaque diſceſſero, in quo celebrior accuratiorque campanarum cultus reperiatur, quam noſter: quippe quod modulato, aut figurato, vt vocant, concentu, ſic eas diſponant ſymphoniaci, vt omnibus ſuis numeris perfectam iudices muſicam, quod quidem alijs locis ignotum eſt, de quo in ſua Italia mirabatur Reuerendiſſim⁹ Domin⁹ Frater Angel⁹ de Rocca Cōtrada ſacri Ærarij Romani Præfect⁹, meus in Vrbe quondā ſingularis amic⁹, quem ego inde reuers⁹ ſcripſiſſe intellexi proprium de Cāpanis librum, cuius tamen vſuram ad vſque non habui.

Cæterũ,antequam ludicris iſtis colophonem imponam, ſilentio non inuoluen-
dum exiſtimo(quicquid obganniant hæretici(campanarum ſonitu,& ſ-ciem cali-
ginoſum diſcuti,& tempeſtates arceri , & nequiſſimas poteſtates æ-ris expelli,at-
que exturbari,veluti fragorem grandinum,tonitruum pericula,impetus tempeſta-
tum,ſpiritus procellarum,inundationem aquarum , vt nos experimento didicimus
anno 1643.quo tempore miras aquarum inundationes experti ſumus.Quod ſi Hæ-
retici , qui Campanis bellum indicunt,iſta irrideant,Deum ipſum exſibilent neceſ-
ſe eſt,qui disertè ait Num.10.ſe excitari ad miſericordiam tubarum clangore:*Clan-
getis*,inquit,*vlulantibus tubis , & erit recordatio veſtri coram Domino Deo veſtro,vt eruamini
de manibus inimicorum veſtrorum*.Sed iſti ſunt affines Turcis , qui nedum Eccleſiarum
noſtræ Catholicæ Religionis ſunt hoſtes acerrimi , verumetiam Campanarum,vti
notat Durand⁹ *de Ritib.Eccleſ.lib.1.cap.22*.vbi etiam latè de Campanarũ benedictio-
nibus,earumque antiquitate,cui adde Cardin.Baronium *tom.10.pag.810*,& nouiſ-
ſimè prædictum Reuerendum D.Rocca *Cap.VII*. vbi admirandos Campanarum
benedictarum effectus congerit,& Lectori conſiderandos proponit.Sed lubet ad-
huc in hoc genere curioſitatis quidpiam de Clepſydris antiquorum dicere.

CAPVT XXVIII.

De Clepſydris.

HOrologijs noſtratibus licet caruerint veteres, habuerunt tamen Hydrologia,
ſiue Clepſydras(ita vocabant vas quoddam, in quo erat menſura quædam a-
Lib.6. quæ guttatim fluentis ad horas notandas,& diei certum interuallum) quarum ſ o-
tiſſimum vſus erat in Iudicijs:Plinius Secundus:*Paucioribus clepſydris viſum eſt cauſas
præcipitari*.Vt enim ex æquo procederẽt Iudicia,ſolebant veteres Actori certas clep-
ſydras ſiue horas aſſignare,& totidem,imo plures Reo, vt auctor eſt Plinius:*Dixi*,
Lib.2. inquit,*horis penè quinque.Nam duodecim clepſydris,quas ſpecioſiſſimè acceperam,ſunt additæ*
Epiſt.2. *quatuor*.Cicero:*At hunc*(Periclem)*non declamator aliquis ad clepſydram latrare docuerat,*
De Orat. *ſed,vt accepimus,Clazomenius ille Anaxagoras vir ſummus in maximarum rerum ſcientiâ*.A-
Apol.1. puleius:*Cedo pueros iſtos quibus confiditis:produc nomina qui ſunt, mea aqua*,id eſt clepſy-
dra *licet ad hoc vtâre*.Nimirum,quia ſex horæ dabantur Actori,ſiue accuſatori: Reo
autem nouem:ex quibus aliqui ne orationes præmeditatas memoriæ commenda-
Lib 4. rent,nimiumque temporis in eo abſumerent,deſcriptas conciones è libello lectita-
Genial. bant,vt auctor eſt Alex.ab Alex.Poſtea Cn.Pompeius quaſi frænos eloquentiæ
Dier.c. dedit,ex quo tempore, intra pauciſſimas, neque vltra tres horas perorare cogeban-
11. tur.Vndè effluxa clepſydra ſilentium indicebatur.Plinius:*Huic ſilentium clepſydra in-*
Lib.1.
Epiſt.23. *dicit*.Alij volunt,veluti Suidas in tres partes diſtributam aquam: vna quippe agentis
erat,Rei altera,Iudicium tertia.Ab iſtis clepſydris,& aquis horarijs,natum prouer-
bium *Inaniter aquam conſumis*,pro eo quod eſt,fruſtra ſuades,fruſtra conſumis tem-
pus.Sed ne etiam temporis iacturam faciam hic breuiter deſino,contentus Lecto-
rem remiſiſſe ad Cælium Rhodiginum,lect.antiq.lib.18.c.39.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXIX.

De Coma, eâ detonſa, cui dicarent peregrinantes? Raſura capitis, argumentum lugentis: in funere caput tondebant aliter Romani. Monachi olim & Clerici raſo erant vertice, Raſura Morionum, ac ſeruorum propria. Romani erant capite intecto. Raſura quo tempore in Gallia inuenta?

INter illecebras Facis Hiſtoriarum lucem deferant quæ de Comâ antiquorum
ſcribuntur: exiguum quidem & vile ſcribendi argumentum, quod tamen video
non neglexiſſe â Sanctitate & eruditione viros eximios. Exordiar itaque à S. Am- *Lib. 6.*
broſio qui Comam eſſe reuerendam in ſenibus ſcribit, venerandam in Sacerdoti- *Hexam.*
bus, terribilem in bellatoribus, decoram in adoleſcentibus, comptam in mulieri-
bus, dulcem in pueris. Video tamen anteriori Romanorum æuo illaudatas fuiſſe in
Philoſophis promiſſas illas & calamiſtratas comas, quas hodierni æui licentia per-
mittit adoleſcentibus. Enimuerò Philoſophis breues geſtaſſe comas teſtantur Hi-
ſtoriarum monumenta, quod modeſtiæ & continentiæ eſſe indicium crederent;
contra quam laſciuiores & inſolentiores, qui comam ceu glorioſi Thraſones ale- *Epiſt. 5.*
bant. Senecæ præclarum monumentum: *Aſperum, incultum, & intonſum caput, & ne-
gligentiorem barbam, indictumque argento odium, & cubile humi poſitum, & quidquid aliud
ambitionem peruerſa via ſequitur, deuita, ſatis ipſum nomen Philoſophiæ, etiamſi modeſtè tra-* *Lib. 5. Epi-*
ctetur, inuidioſum eſt. Martialis, pueros *capillatos, crinitam turbam* appellat. *gram.*

Et Pædagogo non iubente, laſciui Parêre gaudent Villico capillati.

Et iſti, vbi ex ephœbis excederent, aut peregrinationem longinquam ſuſciperẽt,
capillum alicui Deo deuouebant, cui domum reduces, detonſum conſecrabant, vt
poſt alios refert Turnebus, aut patrijs fluminibus conſecrabant, vt author eſt A-
drianus Iunius, nimirum tribuentes hunc honorem aquæ, vt alimoniæ parenti, vi- *Lib. 22.*
tæque conſeruatrici. Sic Achillem Sperchio Theſſaliæ amni rutilum crinem vouiſſe, *Aduerſar.*
& Memnonem Auroræ filium Nilo, ex Philoſtrato conſtat, vt & Athenienſes Her- *c. 28.*
culi, Alij, Apollini. Vndè Plutarchus refert temporibus Theſæi morem fuiſſe, vt ex- *Comment.*
cedentes ex ephœbis, Delphos profecti, detonſæ comæ primitias Phœbo conſecra- *de Coma.*
rent, quod & Romanis vſitatum ex Martiale apparet: *Lib. 1.*

Hos inquiens tibi Phœbe vouet totos à vertice crines,
Encolpus Domini Centurionis amor.

In viris ignominioſum planè erat detonſo eſſe capite, multò magis raſo. Nam *Cap 7.*
in viris abraſio capitis ſymbolum lugentis animi. Vndè apud Iſaiam: Deus intermi-
natur raſurũ ſe caput, & barbã vniverſã Regis Aſſueri, nimirũ anguſtijs, & afflictio-
nibus opprimendum innuens. Et Hieremias malum imminẽs prænuncians, omne, *Cap. 8.*
inquit, caput caluitium; & omnis barba raſa erit. Minatur ſimiliter Amos Propheta
Deum pertæſum flagitiorum populi ſui, inducturum cuilibet capiti caluitium, vo-
lens innuere grauibus modis diuinitus eos plectendos.

Sybarij, Vrbe à Crotoniatis direptâ, atque Mileſij vniuerſi capita raſerum promiſcuè ingentis luctus teſtimonio, ita Iobus alioqui patientiſſimus, cladium ſuarũ certior factus vtpote proles graui ruina oppreſſas, & obrutas. *ſurrexit & ſcidit veſtimenta ſua & tonſo capite corruens in terram adorauit*, & apud Perſas id vſitatum eſſe Curtius refert: & in funere comam tondebant; ità enim Homerus, apud quem Piſiſtratus Neſtoris filius, ità loquitur;

Iob.1. & 20.

Lib.10.

Namque hæc ſola manent miſeros ſolatia mentis,
Et tondêre comam, & lachrimis reſpergere vultus.

Itaque, non mirũ ſi tempore primitiuæ Eccleſiæ, Monachi, & Clerici (quos Deus deflêre peccata iuſſit) raſi erant capite, & quidem cute tenus Monachi, vt nunc familiæ Carthuſianæ alumni; at Clerici ſola corona contendi, id quod ex Hiſtorijs ſacris, & profanis probat Cardinalis Baronius, qui quoque S. Petrum per ignominiam tonſum ab ijs qui eius doctrinæ non crederent perſpicuè oſtendit. In luctu quidem plerique veterum tondebantur, ſi Senecæ credimus: *Archelaus Rex*, inquit, *quo die ſolis defectio fuit, regiam cludebat, & filium (quod in luctu & rebus aduerſis moris eſt) tondebat*. Romani aliter: nam in luctu capillum & barbam alebant.

Tom. 9. An. Ch. 7.43.

Lib. 5. de Benef. c. 6.

Ouidius in Epiſtolis:

Aſpice demiſſos lugentis more capillos.

Cap.67. Quod & in Iulio Cæſare notat Suetonius, dum inquit: *Diligebat vſque adeo milites vt audita clade Tituriana, barbam capillumque ſubmiſerit, nec anteà dempſerit quàm vindicaſſet*. Et de Auguſto, idem Sueton. *Cum audiſſet cladem Varianam, adeò conſternatum ferunt, vt per continuos menſes barba capilloque ſubmiſſo caput foribus interdum illideret.*

Cap. 7.

Cæterùm, notandum etiam eſt, raſuram Morionum, ac ſeruorum fuiſſe propriam, ſeruis enim manumiſſis caput radebatur, & capiti caluo pileus, imponebatur, vt eo quaſi ſymbolo tempeſtatem ſeruitutis viderentur effugiſſe, vt ſolent naufragio liberati. Plaut. Amphit. *Vt ego hodie raſo capite caluus capiam pileum.* Pileus enim libertatis inſigne: vt corona captiuorum venalium.

L.1.§. Sed & qui C. de Lat. lib. tollend.

Reliqui ciues Romani propalàm capite nudo incedebant, iniecta capiti ſuo plerumque togæ laciniâ, hodieque ſeruos triremium capite etiam raſo cernimus: quæ res ab antiquis haud dubiè eſt deriuata. Itàque raſura illa ſeruilis, & ignominioſa. Vndè Cicero Fannium Theream egregiè vellicat his verbis: *Qui idcirtò capite, & ſupercilijs ſemper eſt raſus, nè vllum boni viri pilum habere dicatur* & iterùm: *Nonnè ipſum caput & ſupercilia penitus abraſa, olêre malitiam, & calliditatem videntur?*

Orat pro Roſcio.

Cap.44. Sermo etiam diuinus apud Ezechielem, vult Sacerdotes non radere capita ſua, neque comam nutrire, quem locum D. Hieron. ſic explicat: *Perſpicuè*, inquit, *demonſtratur, nec raſis capitibus, ſicut Sacerdotes Iſidis, atque Serapidis nos eſſe debêre, neque rurſum comam demittere, quod propriè luxurioſorum eſt, barbarorumque, & militantium, ſed vt honeſtus habitus Sacerdotum facie demonſtretur.*

Cap.5.

Verùm, pari olim ludibrio digni intonſi, concinnati, & vnguentis deliburi, quos

&

Digitized by Google

& ipſe Cicero ſugillat, interquos Luci⁹ Piſo: *Erant*, inquit, *illi compti capilli, & madentes cincinn. rum fimbria.* Et alibi: *Dum*, inquit, *Cōſul. vnguentis delibutus, calamiſtrata coma.* & Rurſum pro Sexto Roſcio: *Capillum compoſitum, ac delibutum, faſtus, & mollitiei ſymbolum notat.* Idem Cicero in Gabinio Conſule, non ſolum faſtum illum, ſed & vnguentorum fragrantiam acriter taxat. *Orat. Pri. Seſtio.*

Nec ſine cauſa Diogenes adoleſcenti cincinnato quæſtiunculam intentarat, facetè negauit reſponſurum ſe prius, quàm conſtaret, vtrum mas eſſet an fœmina.

Vt meritò in tales ſui æui exclamarit Diuus Ambroſius: *Ergò*, inquit, *& pariant, ergò & parturiant, qui nutriunt, qui criſpant comam ſicut fœminæ.* Et ante illum Seneca: *Quid illos otioſos vocas, quibus apud tonſorem multa hora tranſmittuntur, dum decerpitur, ſi quid proximâ nocte ſuccreuit, dum de ſingulis capillis in conſilium itur, dum aut diſiecta coma reſtituitur, aut deficiens hinc, atque illinc ac in frontem compellitur? Quomodo iraſcuntur, ſi tonſor paulò negligentior fuit? tanquam virum tonderet? Quomodo excandeſcunt, ſi quid ex iuba ſua deciſum eſt, ſi quid extra ordinem iacuit, niſi omnia in annulos ſuos reciderunt?* *Lib. 4. Epiſt. De Breuit vita c. 12.*

Mittamus priſcos illos Romanos. In Gallia; Regibus, iiſque qui erant ſanguine regio, peculiare, vt diximus, erat comam alere, quod probat R.P. Lobbetius in Specul. Eccleſiaſt. Clotarij exemplo, qui captis dolo Clodouei filijs, ad Clotildem matrem, Arcadium miſit, qui vna manu forficem, altera nudum enſem præferret, faceretque optionem, vt quod vellet illa filiolis ſuis eligeret: ſtupuit illa, hæſitque parumper, anceps quid cui præferret, patereturnè infami forfice regiam cæſariem exſcindi, vnaque ſpem omnem ampliſſimi Dominatus; an ferrum in cariſſima pignora, innoxiaſque ceruices immitteret. Vbi datum aliquid ſtupori, dolori, lachrimis, derepentè, ſtrictum enſem prehendit, forfices abiecit, mortemque filiorum longè amantiſſimorum tonſuræ prætulit. Ità caput iniuſto, impioque ferro dedère teneræ animulæ, ſpes regni, matris amor, ac deliciæ in primo ætatulæ flore, erat enim ſeptennis vnus, decennis alter: ſed illud inſanæ ambitioni, ac crudelitati datum eſt; hoc pietati, ac religioni. Ita ille. *Vid. Bar. Tom. 10. Annal. An Chr. 866. S. Greg. lib 3. c. 18. de Geſt. Franc.*

Bulgarorum Rex, cum recens Eccleſiæ Catholicæ adiunctus eſſet, vt aliquo indicio ſuam erga Sedem Apoſtolicam ſubmiſſionem, ac deuotionem teſtaretur: reſectum propria manu crinem Legatis Apoſtolicis tradidit in datæ fidei teſſeram, & ſignum ſeruitutis; adiecitque hæc verba cedro digna: *Omnes Primates, & cuncti populi Bulgarorum terra cognoſcant, ab hodierno die me ſeruum fore poſt Deum Beati Petri, & eius Vicarij: hoc eſt ſucceſſorum eius.* Hæ fuerunt Regiæ voces, teſtes magnæ mentis, quæ ſeſe quodammodo purpura, & corona exuit, vt fidem indueret, & inſignem erga Chriſti Vicarium pietatem ſimul & ſeruitutem proderet: *Pretioſa hæc ſeruitus, quæ virtutum conſtat expenſis, Glorioſa ſeruitus quæ pro nobis ſeruiuit & Chriſtus*, inquit Ambroſius. *Anaſt. Biblioþ. in Adr. 2.*

Cæte-

Cæterum, ſyluam crinium reſecandi vſum, primum in Gallia induxiſſe Ludouicum VI. legimus, idque ob cauſam vulneris accepti, quod & reliqui ad Patrum vſque memoriam ſecuti ſunt; licet iam ad priſca tempora redierint. Siquidem ſparſas, paſſaſque comas cum cincinnis enutriunt, ac veterem laſciuiam reſumunt, crines criſpando, lamina, acu, aut calamiſtro candentibus, & eam quam colebãt cinifloñes (à calefaciendis in cinere calamiſtris, id eſt, acubus maioribus, ſiue verubus ad criſpandos crines comparatis nominatos, quaſi in cinerem flantes, vt annotant Acron vetus Grammaticus) artem profitentur. *Cinerarij* ijdem Catullo dicti, ab eadẽ occaſione, quod muliebre eſſe miniſterium dicit Soſipater. Plura ſuper hac de re videantur apud Adr. Iunium.

Opuſ. de Coma c. 8. Poſtremò, & illud animaduerſum, antiquos quamdiu peregrè erant, comam aluiſſe intonſam; reduces, vt diximus & ſoſpites, voto antea nuncupato, domi eam totondiſſe, quod apud Ægyptios vſitatum fuiſſe Diodori teſtimonio probat Adr. Turnebus lib. Aduerſariorum 22. Caluitium verò apud eoſdem opprobrij loco ſemper habitum.

15. Metam. Ouidius: *Turpe pecus mutilum, turpis ſine gramine campus,*
Et ſine fronde frutex, & ſine crine caput.

Idcirco Iulius Cæſar caluitij deformitatẽ iniquiſſimè ferebat, vtpotè obtrectatorum iocis obnoxiam expertus: ideoque inquit, Sueto. *& deficientem capillum reuocare à vertice aſſueuerat, & ex decretis omnibus ſibi à Senatu, populoque honoribus, non alium, aut recepit, aut vſurpauit libentius, quam ius laureæ coronæ perpetuo geſtandæ.* *Sueto. c. 45*

Denique aduerte, ſcito diuino prohibitum fuiſſe comam attondere in rotundum, ſicuti ſolebant Gentiles, vt patet Ierem. 9. 26. & cap. 25, 23. & 49. 32. præſertim Ægyptij inter quos vixerant Hebræi. Vndè Radulphus aſſerit Gentiles cum ſe dæmonibus conſecrabant, capita ſua in rotundum totondiſſe; cenſebant enim Deos gaudêre formâ rotundâ & orbiculari, vtpote omnium capaciſſima, & perfectiſſima. Hinc Empedocles rogatus quid eſſet De⁹, reſpondit *Deus eſt circulus, cuius centrum eſt vbique, circumferentia nuſquam.* Corn. à Lapide Commem. in Leuiticum cap. 19. verſ. 27. Hæc de Comâ ſufficiant: nunc de barba, pauxilla dicenda ſunt.

CAPVT XXX.

De Barba, illam Romanos aluiſſe: quo tempore radi cœperint? Dies quibus Adoleſcentes lanuginem ponebant Iuuenalia dicti. Quid Græci? modi tollendi crinium ſyluam, quando radi deſierint? Clerici olim raſi.

LVbet in his ludicris porro inſiſtere, & de barba nonnihil dicere. Illam Romanos aluiſſe vſque ad annum ab Vrbe condita 454. quo tempore priſtina virtute degenerante populo Romano in Aſiaticam luxuriam, & in exoticam mollitiem defluente, tonſores Siculos primum accepiſſe Plinius auctor eſt. Alij ad ætatem Alexandri Macedonis referunt morem radendæ barbæ, quandoque ſcilicet ille *Lib. 17. Natur. Hiſt.*

uxu Perſico fractus atque euiratus Macedonicam aſperitatem prorſus exuit. *Adria. I. vn. tract. de Coma.*

Ante igitur iſta tempora barbam haud dubie geſtabant, ideoque tam ſæpè Cicero, veteres illos *Barbatos* vocat, vt in Oratione pro Murena: *Apud illos Barbatos*, & pro Cœlio: *Aliquis mihi ab inferis excitandus eſt ex Barbatis illis*, & alibi ſæpius. Scipionis autem ætate radi cœperunt, & quidem frequentiſſimè. de Othone Imperatore Tranquillus: *Quin & faciem quotidie raſitare, ac pane madido linire conſuetus, idque inſtituiſſe à prima lanugine ne barbatus vnquam eſſet.*

Poſtea, inualuit conſuetudo apud Græcos, vt ſenes tantum barbam raderent. Qui autem Athenis primum radi ſe paſſus eſt, κόρσης conuitij nomine dictus fuit, teſte Chryſippo παρὰ τὸ κάρειν. Alexandri Magni autem temporibus morem fuiſſe, vt Græci illi mentum duntaxat raderent, auctor eſt Athnæus. *Lib. 13. c. 6.* Iuuenes tamen apud Romanos vſque ad ætatis annum vigeſimum lanuginem intonſam ferre poterant. Indè à Cicerone dicebantur *barbatuli adoleſcentes* per contemptum. Dies autem certi deſignati erant, quibus lanuginem illam ponebant: qui *Iuuenalia* dicti, de quibus infra Capite LIV. Nam vt tyrocinij die ex ephœbis tranſibant, (de quo infra dicemus) ita barba iuuentutem exuebant, teſte Dione, *Cæſar enim cùm primum barbã raſit, ipſe diem eum plane feſtum habuit, & alijs publicam feſtiuitatem indixit.* *Dio. lib. 84.* Et poſtea dies illi raſuræ quoad adoleſcentes Iuuenales dixi.

Atque exindè Romani barbam ex aſſe raſerunt, de Iulio Cæſare Suetonius; *Circa corporis curam*, inquit, *moroſior, vt non ſolum tonderetur diligenter, ac raderetur, ſed velleretur etiam.* *Cap. 45.* Nam priſci illi, aut tondebant forficula, aut radebant nouacula, aut digitis vellebant, aut volſellis eradicabant, aut deglabratorijs medicamentis extingebant, aut denique quod mirum dictu, pice, reſinaue extirpabãt, quos omnes recrementitiam crinium ſyluam tollendi modos affert Adrianus Iunius.

Vndè Clemens Alexandrinus acriter reprehendit vſum illum, increpatque tales veluti effœminatos, qui ſe ipſos picant, piloſque quouis tandem modo vellendos præbent, fertque indigniſſimè, quod totæ Vrbes ſuo tempore abundarent hominibus qui cundi, radendi, vellendique officia profiterentur, & Fabius, *vulſa, corpora*, nuncupat fœdiſſima. *Tract. de Coma. Lib. 3. PaPag. Lib. 8.*

Rei tamen criminum apud Romanos non radebantur, ſed excreſcere ſinebant barbam. Vndè notat A. Gellius tanquam rem inſolentem P. Scipionem, Pauli filium, eum eſſet reus, neque barbam dediſſe radi, neque candida veſti vti, neque fuiſſe cultu ſolito reorum. *Lib. 3. Noct. Attic. c. 4.*

Cæterum, ad quodnam tempus vſus eiuſmodi radendi barbam, apud Romanos perſeuerauerit, mihi hîc aqua hæret, vt & ipſi Baronio in antiquitatibus verſatiſſimo, vti de ſe ipſe fatetur, qui tamen regnantibus Gothis, in Italia eundem morem eſſe ſeruatum refert. His conueniunt quæ ſuprà dicta ſunt cap. 54. de Iuuenalibus ludis. *Tom. 1. Annal.*

Enimuerò, Ennodius ſuis verſibus vehementer exagitauit hominem qui more Gothorum prolixam geſtaret barbam, & ſecundum Romanorum conſuetudinem

Digitized by Google

lacernam indueret: hæc enim habet in Iouinianum verſibus iſtis:

Barbaricam faciem Romanos ſumere cultus Miror, & in modico diſtinctas corpore gentes.

Ac iterum:

Romuleam segetem vox oris nubila fuſcat: Oppreſſit veſtis tenebroſo tegmine vultus.

Denique, ruríus idem Poëta:

Nobilibus collis genium malè compta lacernis, Diſcordes miſcens inimico fœdere proles.

Hæc Ennodius in Iouinianum, qui oſtendit loco prodigij lacernatum hominem geſtare barbam.

Porrò, tametſi priſtinus ille vſus ſenſim ſit immutatus, cum ſcilicet Barbari illi,
An. Chr. 58. Tom. 1. Romæ, atque diutius in Italiâ morarentur, tamen quod ad Clericos ſpectat, inquit Baronius, ſic viguit eius rei obſeruatio, vt non viuere more maiorum, ferè religioni haberetur; ſicq; factum eſt, vt penes eos eiuſdē rei vſus inuiolatus, & conſtans plurimis ſæculis perduratir.

Extant enim eo argumento apud eundem Baronium ſcriptæ litteræ Gregorij Papæ VII. ad Iacobum Epiſcopum Calaritanum, iubentis vt Clericos ſuos omnes barbam radere cogeret, idque ex maiorum conſuetudine vindicantis, affirmantiſque nimirum ab ipſo exordio Eccleſiæ illibatè eſſe ſeruatum, quod tamen vetitum erat Iudæis, vt patet Leuit. cap. 19. verſ. 27.

CAPVT XXXI.

De Adoratione, & oſculis, priſco æuo receptis Principes olim adorandos ſe præbuiſſe, quibus conceſſi Flamines, & Sacerdotes: etiam fœminis. Mos iurandi per nomen Principum. Ignem ipſis præferendi conſuetudo.

ADorationis vox litteris ſacris, & profanis receptiſſima. Verùm ritus ille non omnibus cognitus. Olim adoraturi manum ori admouebant, caput ſubmittebant, corpus dextrouerſum circumagebant. Plinius: *In adorando dextram ad oſculum referimus, totum corpus circumagimus*, quod in læuum feciſſe Gallos, religioſius credunt. D. Hieronym. *Qui adorant ſolent deoſculari manum, & capita ſubmittere.* Plutarchus *Eſt hoc in more poſitum Romanis, Deos venerari, dextrorſum circumacto, & verſato corpore.*

Lib. 28. c. 2. In Ruffin. In Marcel.

Etiam huius ſæculi ſupparem morem, quem ſeruiliter ſeruat adulatio, in vſu eſſe notat I. Lipſius. Ferè enim aulicæ illæ muſcæ cum potentiorem ſalutant, veſtem aut partem aliquam corporis manu illi tangunt, eamque ſtatim, cum veneratione quâdam ad os reportant. Nec dubium quin ſuper hoc veſtigium ſit priſcæ illius adorationis.

Lib. 2. Electi, cap. 6.

Hac ipſa de re Apuleius: *Multi, inquit, admiratione ſtupidi, & admouentes oribus ſuis dexteram, priori digito in erectum pollicem, & ipſam prorſus Deam Venerem religioſis adorationibus venerabantur.* Tecto autem, ſeu velato capite adoraſſe Pauſanias oſtendit: *Foris Soſipolis colitur, neque ad eum aditus patet cuiquam, præterquam vni illi ſacrificulæ, quæ*

Lib. 4. Metamor. In Eliacis.

capite, & facie candido textili velata, ad Numinis ſimulacbrum accedit. Seruius: *Sciendum eſt,* inquit, *Sacrificantes Dijs omnibus caput velare conſuetos, ob hoc, ne ſe inter religionẽ aliquid vagis offerret obtutibus.* Hoc Italis, ſi Dijs placet, vſu receptum. Plautus: *Inuocat Deos immortales, vt ſibi auxilium ferant, Manibus puris, capite cooperto.* In 3. Æneid. Amphit. Scena 1. Act. 1.

Sueto. Vitellio: *Idem miri in adulando ingenij, primus Caium Cæſarem, vt Deum adorari instituit, cùm reuerſus ex Syriâ non aliter adire auſus eſſet, quam capite velato, circumuertens ſe.* Liuius: *Legatus vbi ad fines eorum venit, vnde res repetuntur, capite velato; Audi Iuppiter,* inquit, *Audite fines.* Satis ſit horum, ad ſacra decurrat ſtylus.

Neque Romanis tantum hic ritus vſitatus, ſed & in Oriente frequentiſſimus. Nathan Propheta adorat Dauidem pronus in terram, & idem facit Bethſabee, ſic Adonias adorat Salomonem, ſed hæc adoratio legitima fuit, neque vltra honoris decorem & cultũ porrigebatur; neque enim diuinos honores Dauidi aut Salomoni offerunt, neq; etiã illi recepiſſẽt, licet poſtea impi⁹ iſte mos apud impios inualuerit. 3. Reg. 1.

Vndè in Iobo legimus: *Si vidi Solem cùm fulgeret, & Lunam incedentem clarè, & oſculatus ſum manum meam ore meo,* id eſt, ſi Solem & Lunam, vt ſolebant Gentiles, adoraui, mihi ad iniquitatem maximam reputetur. Rurſum: Cum vidiſſet Abigail Dauid, feſtinauit, & deſcendit de Aſino, & procidit coram Dauid ſuper faciem ſuam, & adorauit ſuper terram, & cecidit ad pedes eius. Item de Fratribus Ioſeph, qui *incuruati adorauerunt eum.* & de alijs pluribus in locis. Cap. 3. 1. Reg. c. 25

Indè factum vt Hebræi *Deoſculationem* pro *adoratione* vſurparent: & Latini verbum *adorandi*, deriuent à manus oſculo; quia manus ad ora admouebant, & quidem formatâ digitis crucis figurâ, vtpote priore digito in erectum pollicẽ reſidente admirando vtique Dei conſilio, qui varijs modis crucis figuram præſignificatam, & honoratam eſſe voluit gentibus, quas beneficio crucis redempturus, & ſeruaturus erat; & vt inimicos Crucis Chriſti ſuis ipſorum condemnaret, quibus crux CHRISTI videretur abominatio, ac ſtultitia, cum tamen in adoratione Dæmoniorum Crucis oſculum haberent pro reuerentia, & cultus augmento, teſte P. Gretſero Societatis IESV Theologo. Lib. 1. de Cruce. c. 45. In

Sed illud obſeruatũ in cultu, & veneratione Principũ, genua illorũ, ac pedes oſculari ſolitos. Capitolin⁹ de Maximino Cæſare: *In ſalutationibus ſuperbiſſimus erat, & manũ porrigebat, & genua ſibi oſculari patiebatur, nõnunquã etiã pedes.* Et ante eum C. Caligula, ſiniſtrũ pedẽ, teſtę Seneca, oſculãdũ præbuit, vt ſcilicet ſocculũ auratũ, imo aureũ, margaritis diſtinctũ oſtẽderet. Ità Diocletian⁹, ſi credim⁹ Põponio Læto, edicto ſãxit, vt omnes ſine generis diſcrimine proſtrati pedes eius oſcularentur. Maxim. Lib. 2. de Benefic. c. 12.

Perſas quoque manus, pedeſque ſuorum Regum oſculatos, & humi ſtratos ſeruiliter adoraſſe conſtat.

Neque herclè mirum eò arrogantiæ gentiles illos Principes proceſſiſſe, qui etiã cum Dijs ſuis in puluinarib⁹ ſpectandos, atque adeo adorandos ſe præbebant. Plinius adulator ille: *Sed licet illum* (Neruam ſcilicet) *aris, puluinaribus, Flamine colas, non idcircò magis tamen Deum, & facis, & probas, quam quod ipſe talis es.* In Auguſto quo- Panegyr. Cap. 4.

Digitized by Google

lacernam indueret: hæc enim habet in Iouinianum verſibus iſtis:

Barbaricam faciem Romanos ſumere cultus Miror, & in modico diſtinctas corpore gentes.

Ac iterum:

Romuleam tegetem vox oris nubila fuſcat: Oppreſſit veſtis tenebroſo tegmine vultus.

Denique, rurſus idem Poëta:

Nobilibus collis genium malè compta lacernis, Diſcordes miſcens inimico fœdere proles.

Hæc Ennodius in Iouinianum, qui oſtendit loco prodigij lacernatum hominem geſtare barbam.

Porrò, tametſi priſtinus ille vſus ſenſim ſit immutatus, cum ſcilicet Barbari illi, *An. Chr. 58. Tom. 1.* Romæ, atque diutius in Italiâ morarentur, tamen quod ad Clericos ſpectat, inquit Baronius, ſic viguit eius rei obſeruatio, vt non viuere more maiorum, ferè religioni haberetur; ſicq; factum eſt, vt penes eos eiuſdē rei vſus inuiolatus, & conſtans plurimis ſæculis perdurârit.

Extant enim eo argumento apud eundem Baronium ſcriptæ litteræ Gregorij Papæ VII. ad Iacobum Epiſcopum Calaritanum, iubentis vt Clericos ſuos omnes barbam radere cogeret, idque ex maiorum conſuetudine vindicantis, affirmantiſque nimirum ab ipſo exordio Eccleſiæ illibatè eſſe ſeruatum, quod tamen vetitum erat Iudæis, vt patet Leuit. cap. 19. verſ. 27.

CAPVT XXXI.

De Adoratione, & oſculis, priſco æuo receptis Principes olim adorandos ſe præbuiſſe, quibus conceſſi Flamines, & Sacerdotes: etiam fœminis. Mos iurandi per nomen Principum. Ignem ipſis præferendi conſuetudo.

ADorationis vox litteris ſacris, & profanis receptiſſima. Verùm ritus ille non omnibus cognitus. Olim adoraturi manum ori admouebant, caput ſubmittebant, corpus dextrouerſum circumagebant. *Lib. 28. c. 2.* Plinius: *In adorando dexteram ad oſculum referimus, totum corpus circumagimus*, quod in læuum feciſſe Gallos, religioſius credunt. *In Ruffin.* D. Hieronym. *Qui adorant ſolent deoſculari manum, & capita ſubmittere.* *In Marcel.* Plutarchus *Eſt hoc in more poſitum Romanis, Deos venerari, dextrorſum circumacto, & verſato corpore.*

Etiam huius ſæculi ſupparem morem, quem ſeruiliter ſeruat adulatio, in vſu eſſe *Lib. 2. Electi. cap. 6.* notat I. Lipſius. Ferè enim aulicæ illæ muſcæ cum potentiorem ſalutant, veſtem aut partem aliquam corporis manu illi tangunt, eamque ſtatim, cum veneratione quâdam ad os reportant. Nec dubium quin ſuper hoc veſtigium ſit priſcæ illius adorationis.

Lib. 4. Metamor. Hac ipſa de re Apuleius: *Multi*, inquit, *admiratione ſtupidi, & admouentes oribus ſuis dexteram, priori digito in erectum pollicem, & ipſam prorſus Deam Venerem religioſis adorationibus venerabantur.* Tecto autem, ſeu velato capite adoraſſe Pauſanias oſtendit: *In Eliacis.* *Foris Soſipolis colitur, neque ad eum aditus patet cuiquam, præterquam vni illi ſacrificulæ, quæ*

ea-

Digitized by Google

capite, & facie candido textili velata, ad Numinis ſimulachrum accedit. Seruius: *Sciendum eſt,* inquit, *Sacrificantes Dijs omnibus caput velare conſuetos, ob hoc, ne ſe inter religionē aliquid vagis offerret obtutibus.* Hoc Italis, ſi Dijs placet, vſu receptum. Plautus: *Inuocat Deos immortales, vt ſibi auxilium ferant, Manibus puris, capite cooperto.* In 3. Æneid. Amphit. Scena 1. Act. 1.

Sueto. Vitellio: *Idem miri in adulando ingenij, primus Caium Cæſarem, vt Deum adorari inſtituit, cùm reuerſus ex Syriâ non aliter adire auſus eſſet, quam capite velato, circumuertens ſe.* Liuius: *Legatus vbi ad fines eorum venit, vnde res repetuntur, capite velato; Audi Iuppiter,* inquit, *Audite fines.* Satis ſit horum, ad ſacra decurrat ſtylus.

Neque Romanis tantum hic ritus vſitatus, ſed & in Oriente frequentiſſimus. Nathan Propheta adorat Dauidem pronus in terram, & idem facit Bethſabee, ſic Adonias adorat Salomonem, ſed hæc adoratio legitima fuit, neque vltra honoris decorem & cultū porrigebatur; neque enim diuinos honores Dauidi aut Salomoni offerunt, neq; etiā illi recepiſſēt, licet poſtea impiꝰ iſte mos apud impios inualuerit. 3. Reg. 1.

Vndè in Iobo legimus: *Si vidi Solem cùm fulgeret, & Lunam incedentem clarè & oſculatus ſum manum meam ore meo,* id eſt, ſi Solem & Lunam, vt ſolebant Gentiles, adoraui, mihi ad iniquitatem maximam reputetur. Rurſum: Cum vidiſſet Abigail Dauid, feſtinauit, & deſcendit de Aſino, & procidit coram Dauid ſuper faciem ſuam, & adorauit ſuper terram, & cecidit ad pedes eius. Item de Fratribus Ioſeph, qui *incuruati adorauerunt eum,* & de alijs pluribus in locis. Cap. 3. 1. Reg. c. 25

Indè factum vt Hebræi *Deoſculationem* pro *adoratione* vſurparent: & Latini verbum *adorandi,* deriuent à manus oſculo; quia manus ad ora admouebant, & quidem formatâ digiris crucis figurâ, vtpote priore digito in erectum pollicē reſidente admirando vtique Dei conſilio, qui varijs modis crucis figuram præſignificatam, & honoratam eſſe voluit gentibus, quas beneficio crucis redempturus, & ſeruaturus erat; & vt inimicos Crucis Chriſti ſuis ipſorum condemnaret, quibus crux CHRISTI videretur abominatio, ac ſtultitia, cum tamen in adoratione Dæmoniorum Crucis oſculum haberent pro reuerentia, & cultus augmento, teſte P. Gretſero Societatis IESV Theologo. Lib. 1. de Cruce. c. 45. In Maxim.

Sed illud obſeruatū in cultu, & veneratione Principū, genua illorū, ac pedes oſculari ſolitos. Capitolinꝰ de Maximino Cæſare: *In ſalutationibus ſuperbiſſimus erat, & manū porrigebat, & genua ſibi oſculari patiebatur, nōnunquā etiā pedes.* Et ante eum C. Caligula, ſiniſtrū pedē, teſtę Seneca, oſculādū præbuit, vt ſcilicet ſocculū auratū, imo aureū, margaritis diſtinctū oſtēderet. Ità Diocletianꝰ, ſi credimꝰ Pōponio Læto, edictoſāxit, vt omnes ſine generis diſcrimine proſtrati pedes eius oſcularentur. Lib. 2. de Benefic. c. 12.

Perſas quoque manus, pedeſque ſuorum Regum oſculatos, & humi ſtratos ſeruiliter adoraſſe conſtat.

Neque herclè mirum cò atrogantiæ gentiles illos Principes proceſſiſſe, qui etiā cum Dijs ſuis in puluinaribꝰ ſpectandos, atque adeo adorandos ſe præbebant. Plinius adulator ille: *Sed lucet illum* (Neruam ſcilicet) *aris, puluinaribus, Flamine colas, non idcircò magis tamen Deum, & facis, & probas, quam quod ipſe talis es.* In Auguſto quo- Panegyr. Cap. 44.

Digitized by Google

que Suetonius ſcribit, illum Circenſes aliquando ſpectaſſe è puluinari, ſcilicet inter Deos. Et Tacitus ſic de illo: *Cùm ſe templu, & effigie Numinum per Flamines, & Sacerdotes coli vellet.* Non tamen in Vrbe, ſed in Prouincijs. Quod autem ſcribit Tacitus de effigie Numinum, hactenus accipe, vt ſigna appoſita Auguſti ſtatuis fuerint, quæ ſolent Deorum, nimirum radius, haſta, fulmen; Nummi etiam hodie extant in quibus Auguſti caput radiatum. at de Flaminibus, & Sacerdotibus Auguſti, plena omnia monumenta.

Lib. 1. Annal

Nec ſolùm viri, vt auctor eſt Lipſius; ad Sacerdotium magni iſtius Cæſaris aſſumpti, ſed, quod ridiculum, etiam fœminæ. Inter alias legimus ipſam Liuiam, eius vxorem Sacerdotem ſui viri fuiſſe, & quidem ex Decreto Senatus. Nomen etiam Imperatoris, ceù ſacrum, & boni ominis cauſa ſcutis, & ſignis inſcribebant. Quintilianus Cleopatræ nomen ſcutis inſcripſiſſe memorat, qui ritus defluxit poſtea ad Chriſtianos: Prudentius Poëta Chriſtianus:

——*Aurea clauum nota. Nomen ducum vexilla perſcriptum ferunt.*

Quin & per nomen eorum iurabant. Nam Claudium Cæſarem inter alios honores, quos Liuiæ auiæ ſuæ Auguſti Cæſaris vxori detulit, iuſſit mulieres per nomen eius iurare, ac rem ſacram ei fieri à Veſtalibus mandauit, vt ſcribit Dio.

Lib. 60.

Ignis etiam ipſis præferebatur: qui mos manauit ab Hebræis, vt alibi oſtendimus: poſteà ad alias gentes defluxit, velut Perſas, & Romanos. Vnde in Aula Conſtantinopolitana officium erat τῦ λαμπαδαρίϋ, *Lampadarij*, Cedinus, *Lampadario diuam ampullam cum accenſa lampade ferente.* Romani modeſtiores: Herodianus. *Neque ignem ſibi praire, neque aliud Imperij inſigne paſſus eſt attolli. Sorori ſua id Commodus conceßit, Marcia concubinæ omnia Auguſtæ priuilegia prater ignem dedit:* perſeuerauitque mos ille vſque ad tempora Iuſtiniani, vt diximus ſuprà.

Cap. 20.

Neque viuis ſolum, ſed etiam defunctis Diuorum honos tribuebatur, ſed domibus in priuatis. Ouidius:

In Faſt. Lib. 1.

Inuenies illic, & feſta domeſtica vobis Sæpè tibi pater eſt, ſæpè legendus auus.
Quaque ferunt illi pictos ſignantia Faſtos, Tu quoque cum Druſo præmia fratre feres.

De Ponte

Idemque Poëta ſæpe in priuatis ædibus honorem hunc fuiſſe Auguſto exhibitũ memorat, & inter Lares, effigies eius poſitas, vti de Alexandro Mammeæ ſcribit Lampridius. Et Apuleius: *Dies totos, totaſque noctes inſumebat luctuoſo deſiderio, & imaginem defuncti, quam ad habitum Dei formauerat, affixo ſeruitio, diuinis percolẽs honoribus ipſe ſeſe ſolatio cruciabat.* Hæc dicta ſint ἐν πλάτει de Adoratione in illa cœca priſcorum ſuperſtitione, & fugitiua gloria, quam adhuc proſequor capite ſequenti.

Dorleans Ad lib. 1. Annal. Tacit.

CA-

CAPVT XXXII.

De potentiâ, & magnificentiâ Romanorum in ludis, donis, & operibus publicis.

VEnio ad non iniucunda & admiranda lectu, potentiam, ſcilicet ac magnificẽtiam Romanorum, qua in ludis & donis, qua in operibus publicis: Ac primùm lubet à ludis exordiri, ludos igitur fecit Auguſtus Cæſar ſuo nomine, & ſumptu vicies quater, expenſis ærarij vicies ter, nullus horum infrà quingenties, aut millies H.S. ſtetit, ſunt noſtræ monetæ 2500000. Philippæi, ſeu bis millies quingenta millia coronatorum; & hæc tanta pecuniæ vis in vnicum tale ſpectaculum effundebatur: infimus, & parciſſimus ſumptus, in ſingulos ludos ab Auguſto editos, erat quinquenties H.S. ipſi 1250000. Philippei, hoc eſt millies ducenta quinquaginta millia coronatorum. Videatur libellus noſter de Re Numaria veterum, ad noſtram reducta. *V. Sueton. Dionem. alios.*

Nero totum theatrum illeuit auro, omne choragium & inſtrumenta comica fecit aurea, quod ipſum ſigillatim, & diſtinctè expreſſit Dio Caſſius verbis his: *Theatrum totum, non ſcenam eius tantùm, auro illeuit, & obtexit, ſed & quidquid illatum fuit, & omne inſtrumentum, & choragium aureum: itemque vela, quæ ſuperne contra ſolem obumbrabant purpurea tota, & aureis ſtellis interſtincta. Ex quo, & dies ille aureus appellatus eſt*; & hoc ipſum Plinius annotauit: Nero Pompeij theatrum operuit auro, in vnum diem quo Thyridati Regi Armeniæ oſtenderet. Atque ante eũ Cæſar Iulius & nondum Cæſar, afferente eodem Plinio: *Is primus in Ædilitate, munere Patris funebri omnia apparatu arenæ argenteo vſus eſt: feraſque argenteis haſtis laceſſere tum primum viſum. Mox, quod etiam in municipijs æmulantur. C. Antonius ludos ſcena argentea fecit.* *Lib. 33. c. 3.*

Heliogabalus verò Imp. fertur, inquit Lampridius, *in Euripis* (id eſt foſſis ludis, circũdatis, proſcriptis, quales Venetijs nauigantibus per amphractus deſignantur) *Vino plenis nauales Circenſes exhibuiſſe.* Circenſes, ne quis fortè ignoret, ludi dicti, quod in Circo fierent, ſiue quaſi circum enſes, propterea quod rudis vetuſtas cum nondum loca huiuſmodi ludis apta ædificaſſent, inter enſes, & flumina celebrabant, vt ab vtraque parte eſſet infamiæ præſens periculum. Horum autem Circenſium ludorum ſeptem erant curricula, quod quidem eo dicitur, vt lector admiretur quantum vini profuſum, foſſis illis & Euripis in Circo ità eo plenis vt naues inter ſe concurrere, ac certare de velocitate poſſent: quod incredibile videbitur ijs, qui expertes erunt magnificentiæ ac potius intolerandæ effuſionis Romanorum.

Accedebant Miſſilia, ſeu ſparſiones, hoc eſt ligneæ teſſeræ in vulgus ſpargendæ, quibus inſcriptæ totæ domus, agri, fundi, prædia, mancipia, ſerui, iumenta, argenti, & gemmarum ſæpè maximus numerus, harum teſſerarum aliquam quiſquis exhibuit, mox id accepit, quod deſignauit inſcriptio. Hoc apertè indicat Suetonius:

Sparſa, & populo Miſſilia omniũ rerum per omnes dies, ſingula quotidie millia auium cuiuſque generis, multiplex genus, teſſera frumentaria, veſtis, aurum, argentũ, gemma, margarita, tabulæ pictæ, mancipia, iumenta, atque etiam manſuetæ feræ, nouiſſimè naues, agri, quæ poſtrema ſignanda: nam præter aurum, argentum, gemmas, margaritas, tabulas pictas, mancipia, Inſulas, id eſt, certas regiones Vrbis, & habitabiles domos, totoſque agros dedit.

Nec ab his in hac re, & in hoc Cæſare diſſentit Dio Caſſius: *Omnia*, inquit, *delicatiſſima quæ homines comedunt, omnia pretioſiſſima, equos, mancipia aurum, argentum, variam veſtem, hæc dabat per ſymbola quædam, & teſſeras, globulos enim paruos inſcriptos vt quæque eorum erant, hos iaciebat in populum, & re ipſa, mox dabatur quod quiſque eorum in teſſera haberet.*

Idemque Dio Caſſius de Tito Veſpaſiano ſcribit præbuiſſe ſpectantibus varia nedum ad voluptatem, ſed etiam ad vtilitatem. *Nam globulos ligneos*, inquit, *quoſdam de loco ſuperiore in theatrum ieciſſe, qui ſymbolum haberent, hic alicuius eſculenti, ille veſtis, alius argentei vaſis, alius aurei, equorum, iumentorum, mancipiorum, quæ oportebat eos qui rapuiſſent ferre ad Curatores ludorum, & ab iis accipere quamque rem inſcriptam.*

Neque putabit paruo hæc conſtitiſſe qui legit Hadrianum in adoptione Commodi, adeo multa in populum per hos ludos, & in militem profudiſſe, vt dixerit perdidiſſe ſe quater millies H.S. quod populo, & militibus dederat, id eſt, noſtra moneta, decem milliones: Nec tollat quis ſupercilium, ni lucem veritati, id eſt hiſtoriæ tollere velit.

Idem ille inquinatiſſimæ licet, & probroſæ vitæ Nero gregario militi, teſte Dione in donatiuum numerari iuſſit centies H.S. quæ ſunt 250000. Philippicum.

Agrippina mater hunc tantum pecuniæ numerum in menſa expandi iuſſit, vt vel ſic tacitè filij effuſſionem reprehenderet & coërceret. Notauit Nero ſe moneri, & alterum tantum addi præcipiens: *Neſciebam* inquit, *me tam parum dediſſe.* Iulius verò Cæſar, *nullum largitionis* (verba Suetonij) *aut officiorum genus in quemquam publicè, priuatimque omiſit. Militibus ſingula interdum mancipia, vel prædia viritim dedit.*

Redeo rurſum ad Neronem. Is Regi Teridati, vt hoſpiti, nouem menſibus Romæ argenti in ſingulos dies conſtituit viginti millia Philippicûm, ſunt quinque milliones, & quadraginta millia coronatorum in totos illos nouem menſes conſtituta. Abeunti dedit viaticum millies H.S. ſeu duos milliones, & medium.

Nec tantum militibus hæc donatiua, ſed & hiſtrionibus & ſcænicis, niſi quod illa plerumque in coronis aureis conſiſtebant, teſtor Plinium, *Craſſus diues primus argen-*

Lib. 21. c. 3. *to, auroque folia imitatus ludis ſuis coronas dedit.* Nota coronas iſtas fuiſſe compactas ex folijs ſeu laminis auri, vel argenti, imitantibus folia lauri, vel oleaſtri. Idem Plinius: *Lib. 24. c. 8.* *Coronarium tenuatur in laminas, taurorumq; felle tinctum, ſpeciem auri in coronis hiſtrionum præbet.*

Cap. 19. De Veſpaſiano Suetonius: *Apollinari tragœdo, quadraginta Seſtertia* id eſt. decẽ millia Philippicorũ: *Tarpeio, Diodoroque Citharœdis* 200. *Seſtertia*, id eſt, 2500. Philipp. dedit.

Quæ

Quæres, vndè iſtæ opes? ex rapinis, Lector, & ſacrilegijs. De Iulio Cæſare apertè Suetonius: *In Gallia, fana, templaque Deûm donis referta expilauit, Vrbes diruit, ſæpius ob prædam, quam ob delictum.*

Quin & vſus ille ad Conſules profluxit. Nam poſteriori Iuſtiniani æuo, priſcum Cæſarem luxum imitati, ſepties in anno miſſilia ſumptuoſa in vulgus iactabant, quem luxum poſteà coërcuit Iuſtinianus, Nouel. Conſtitut. 105. qui inter alia ſanciuit ne Conſules aurum populo ſpargant, ſed argentum tantùm, idque in minutioribus nummis.

Iam ad opera publica: fatigarem calamum, & Lectorem, ſi quæ ex hiſtoricis priſcis occurrunt recenſerem. Notabiliora tantum ex illis producam, vel ex ipſa Româ, de qua olim Poëta: *Ouid. Faſt. 2.*

Gentibus eſt alijs tellus data limite certo, Romanæ ſpatium eſt Vrbis, & Orbis idem:
Omnia Romanæ cedant miracula terræ Natura hic poſuit, quicquid vbique fuit.

Romam dico, celebre illud Vrbium caput quæ habuit in circuitu *Milliaria viginti duo, præter Transtyberim & Leoninam Ciuitatem, cum quibus dicitur habere quadraginta duo milliaria.* Ita Chronicon Martini Poloni: cuius veritatem adſtruit I. Lipſius authoritate Plinij Vopiſci, & aliorũ. Hic in Aureliano Principe ſic ſcribit: *Muros Vrbis Romæ ſic ampliauit, vt quinquaginta propè millia murorum eius ambitus teneãt.* Neque mirum, ſi conſideremus tot templa, porticus, baſilicas, theatra, circos, fora, balnea, thermas, tantæ hominum multitudini capaces. Nam vt Ariſtides inquit, *Omnes gentes quaſi vicatim diuiſæ, ad hanc ſuam arcem conuenêre: quæ nunquã vlli ſe negat, ſed vt terra ſolum fert omnes, ſic hæc omnes, capit.* *3. de Magn. Rom. c. 2.*

Quid quæris? Vrbs illa, omnium Vrbium dici poteſt: *Quia in ea videre eſt*, verba Athenæi, *Vrbes omnes*, vt ſic dicam, *collocatas. Deficiat non vnus dies, ſed quotquot habet annus, ſi quis annumerare conetur omnes Vrbes in cæleſti iſtâ Vrbe poſitas, idque ob nimiam copiam: nam & totæ nationes illic ſimul, & confertim habitant, vt Cappadocum, Scytharum, Ponticorum, & aliarum complures.*

Conſonãt iſta Senecæ; *Aſpice*, inquit. *frequentiam, cui vix Vrbis immenſa tecta ſufficiunt: maxima pars illius turbæ, patria caret, ex municipijs, ex colonijs ſuis, ex toto denique Orbe terrarum confluxerunt*, & poſt paullò: *Nullum non hominum genus concurrit in Vrbem, & virtutibus, & vitijs magna præmia ponentem. Iube hos omnes ad nomen citari, & vnde domo quiſque ſit, quære; videbis maiorem partem eſſe quæ relictis ſedibus venerit in maximam quidem ac pulcherrimam Vrbem, non tamen ſuam.* *Ad Heluid.*

Ad magnitudinem denique referantur illa Plinij: *Ad Vrbis noſtræ miracula tranſire conuenit, & ſic quoque terrarum Orbem victum* (notetur) *oſtendere, quod accidiſſe toties penè, quod referentur miracula, apparebit. Vniuerſitate verò aceruata, & in quendam vnum tumulũ collecta, non alia magnitudo exſurget, quam ſi mundus alius quidam in vno loco narretur.* *Lib. 36.*

Ad pulchritudinem, iſta ex Ammiano, qui Conſtantij Imperatoris ingreſſum in Vrbem Romam, deſcribens, ipſam intuentem & mirantem præcipua operum facit, atq; ait: *Proindè Romã ingreſſus, Imperij virtutũq; omnium larem, cum veniſſet ad Roſtra perſe-*

Digitized by Google

perfectiſſimum priſca potentia FORVM, *obſtupuit: perque omne latus, quo ſe oculi contuliſſent, miraculorum denſitate perſtrictus, allocutus nobilitatem in Curiâ, populumque pro Tribunali, in Palatium receptus, fauore multiplici, lætitia fruebatur optatâ. Deindè, intra ſeptem montium culmina per accliuitates, planitiemque poſita Vrbis membra colluſtrans, & ſuburbana, quicquid erat primum, id eminère inter alia cuncta ſperabat:* IOVIS TARPEII, *delubra quantum terrena diuinis præcellunt,* LAVACRA *in modum Prouinciarum exſtructa; Amphiteatri molem ſolidatam, lapidis Tyburtini compage,* PANTEON *velut Regionem teretem ſpacioſâ celſitudine fornicatam, elatoſque vertice ſcanſili ſuggeſtus, Conſulum, & priorum Principum imitamenta portantes, & Vrbis templum, forumque pacis, & Pompeij theatrum, aliaque inter hæc decora vrbis æternæ.* Qui hæc non miretur haud ſcio, quid in humanis mirari debeat.

Quærenti ergò quid de Vrbe ſentiret idem Conſtantius, reſpondit maiorem omnium opinione cum admiratione coniunctam percepiſſe voluptatem: nonnihil tamen ex eo adſperſum moleſtiæ quod ibi etiam homines mori didiciſſet. Nempe par videbatur homini, qui tali obſtupuiſſet ſpectaculo, vt qui Vrbem illam, quæ illius eſſet cœli imitatrix, illos ab omni mortalium abſtractos conditione, immortalitas quædam ſequeretur. Verum qui magnificentiam copioſius Romanæ Vrbis diſcere volet, conſulat Fran. Bencium Orat. 1. & I. Lipſ. lib. 3. de Magnit. Rom. c. 2. qui prædictam Ammiani deſcriptionem curioſè, & partitè diducit explicatque, è quo notes vt ad opera redeamus, duplicis generis illa fuiſſe, *Temporaria*, ſcilicet, & *Diuturna*. Illa, quæ ſubito, & in breue tempus aliquod excitabãtur è terra, aut ligno plerumque; iſta quæ in longum & manſura, è latere, lapide, & materiæ firmiore. *Tẽporaria* iterum duplicia, in Militiâ, & extra eam, atque vtraque mereri iuſtam admirationem. Nam ſi militiam videas, qui foſſas, vallos, aggeres, & talia terrea, iterumque materialia, Turres, Teſtudines, Muſculos, Vineas, legit, tam multa, tam crebra & aut induſtriam, aut vires hæc patrantium non æſtimat, aut admiratur. Quale enim fuit, & quàm admirabile ſpectaculum, omnis ille Cæſaris arenæ apparatus argenteus, Neronis theatrum opertum auro, ſcena triplex, Æmilij Scauri, cuius ima pars è marmore, media è vitro, ſumma erat ex àuro, quam ſuſtinebant columnæ 360. inter quas diſpoſita ſignorum ex ære tria millia numerabantur.

Sed iuuat audire Plinium graphice iſta deſcribentem: *M. Æmilius Scaurus*, inquit, *fecit in Ædilitate ſua opus omnium maximum, quæ vnquam fuère humana manufacta, non temporaria mora, verumetiam æternitatis deſtinatione. Theatrum hoc fuit, Scena ei triplex in altitudine CCCLX. columnarum. Ima pars Scenæ è marmore fuit, media è vitro, inaudito poſteà etiam genere luxuriæ: Summa tabulis inauratis columnæ, vt diximus, ima duodequadragenum pedum, Signa ærea inter columnas, vt indicauimus, fuerunt tria millia numero. Cauea ipſa capit hominum LXXX. millia, cum Pompeiani theatri toties multiplicata Vrbe, tantoq; maiore populo ſufficiat largè XL. millibus. Sed & reliquus apparatus tantus, Attalica veſte, tabulis pictis, cæteroque choragio fuit, vt in Tuſculanam, villam reportatis, quæ ſuperfuerant quotidiani vſus delicijs, incenſa villa ab iratis ſeruis con. remaretur ad H.S. millies*, id eſt, vicies quinquies centena millia pattaconum.

Fugi

Fugitiuis iſtis operibus non inhæreamus: Diuturna ſpectemus, ſed ſtrictim, & quæ paucis in æternitate ſuâ complexus eſt P. Drexelius Soc. Iesv, à ſingulari pietate, & doctrinâ ſanè quàm commendatus. Is igitur inter opera illa publica Vrbis Romæ refert templa, Baſilicas, Fora, Porticus, Aquæductus, Vias, Theatra, Circos, Cloacas, Lacus, Balnea, Thermas, Templa Romæ fuerunt quadringenta viginti quatuor, pleraque magnifica. Domitianus in ſolam Capitolij inaurationem, ipſos ſeptem milliones impendiſſe comperitur.

In amphitheatri ſaxeis gradibus commodè ſedêre poterant ſpectatorū 87000. in ſuperiore parte per ambitum ſtare 12000. vniuerſim 99000. præter plurima alia, duodecim publica fuerunt balnea ab Imperatoribus ſtructa, in quibus gratis lauabatur. In thermis Antonini fuerunt è polito lapide, 1600. ſellæ, & commodè tot homines ſimul lauare poterant. In balneo Hetruſci, ait Plinius, omnia fuiſſe argentea, canales, labra, ſolum ipſum.

Sed de ſplendore eorum audiamus Senecam: *Pauper ſibi videtur, ac ſordidus, niſi parietes magnis ac pretioſis orbibus refulſerint, niſi Alexandrina marmora Numidicis cruſtis diſtincta ſint; niſi illis vndique, & in picturæ modum variata, circumlitio prætexatur, niſi vitro condatur Camera, niſi Parius & Thaſius lapis, quondam rarum in aliquo templo ſpectaculum, piſcinas noſtras circumdederit: niſi aquam argentea epitonia fuderint, & adhuc plebeias fiſtulas loquor. Quid cùm ad balnea libertinorum peruenero! quantum ſtatuarum, quantum columnarum eſt nihil ſuſtinentium, ſed in ornamentum poſitarum, & impenſæ cauſa? quantum aquarum per gradus cum fragore labentium? eò deliciarum venimus, vt niſi gemmas calcare nolimus.* Epiſt. 86.

Inſuper, Romæ tot ferè ſtatuæ fuerunt, quot homines, præter infinitas æreas, marmoreas, eburneas, etiam argenteæ & aureæ. Domitianus in Capitolio auream habuit centum librarum, Claudius in Roſtris etiam argenteam habuit, hinc Præfectus certus, Comes Romanus dicebatur, & multus ei miles, vt tantùm ſtatuarum populum cuſtodiret.

Ad ſtudium iſtud poſteà repreſſum fuiſſe Dio teſtatur: *Vrbs*, inquit, *ſtatuis implebatur: quia licebat cuique paſſim in tabulâ, ære, marmore ſe publicare, quod Claudius Imp. vetuit, & pleraſque iam poſitas, loco mouit, & aliò tranſtulit; edixitque ne quis in poſterum priuatus poneret, niſi Senatus permiſſu; excepto ſi quod opus publicum faceret, reficeretve.* Lib. vlt.

Viæ Appiæ vir expeditus, quinque diebus habuit quod percurreret, ab Vrbe Capuam vſque. Protendebatur teſte Procopio hæc via tam lata, vt duo currus obuij liberè commearent, tam firma, vt laxi nihil, aut ſoluti appareret, perindè ac ſi ſaxum eſſet vnicum, atque plures tales fuerunt viæ, teſte I. Lipſio. Lib. 1. Bell. Gothici.

Quid in aquæductibus? Appius Claudius Cenſor impendit in aquæductum ſeptem milliones auri & medium, ſexcenti homines alebantur tuendis tantùm aquis. Ab eo eſt aqua Appia per milliaria (vt refert Lipſius) circiter vndecim deducta, Hoc initium: ſed Deus bone, quæ mox incrementa? Nam egebat ſanè ille

Digitized by Google

populus aquis,non ſolum ad potum, ſed ad balnea, ad Fullonicas, ad Naumachias,& Circos. Atque ità vbertim,inducta fuit, vt quiſque domi, aut in vicino haberet copiam:ſcribitque Strabo, *Flumina per Vrbem, & Cloacas videri fluere,atque vnamquamque domum propemodum habere fiſtulas, & canales quibus aquam inducat.*

De eadem re Plinius: *Si quis diligentiùs aſtimauerit aquarum abundantiam in publico,balneis,piſcinis,domibus euripis hortis,ſuburbanis villis.ſpatioque aduenientium exſtructos arcus,montes perfoſſos,conualles aquatas fatebitur, Nihil magis mirandum fuiſſe in toto Orbe terrarum.* Copiam habes,molem in adducendo habes, miraculum ſuper omnia mira Orbis,Plinio quidem iudice habes.

Quid Caſſiodorus de iſtis?formas ipſe appellat hos ductus,quod & Iuriſconſulti,atque inferior ætas fecit. De ijs igitur:*In formis Romanis vtrumque præcipuum eſt, vt & fabrica ſit mirabilis,& aquarum ſalubritas ſingularis: Quot enim illic flumina quaſi conſtructis montibus perducuntur? naturales credas alueos, ſoliditates ſaxorum? quando tantus impetus fluminis tot ſæculis potuit ſuſtineri?* Credamus hoc ergò iam Frontino, paucis fidiſque verbis eflanti,*Magnitudinis Romani Imperij id præcipuum eſſe indicium.* Benè,& verè,quia non Romæ tantum, ſed in Colonijs pleriſque & maioribus Oppidis hæc fuêre.

Ad Aquæductus pertinent lacus,de quibus Plinius his mirificis verbis : *Agrippa in Ædilitate ſuâ,adiecta virgine aqua,cæteris corriuatis, atque emendatis, Lacus* 700.*fecit, prætereà ſalientes* 105.*Caſtella* 130.*complura etiam cultu magnifica,operibus ijs ſigna* 300. *ærea,aut marmorea impoſuit,columnas ex marmore* 400.*eaque omnia annuo ſpatio.* Atque harum aquarum Curatores inſtituit Auguſtus, cum lictoribus, ſeruis,ſcribis,librarijs, accenſis, præconibus, varios opifices perpetuos vt minimum ſexcentos.

Cloacas denique Roma habebat, ſiue ſubterraneos fornices cum profluentibus aquis ad euehendas totius Ciuitatis ſordes,quæ quidem cloacæ tam amplæ, & multæ,vt inter Vrbis admiranda meritò referri poſſint. De his igitur Caſſiodorus : *Splendida Romanæ Ciuitatis Cloaca tantùm viſentibus conferunt ſtuporem,vt aliarum Ciuitatum miracula poſſint ſuperare. Videas illic fluuios quaſi montibus concauis clauſos per ingentia ſtagna decurrere. Videas ſtructis nauibus per aquas rapidas non minimâ ſollicitudine nauigari,nè præcipitato torrenti,marina poſſint naufragia ſuſtinêre. Hinc ô Roma, ſingularis quanta in te ſit poteſt colligi magnitudo. Quæ enim Vrbium audeat tuis culminibus contendere, quando nec ima tua poſſunt ſimilitudinem reperire.*

Atque iſtis Cloacis perpurgandis & detergendis Cenſores deſignati,vt ex Liuio & Dionyſio notat Lipſius,quos in earum inſtaurationem aliquando inſumpſiſſe mille talenta adſtruit,id eſt,ſexcenta Philippeorum millia. Si tantum in reparationem,quanti ipſa paratio?

Quid de luxu fœminarum?finis non eſſet, ſi illum ſuis coloribus depingerem, ſolum illud dicam,*ſi muliebris inſania viros ità ſubiecerat* (Senecæ verbis vtor) *vt bina*

aut

aut terna patrimonia auribus ſingulis ſuſpenderent, quantùm putes fuiſſe luxuriæ alijs in rebus? nempè picturis, triclinijs, abacis, gemmis, ſmaragdis, margaritis, toto capite, & crinibus, auribuſque, collo, manibus, digitiſque diſpoſitis? legatur Seneca, Plinius, Iuuenalis, Tertull. Hieron. alijque. Mittamus ſequiorem ſexum. *Lib. 7. de Benef.*

Audiuit Lector miranda, quorum pleraque ſtylo Lipſij concinnata, ſed vbi ſunt iſta? vbi inquam publicæ illæ ſtructuræ, quæ Æternitati excitatæ videbantur? modò perierunt, & iacent, quo non nata iacent. Vrbem illam Romam qui conſpicis, non vmbram veteris cernis, & quæ æui illius Deorum opus, & cura dicebatur, tantùm non funditus perijt: niſi enim parietinæ extarent, veritati hiſtoriarum non crederes, & Romam nullam fuiſſe exiſtimares. Vbi horti penſiles frequentiſſimi? Vbi etiam ædificia illa Senatorum, & ditiorum, quæ *in laxitatem ruris* (vt inquit Seneca) *excurrebant, quorum parietes aduectis transmaria marmoribus fulgebant, tecta variabantur auro, pauimentorum nitor laquearibus reſpondebat*? Vbi ſplendidæ illæ ſupellectiles ad eò luxuriantes, vt etiam coccinatorijs ollis, & inſtrumentis argenteis vterentur? perierunt inquam iſta, & tanquam fauilla in auras euanuerunt, omnia mortalium opera, mortalitate donata ſunt. Conſtat enim Gothorum, Viſigothorum, Oſtrogothorum, Hunnorum, Vandalorum, Bulgarorum, irruptionibus intra annos paulò amplius 100. Vrbem ac Rempub. Romanam ſæpiùs afflictam deletamque fuiſſe. Imperium Romanum quod æternitatem ſibi ſpondebat, vbi nunc exſtat? vbi magni illi Cæſares? fuerunt: inter peritura vixerunt? vbi aliæ item Vrbes potentiſſimæ, quæ vel ante ipſam Romam excitatæ? perierunt, fuerunt. *Epiſt 14.* *Vid. Cuiacium lib. 2. Obſeruat. cap. 6.*

Et Thebæ ſteterunt, altaq; Troia fuit. ——— *Sicut varia naſcentibus*
Contingunt pueris animæ, ſic Vrbibus affert
Hora, dieſq; ſuum, cùm primum mœnia ſurgũt,
Aut fatum, aut genium.

Prudent. Lib. poſt in Symm.

Itaque hallucinabantur Romani illi Cæſares, & alij Principes quæ æternitatem locabant in rebus minimè æternantibus. Si Auguſtinum Romani ad æternitatem viæ ductorem delegiſſent, viam ſibi multò certiorem ad ipſam æternitatis regiam comparaſſent. *Neque enim nos*, inquiebat Vir ille ſanctiſſimus. *Imperatores eos fælices dicimus, qui multos Imperij ac vitæ annos, vel victoria triumphos, vel fortunæ theſauros numerârunt; hæc ijs etiam deferuntur munera, quibus nihil iuris eſt ad regnum illud æternum.* Sed hoc obiter. Nunc ad alium luxum tranſgrediamur.

***

CAPVT XXXIII.

De Seruis, eorumq; multitudine, & diſcrimine apud Antiquos, ſigna Dominorum cuti eorum, imò & fronti imprimebantur: Quorſum tanta ſeruorum multitudo? alij enim Stigmatici, alij Litterati, alij Diſpenſatores, alij Lecticarij: cur plerique ſic dicti? De manumißionibus ſeruorum, quomodo à liberis viſ[?]e diſtinguerentur?

AD magnificentiam, & potentiam quoque Romanorum referri poteſt multitudo ſeruitiorum, quæ fidem noſtram, niſi clariſſima proborum auctorum teſtimonia aliud euincerent, ſuperaret. Conſtat enim vni Senatori Romano, aut Equiti, fuiſſe non 50. dumtaxat aut 100. familiares ſeruos, ſed 200. 300. 400. Nam eccè Tacitus Pædiano tribuit quadringentos, Plinius Cæcilio Claudio quinquies mille, & totidem Iſidoro.

Lib. 33. cap. 10. V. Athenæum lib. 6. cap. 7.

Imò pleroſque Romanorum decem, & viginti millia, atque etiam plures habuiſſe, qui ſuum Dominum tempore belli Ducem declarabant, pacis verò tempore agriculturam exercebant.

Et hoc quidem, non vt quæſtum talis ille Dominus ex tanto ſeruitiorum numero faceret, licet quidam Nicias Græcorum ditiſſimus iſtius genij fuerit, ſed pro familiari modò obſequio, ac vt Anteambulonibus ijs vteretur. Corinthiorum Ciuitatem ſic olim floruiſſe ſcribit Athenæus, vt ſex ſeruorum myriades, ac quadraginta poſſideret, & tantundem Reſpub. Æginetarum.

a lib. 6. Diphnoſ. cap. 7.

Quin ad eum vſque excreuêre numerum, vt aduerſus Dominos rebellionem nedum in Macedoniâ, ſed etiam in Siciliâ excitarint, in quâ emortui ſunt plures quàm centum ſeruorum myriades, teſte eodem Athenæo, & Diuo Auguſtino. Prægrandem hunc ſeruorum numerum, quorum nomenclator adhibendus erat, etiam Seneca notat de Demetrio Pompeiano loquens, *cui numerus quotidiè ſeruorum velut Imperatori exercitus referebatur.* Et rurſum: *Familia*, inquit, *bellicoſis nationibus maior.* Sed & Plutarchus refert Marcum Craſſum ſolos Architectos, & fabros in ſeruis habuiſſe ad quingentos.

Lib. 5. de Ciuit. Dei. cap. 26. De Tranquill. animi.

Huc referas quod ad Cannas victis Romanis octo millia ſeruorum militauerint.

Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 11.

Turcarum etiam Imperatorem, luxum hunc imitari legimus. Nam Sartores aulici 300. ſunt in Aulâ: vndè colligere eſt quantus ſit illic veſtium cultus. Fabri ferrarij etiam 300. Ianizarij noui 500. arci ſolùm purgandæ, vilibuſque miniſterijs mancipati 400. qui canes, & falcones curant, & alia complura eiuſmodi ſeruitia.

Scriptum denique legimus apud Ven. Bedam, Hermetem virum illuſtrem, Vrbiſque Præfectum ab Alexandro Papâ baptizatum cum vxore, ſorores, filijs, cũ mille ducentis ſeruis, eorumq; vxoribus, & liberis. Pudentilla vxor Apulei quadrin-

In Martyrol.

Digitized by Google

dringentos habebat teſte Apuleio. Quidam Claudius Iſidorus quatuor millia re- *Lib. 2.*
liquit, teſte Plinio, Craſſus multo etiã millia habuit inter quos 500. erant Latomi, Architecti & Fabri lignarij. Sunt denique qui exiſtiment in Vrbe plus ſeruorum, quam ingenuorum fuiſſe.

Satis dictum ſit de ſeruorum multitudine, nunc paucis de illorum generibus dicamus. Itaque alij erant *Publici*, quos Reſpub. ad varios vſus aſſeruabat, quippè qui cuſtodias tuebantur, vias publicas muniebant, cloacas purgabant, alios in ergaſtulis alebant. Vndè Scipio vno eodemque die oppugnata & expugnata Car- *Lib. 26.*
thagine (vt eſt apud Liuium) Opifices ad duo millia hominum publicos forè populi Romani edixit, cum ſpe propinqua libertatis, ſi ad miniſteria belli enixam operam nauaſſent.

Et hi rurſum diſtinguebantur, vt annotat Lipſius, vel à Prouincijs, vel à perſonis, nimirum à Prouincijs vndè adducti, vt Brutiani, Cypreſſi, à perſonis etiam quæ vicerant, aut adduxerant, dicebantur enim Clodiani, à Clodio, Gelliani à *Lib. 1. Elector.*
Gellio, alij ab alijs.

Priuati verò ſerui diſtinguebantur in Vrbanos, & Ruſticos, ſed hi deterioris conditionis etiam æuo B. Ambroſij, quod apertè liquet ex eius verbis; *Plerique di-* *V. Alciat.*
uitum amandare conſueuerunt ſua mancipia, & in agellulos relegare, atque hæc pœna breuior *in l. Vrbana ff. de*
exiſtimatur.

Cæterùm, omnes iſti certis litteris cuti inuſtis notati fuere. Nam in ſeruorum *Verb. ſig.*
corporibus ſigna cuiuſque Domini, inquit Langlæus, in hoc imprimebantur, vt *Lib 10.*
agnoſci in perpetuum poſſent; hoc elicitur ex reſponſo ICti qui reſpondit tamdiu *Semeſtr.*
fugitiuos cuſtodiri debere, quamdiu ad Præfectum Vigilum, vel ad Præſidem *cap. 2.*
Prouinciæ deducantur, vt facilius cognoſci, & percipi fugitiui poſſent. *Lib. 1. §. in publicum*

Iſtæque notæ in occultis corporis partibus imprimebantur, quod ſecus ſi ali- *ff de ſeruis*
cuius criminis rei eſſent; tum enim in fronte ad maiorem ſcilicet ignominiam, *fug.*
quod & Chriſtianis antiquis vſitatum docent Hiſtor. Eccleſ. Vndè illud Theodori Græci interpretis: *Væ tibi tyranne qui Sancti Theodori, & Theophanis ſanctas nota-* *Baſilicon.*
ſti frontes. *lib. 60.*

Aſt, apud Ethnicos nihil notius, vel Auſonio teſte, vndè de Bergamo verſus iſti: *tit. 51.*

Tam ſegnis ſcriptor, quàm lentus Bergame curſor Fugiſti, & primo captus es in ſtudio.
Ergò notas ſcripto toler aſti Bergame vultu, Et quas neglexit dextera, frons patitur.

Et tales Strigmatici à *ſtigmate* dicebantur. Iuuenalis;

——— *Quis non ſtigmate dignum Crediderit?*

Sed & *Litterati* iocosè interdum à litteris quæ fronti eorum inſcribebantur Plaut. *Si hic me litteratus ſinat.* Vndè Apul. *frontes litteratas* vocat, de quâ inuſtione plura videantur apud R. P. Cornel. à Lapide in cap. IX. Ezechielis.

Sed quæres, in quos vſus tot ſeruitia? Dixerim præter ante notata in vſum excubiarum nocturnarum, Quintilianus: *Scis pariter an vna quinquentum fores vallauerit cura ſeruorum.* Silius:

Sæpè etiam famuli turbato ad limina ſomno Expauere trucem per vaſta ſilentia vocem.

Sed, & rei ruſticæ vacabant, arando nimirum, fodiendo, ſarriendo, & quidem vincti compedibus, laxioribus quidem, ad motum, ſcilicet & ingreſſum. Aptè Florus de Sicilia: *Hic ad cultum agri, frequentia ergaſtula, cathenatique cultores materiam bello præbuerunt.* Lib. 3. cap. 19.

Nimirum propter multitudinem ſeruorum, quæ vel exercitus copioſum numerum ſuperabat, vt diximus: vndè in Dominos ſæpè inſurgebant: adeò vt natum prouerbium fuerit: *Totidem nobis eſſe hoſtes, quot ſeruos.* V. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 11. Sed tantus ille numerus in ergaſtulis erat, ac in compedibus, quas vocabant annulos. At in Vrbe non tantus: & horum munus, vt iam diximus, ad excubias deſtinatum, ſed & vt menſæ Dominorum aſſiſterent, & ſi quod murmur ab ijs interueniret nonnulli compeſcerent, atque hæc tanta ſeruorum caterua ciuium numero non habebatur, vt Plinius auctor eſt. Martialis: Senec. Epiſt. 47. Lib. 7. Epiſt. 31.

Annulus iſte tuis fuerat modò cruribus aptus,

Adde Ouidium:

Spes etiam dura ſolatur compede vinctum. Crura ſonant ferro, ſed canit inter opus.

Inſuper aduerte eos qui alendæ, curandæque familiæ vrbanæ præpoſiti erant, *Diſpenſatores* dictos, vtpotè qui impendia domus curabant, & victui præerant, eiſque parebant piſcarij, coqui, & id genus ſerui abiectiſſimi.

Præterea, erant *Lecticarij*, qui Dominos in puluino reſupinos in lectica iacentes ferebant. Seneca: *Non turba ſeruorum lecticam tuam per itinera vrbana, ac peregrina portantium.* Ser. Sulpitius: *Coactus ſum in eadem lectica qua ipſe delatus eram, meiſque lecticarijs in Vrbem eum referre.*

Sed & erant abiectiſſima, & ſordidiſſima miniſteria, quibus deſtinata iſta viliora mancipia, teſte eodem Seneca, qui æui ſui luxum ſic taxat: *Cùm ad cœnandum diſcubuimus, alius detergit ſputa, alius reliquias temulentorum ſubditus colligit, alius pretioſas aues ſcindit: pectus, & clunes, certis ductibus circumferens eruditam manum, in fruſtra excutit, alius vini miniſter in muliebrem modum ornatus cum ætate luctatur: Non poteſt effugere pueritiam, ſed retrahitur, iamque militari habitu glaber retritis pilis, aut euulſis tota nocte peruigilat, quam inter ebrietatem Domini ac libidinem diuidit, & in cubiculo vir, & in conuiuio puer eſt.* Epiſt. 47.

Erant etiam ſerui ad pedes, de quibus idem Seneca: *Seruus qui ad pedes ſteterat, narrat quæ inter cœnam ebrius dixiſſet.* Facetè ſuo more Martialis: Lib. 3. de Benef. cap. 27.

Omnia cùm retrò pueris obſonia tradas, Cur non menſa tibi ponitur à pedibus?

Hactenus de ſeruis, iam obiter de manumittendis.

Manumittendus circumagebatur, & manu capiti impoſitâ in orbem vertebatur. Perſius: Satyr. 5.

Verterit hunc Dominus, momento turbinis exit. Marcus Dama.

Vbi Cornutus addit, alapâ percuti ſolere. *Quoties*, inquit, *manumittebant, eos alapâ percuſſos circumagebant, & liberos confirmabant.* D. Ambroſius, *Libertas*, inquit, *quam* 2. Epiſt.

quam manumiſſus accipit, & palma lictoru donatus acquirit. Quin, & annulo donabantur Tertull. *Ille & veſtu alba nitore, & auren annuli honore, & patroni nomine, ac tribu, menſaque honoratur.* *De Reſurr.*

Interdum ſerui cum Domino paciſcebantur libertatem, definito certo pretio, vti ex reſponſo Hermogeniani videre eſt, dabaturque ſeruis in Dominos actio, ſi pactis conuentis non ſtarent. Aduerte tamen, quod Iudæus, qui ſe alteri Iudæo in ſeruum vendidiſſet, poterat anno ſeptimo, qui erat libertatis, & ſabbaticus, ſeruitute & domo heri ſui liber egredi, ſed ſi hoc anno non egrederetur, in Iubileo, egrediebatur nec vltrà illud in ſeruitute detineri poterat; ſuper quo videatur Cornel. à Lapide Comment. in Leuitic. cap. 25. verſ. 40. *In l. 53. ff. de Iudic.*

Denique, ſerui à liberis diſtinguebantur, primùm quod illi raſo capite, & penulati, iſti togati, Seneca: *Iudicata eſt aliquando ſententia, vt ſeruos a liberis cultus diſtingueret.* Ius enim ferendæ togæ ciuibus ſolùm Romanis competebat, idque ex iſtâ lege Romuli: *Quiſque demiſſam ad talos vſque togam in Vrbe habeto.* Inde Romani dicti *gens togata*, vt palliati Græci, eamque togam tùm alibi, tùm in Vrbe geſtabant, quod indè colligimus, quod cùm Mithridates iuſſiſſet in Aſiâ omnes Romanos occidi, cognoſcebantur illi ex togâ, vt multis fuerit neceſſaria veſtis mutatio, quò mortem effugerent, teſte Cicerone, tempore tamen belli, miſsâ togâ, ſagis vtebantur, vt Macrobius auctor eſt. *De Clemen. c. 24.* *1. Saturnal.*

Verùm, quod alibi diximus ſeruos tunicatos, aduerte ſeruos Imperatorum colore fuiſſe diſtinctos ab alijs, vt illi albo, iſti pullo colore vterentur, erantque viliores cucullati.

Martialis:

Pullo Mæuius alget in cucullo.

Illi quoque plerumque Citharœdi, taleſque auratis tunicis fulgebant, vt patet ex Seneca, *auro culta mancipia.* *De Tranq. animi. cap. 1.*

Huc Iuuenalis:

Sit licet eximius citharœdus, ſitvè Seleucus, Et quibus aurata mos eſt fulgere lacerna.

CAPVT XXXIV.

De natura, & ſagacitate ceruorum: qui longiſſima vita.

A Seruis, venio ad ceruos, quorum miram ſolertiam breuiter oſtendam, quippè quâ propiùs humanis accedunt ſenſibus: Nam ecce; vrgente vi canum (inquit Plinius) vltrò confugiunt ad hominem, nimirum ad Præſidiũ: maria tranant gregatim, nantes porrecto ordine, & capita imponentes præcedentiũ clunibus, vicibuſq; ſuis ad terga illorũ viciſſim redeũtes, quod & S. Auguſt. adſtruit eleganter. Sed & illud notatũ, quod ſerpentibus ſint infenſiſſimi, atque cum eis bellũ gerãt, teſte eodem Plinio, qui addit, ſerpentũ cauernas veſtigare, nariumq; ſpiritu extra- *Lib. 8. c. 32.* *Serm. 21. de Verb. Ap. ſi & in Pſ. 41.* *d. cap. 33.*

Digitized by Google

extrahere renitentes: *Ideò*, inquit, *abigendis ſerpentibus, odor aduſti ceruini cornu ſingulare remedium*: quin & illas latibulis extractas mandere ſcribit idem Plinius.

Theoph. Hiſt. plant. lib. c. 1. Ma. inol. lib. 2. c. 32.

Lubet, & aliud vafrامentum ſubtexere, quod illis à natura inditum. quotannis ſtato vetis tempore, cornua ponunt, & dextrum cornu (quod medicamento aliquo præditum eſt) abijciunt in ima & ardua loca, quo inueniri non poſſit: defodi nonnulli putant, nè nimirum ob id prædæ magis ſint obnoxij. Latent interim cornubus amiſſis, velut inermes. Vide Plinium, & Eraſmum Prouerbio, *Vbi cerui cornua*.

Lib. 8. Hiſt. Nat. De Re ruſtic. lib. 2. c. 3. d. cap. 32. Lib. 4. Ant. Lect. c. 17.

Inſuper, adeò nociuis abſtinent pabulis, vt febrium morbos non ſentiant, vt nec ij qui diebus matutinis carnem eorum deguſtant, vti memoriæ prodidit idem Plinius. Capris contrarium animal (de quibus mox) quas nemo ſanas emet: quia ſemper febricitant teſte Varrone. Ceruis denique longiſſimam ætatem attribuunt, quippe, *quod poſt centum annos* (Verba Plinij) *cum torquibus aureis, quos Alexander Magnus addiderat, adopertis iam cute in magna obeſitate, aliqui capti fuerint; longæuitatis cauſam nonnulli afferunt ex fellis vacuitate*: Vndè, quia fellis expers eſt Delphinus, longæuus eſt, vt auctor eſt Cælius Rhodiginus.

CAPVT XXXV.

De ſolertiâ Caprarum, atque naturâ. Illa ceu ſpecies Idoli Gentilibus colebantur.

Lib. 8. Nat. Hiſt. cap. 50.

SEd lubet vlterius animantium ſolertiam animi cauſa intueri, Video capras vix alijs cedere, quippè quæ prunas in aſtutiâ gerant. Plinius de illis narrat, Muciano viſas eſſe duas in ponte prætenui ſibi occurriſſe, cùm ergò circumactum anguſtiæ non caperent, nec reciprocationem longitudo in exilitate cæcâ, torrente rapido minaciter ſubterfluente, alteram decubuiſſe, atque ità alteram proculcatæ ſupergreſſam. Illud autem notatu, & admiratu dignum, illas naribus non ſpirare, vt cætera animalia, ſed auribus ſpiritum ducere, vt M. Varro auctor eſt. Quanquam Oppianum Poëtam Græcum ſcripſiſſe non tam auribus, quàm fiſtulâ, quæ à palato ad interſtitium ipſorum cornuum pertinet, ſpiritum ducere, vti refert Ioſephus Scaliger in illum Varronis locum: noctu quoque vt interdiu cernere adſtruit Plinius.

Lib. 2. de Re ruſt. c. 3. d cap. 50.

Lib. 9. Dipnoſ.

Denique, mirum videri debet quod cùm capræ nunquam ſint ſanæ (quippè ſemper febricitant, imò ipſarum ſaliua & morſus arboribus exitialis ſit) caro tamen illarum boni ſit ſucci, & maximè nutriat. Vndè Clitomachus ſcribit apud Athenæum, quendam Athletam Thebanum omnes ſuæ ætatis viros ſuperaſſe, quod caprinis carnibus vſus eſſet. Vndè opinor factum, vt in feſtis, maximè Bacchi, capram immolarent, teſte Parœmigrapho. Itali certè (vt hoc addam) tanti lac caprinum faciunt, vt verè ipſo greges caprarum per Vrbem ambulare faciant, mul-

mulgeantq; caprarij in areis ædium, quod ipſe non ſine riſu & guſtu vidi. Liceat vti hoc diuerticulo, Gentiles ſuos Faunos, & Satyros ſpecie capræ, & hirci coluiſſe. Hinc Iouem capræ lacte nutritum tradiderunt Poetæ. Cauſam dat Plinius: *Maximè*, inquit, *alit quodcumque humanum* (lac) *mox caprinum*; *undè fortaßis fabulæ*, *Iouem ità nutritum dixêre.* Alias cauſas ſuggerit eruditiſſ. P. Cornel. à Lapide Soc. IESV Theologus eximius, quas omitto breuitatis cauſa; ad alias animalium ſolertias lubet tranſgredi. *Lib. 28. cap. 9.* *In cap. 6. Ezechiel.*

CAPVT XXXVI.

De mira Solertia Elephantum. Commendantur ab intellectu ſermonis Patrij, ab obedientiâ, gratitudine, æquitate, memoriâ, acumine ingenij, aptique ad omnes artes, & belli; reperti Elephantes Funambuli, & periti ſcripturæ, &c.

COmmemoratione etiam digna ſunt, quæ de naturâ ſolerti Elephantum leguntur; quæ ſanè fidem ſuperarent, niſi viſus iudicio comperta haberemus. Adeò enim eſt acutis ſenſibus, vt ſuppares humanis videantur. Vidimus vnum prægrandi corpore, capite immenſo, perpetuò illud ventilantem auribus patulis, in quêis inter alia admiranda inſidebant viri duo, iuſſus priùs à ſuo ductore ſubſidêre, ac potiùs ſe ſubſternere, verbis ſermocinantium interim conniuêre, & ad interrogata reſpondêre pumilionis manu, promuſcide ſua ſaccarum, panemvè excipere, & in os patulum mox ingerere: Porrò raras iſtius animalis dotes, Plinium deſcribentem lepidum eſt audire, Iuſti Lipſij ſtylo elucidatum. Verba Plinij: *Animalium maximum Elephas, proximumque humanis ſenſibus, quippè intellectus illis ſermonis patrij, & imperiorum obedientia, officiorumque, quæ memoria didicere, amoris, & gloriæ voluptas, imò verò quæ in homine rara, probitas, prudentia, æquitas, religio quoque ſiderum, ſoliſque veneratio.* Hæc Plinius ſanè effusè; tamen verè, ad cuius accuratam laudationem, videor non ineptè diducere poſſe, & adducere lecta mihi teſtimonia, aut exempla. Tribuit primò *Intellectum ſermonis patrij.* *Cent. 1. Epiſt. 50. Lib. 8. c. 1.*

Quod mireris, Nam cùm duo velut limites ſint, quibus hominem à bruto diſpatamus, ſermo, & ratio; prior iſte, vide quam vacillet, ſermonem patrium, ait, ab ijs intelligi: id iuterpretor, Indorum, Æthiopum, Afrorum, & vbicumque nati. Præter Plinium Ælianus: *Capiunt & humanum ſermonem Elephantes, ſed indigenum.* *Lib. 4. c. 24. Lib. 48.*

Adde Dionem: *Etiam hoc aiunt patriam vocem audire, atque intelligere.* Nec alia res certior, Inſtitutionem eorum vides? linguâ fit, Domituram? lingua incitationem, reuocationem? lingua. denique vt clauus nauim: ſic animal hoc impellit, dirigitque quò libitum humanus ſermo. De Inſtitutione Ælianum audi: *Docentur*, inquit, *atque inſtituuntur ad varia ſermone vernaculo, cuius miro quodam, & ineffabili modo, ac velut peculiari natura ſunt capaces.* *Lib. 13. c. 22.*

Sparſa, & populo Miſſilia omniũ rerum per omnes dies, ſingula quotidie millia auium cuiuſque generis, multiplex genus, teſſera frumentaria, veſtis, aurum, argentũ, gemma, margarita, tabulæ pictæ, mancipia, iumenta, atque etiam manſuetæ feræ, nouiſſimè naues, agri, quæ poſtrema ſignanda: nam præter aurum, argentum, gemmas, margaritas, tabulas pictas, mancipia, Inſulas, id eſt, certas regiones Vrbis, & habitabiles domos, totoſque agros dedit.

Nec ab his in hac re, & in hoc Cæſare diſſentit Dio Caſſius: *Omnia*, inquit, *delicatiſſima quæ homines comedunt, omnia pretioſiſſima, equos, mancipia aurum, argentum, variam veſtem, hæc dabat per ſymbola quadam, & teſſeras, globulos enim paruos inſcriptos vt quæque eorum erant, hos iaciebat in populum, & re ipſa, mox dabatur quod quiſque eorum in teſſera haberet.*

Idemque Dio Caſſius de Tito Veſpaſiano ſcribit præbuiſſe ſpectantibus varia nedum ad voluptatem, ſed etiam ad vtilitatem. *Nam globulos ligneos*, inquit, *quoſdam de loco ſuperiore in theatrum ieciſſe, qui ſymbolum haberent, hic alicuius eſculenti, ille veſtis, alius argentei vaſis, alius aurei, equorum, iumentorum, mancipiorum, quæ oportebat eos qui rapuiſſent ferre ad Curatores ludorum, & ab ijs accipere quamque rem inſcriptam.*

Neque putabit paruo hæc conſtitiſſe qui legit Hadrianum in adoptione Commodi, adeo multa in populum per hos ludos, & in militem profudiſſe, vt dixerit perdidiſſe ſe quater millies H.S. quod populo, & militibus dederat, id eſt, noſtra moneta, decem milliones: Nec tollat quis ſupercilium, ni lucem veritati, id eſt hiſtoriæ tollere velit.

Idem ille inquinatiſſimæ licet, & probroſæ vitæ Nero gregario militi, teſte Dione in donatiuum numerari iuſſit centies H.S. quæ ſunt 250000. Philippicum.

Agrippina mater hunc tantum pecuniæ numerum in menſa expandi iuſſit, vt vel ſic tacitè filij effuſſionem reprehenderet & coërceret. Notauit Nero ſe moneri, & alterum tantum addi præcipiens: *Neſciebam* inquit, *me tam parum dediſſe*. Iulius verò Cæſar, *nullum largitionis* (verba Suetonij) *aut officiorum genus in quemquam publicè, priuatimque omiſit. Militibus ſingula interdum mancipia, vel prædia viritim dedit.*

Redeo rurſum ad Neronem. Is Regi Teridati, vt hoſpiti, nouem menſibus Romæ argenti in ſingulos dies conſtituit viginti millia Philippicûm, ſunt quinque milliones, & quadraginta millia coronatorum in totos illos nouem menſes conſtituta. Abeunti dedit viaticum millies H.S. ſeu duos milliones, & medium.

Nec tantum militibus hæc donatiua, ſed & hiſtrionibus & ſcænicis, niſi quod illa plerumque in coronis aureis conſiſtebant, teſtor Plinium, *Craſſus diues primus argen-*
Lib. 21. c. 3. *to, auroque folia imitatus ludis ſuis coronas dedit.* Nota coronas iſtas fuiſſe compactas ex folijs ſeu laminis auri, vel argenti, imitantibus folia lauri, vel oleaſtri. Idem Plinius:
Lib. 24. c. 8. *Coronarium tenuatur in laminas, taurorumq; felle tinctum, ſpeciem auri in coronis hiſtrionum præbet.*

Cap. 19. De Veſpaſiano Suetonius: *Apollinari tragœdo quadraginta Seſtertia* id eſt decẽ millia Philippicorũ: *Tarpeio, Diodoroque Citharædis* 200. *Seſtertia*, id eſt, 2500. Philipp. dedit.

Quæ

Quæres, vndè iſtæ opes? ex rapinis, Lector, & ſacrilegijs. De Iulio Cæſare apertè Suetonius: *In Gallia, fana, templaque Deûm donis referta expilauit, Vrbes diruit, ſæpius ob prædam, quam ob delictum.*

Quin & vſus ille ad Conſules profluxit. Nam poſteriori Iuſtiniani æuo, priſcum Cæſarem luxum imitati, ſepties in anno miſſilia ſumptuoſa in vulgus iactabant, quem luxum poſteà coërcuit Iuſtinianus, Nouel. Conſtitut. 105. qui inter alia ſanciuit ne Conſules aurum populo ſpargant, ſed argentum tantùm, idque in minutioribus nummis.

Iam ad opera publica: fatigarem calamum, & Lectorem, ſi quæ ex hiſtoricis priſcis occurrunt recenſerem. Notabiliora tantum ex illis producam, vel ex ipſa Româ, de qua olim Poëta: *Ouid. Faſt. 2.*

Gentibus eſt alijs tellus data limite certo, Romanæ ſpatium eſt Vrbis, & Orbis idem:
Omnia Romanæ cedant miracula terræ Natura hic poſuit, quicquid vbique fuit.

Romam dico, celebre illud Vrbium caput quæ habuit in circuitu *Milliaria viginti duo, præter Transtyberim & Leoninam Ciuitatem, cum quibus dicitur habere quadraginta duo milliaria.* Ita Chronicon Martini Poloni: cuius veritatem adſtruit I. Lipſius authoritate Plinij Vopiſci, & aliorũ. Hic in Aureliano Principe ſic ſcribit: *Muros Vrbis Romæ ſic ampliauit, vt quinquaginta propè millia murorum eius ambitus teneãt.* Neque mirum, ſi conſideremus tot templa, porticus, baſilicas, theatra, circos, fora, balnea, thermas, tantæ hominum multitudini capaces. Nam vt Ariſtides inquit, *Omnes gentes quaſi vicatim diuiſæ, ad hanc ſuam arcem conuenêre: quæ nunquã vlli ſe negat, ſed vt terra ſolum fert omnes, ſic hæc omnes, capit.* *3. de Magn. Rom. c. 2.*

Quid quæris? Vrbs illa, omnium Vrbium dici poteſt: *Quia in ea videre eſt*, verba Athenæi, *Vrbes omnes*, vt ſic dicam, *collocatas. Deficiat non vnus dies, ſed quotquot habet annus, ſi quis annumerare conetur omnes Vrbes in cæleſti iſtâ Vrbe poſitas, idque ob nimiam copiam: nam & tota nationes illic ſimul, & confertim habitant, vt Cappadocum, Scytharum, Ponticorum, & aliarum complures.*

Conſonãt iſta Senecæ; *Aſpice*, inquit, *frequentiam, cui vix Vrbis immenſa tecta ſufficiunt: maxima pars illius turbæ, patria caret, ex municipijs, ex colonijs ſuis, ex toto denique Orbe terrarum confluxerunt*, & poſt paullò: *Nullum non hominum genus concurrit in Vrbem, & virtutibus, & vitijs magna præmia ponentem. Iube hos omnes ad nomen citari, & vnde domo quiſque ſit, quære; videbis maiorem partem eſſe quæ relictis ſedibus venerit in maximam quidem ac pulcherrimam Vrbem, non tamen ſuam.* *Ad Heluid.*

Ad magnitudinem denique referantur illa Plinij: *Ad Vrbis noſtræ miracula tranſire conuenit, & ſic quoque terrarum Orbem victum* (notetur) *oſtendere, quod accidiſſe toties penè, quod referentur miracula, apparebit. Vniuerſitate verò aceruata, & in quendam vnum tumulũ collecta, non alia magnitudo exſurget, quam ſi mundus alius quidam in vno loco narretur.* *Lib. 36.*

Ad pulchritudinem, iſta ex Ammiano, qui Conſtantij Imperatoris ingreſſum in Vrbem Romam, deſcribens, ipſam intuentem & mirantem præcipua operum facit, atq; ait: *Proindè Romã ingreſſus, Imperij virtutũq; omnium larem, cum veniſſet ad Roſtra perſe-*

perfectiſſimum priſca potentia FORVM, *obſtupuit: perque omne latus, quo ſe oculi contuliſſent, miraculorum denſitate perſtrictus, allocutus nobilitatem in Curiâ, populumque pro Tribunali, in Palatium receptus, fauore multiplici, lætitia fruebatur optatâ. Deindè, intra ſeptem montium culmina per accliuitates, planitiemque poſita Vrbis membra colluſtrans, & ſuburbana, quicquid erat primum, id eminêre inter alia cuncta ſperabat:* IOVIS TARPEII, *delubra quantum terrena diuinis præcellunt,* LAVACRA *in modum Prouinciarum exſtructa; Amphiteatri molem ſolidatam, lapidis Tyburtini compage,* PANTEON *velut Regionem teretem ſpacioſâ celſitudine fornicatam, elatoſque vertice ſcanſili ſuggeſtus, Conſulum, & priorum Principum imitamenta portantes, & Vrbis templum, forumque pacis, & Pompeij theatrum, aliaque inter hæc decora vrbis æternæ.* Qui hæc non miretur haud ſcio, quid in humanis mirari debeat.

Quærenti ergò quid de Vrbe ſentiret idem Conſtantius, reſpondit maiorem omnium opinione cum admiratione coniunctam percœpiſſe voluptatem: nonnihil tamen ex eo adſperſum moleſtiæ quod ibi etiam homines mori didiciſſet. Nempe par videbatur homini, qui tali obſtupuiſſet ſpectaculo, vt qui Vrbem illam, quæ illius eſſet cœli imitatrix, illos ab omni mortalium abſtractos conditione, immortalitas quædam ſequeretur. Verum qui magnificentiam copioſius Romanæ Vrbis diſcere volet, conſulat Fran. Bencium Orat. 1. & I. Lipſ. lib. 3. de Magnit. Rom. c. 2. qui prædictam Ammiani deſcriptionem curioſè, & partitè diducit explicatque, è quo notes vt ad opera redeamus, duplicis generis illa fuiſſe, *Temporaria*, ſcilicet, & *Diuturna*. Illa, quæ ſubito, & in breue tempus aliquod excitabãtur è terra, aut ligno plerumque; iſta quæ in longum & manſura, è latere, lapide, & materiæ firmiore. *Tẽporaria* iterum duplicia, in Militiâ, & extra eam, atque vtraque mereri iuſtam admirationem. Nam ſi malitiam videas, qui foſſas, vallos, aggeres, & talia terrea, iterumque materialia, Turres, Teſtudines, Muſculos, Vineas, legit, tam multa, tam crebra & aut induſtriam, aut vires hæc patrantium non æſtimat, aut admiratur. Quale enim fuit, & quàm admirabile ſpectaculum, omnis ille Cæſaris arenæ apparatus argenteus, Neronis theatrum opertum auro, ſcena triplex, Æmilij Scauri, cuius ima pars è marmore, media è vitro, ſumma erat ex auro, quam ſuſtinebant columnæ 360. inter quas diſpoſita ſignorum ex ære tria millia numerabantur.

Sed iuuat audire Plinium graphice iſta deſcribentem: *M. Æmilius Scaurus*, inquit, *fecit in Ædilitate ſua opus omnium maximum, quæ vnquam fuêre humana manufacta, non temporaria mora, verumetiam æternitatis deſtinatione. Theatrum hoc fuit, Scena ei triplex in altitudine* CCCLX. *columnarum. Ima pars Scenæ è marmore fuit, media è vitro, inaudito posteà etiam genere luxuriæ: Summa tabulis inauratis columnæ, vt diximus, ima duodequadragenum pedum, Signa ærea inter columnas, vt indicauimus. fuerunt tria millia numero. Cauea ipſa cepit hominum* LXXX. *millia, cum Pompeiani theatri toties multiplicata Vrbe, tantoq; maiore populo ſufficiat largè* XL. *millibus. Sed & reliquis apparatus tantus, At talica veſte, tabulis pictis, cæteroque choragio fuit, vt in Tuſculanam, villam reportatis, quæ ſuperfuerant quotidiani vſus delicijs, incenſa villa ab iratis ſeruis con. remaretur ad H.S. millies*, id eſt, vicies quinquies centena millia pattaconum.

Fugi

Fugitiuis iſtis operibus non inhæreamus: Diuturna ſpectemus, ſed ſtrictim, & quæ paucis in æternitate ſuâ complexus eſt P. Drexelius Soc. IESV, â ſingulari pietate, & doctrinâ ſanè quàm commendatus. Is igitur inter opera illa publica Vrbis Romæ refert templa, Baſilicas, Fora, Porticus, Aquæductus, Vias, Theatra, Circos, Cloacas, Lacus, Balnea, Thermas, Templa Romæ fuerunt quadringenta viginti quatuor, pleraque magnifica. Domitianus in ſolam Capitolij inaurationem, ipſos ſeptem milliones impendiſſe comperitur.

In amphitheatri ſaxeis gradibus commodè ſedêre poterant ſpectatorũ 87000. in ſuperiore parte per ambitum ſtare 12000. vniuerſim 99000. præter plurima alia, duodecim publica fuerunt balnea ab Imperatoribus ſtructa, in quibus gratis lauabatur. In thermis Antonini fuerunt è polito lapide, 1600. ſellæ, & commodè tot homines ſimul lauare poterant. In balneo Hetruſci, ait Plinius, omnia fuiſſe argentea, canales, labra, ſolum ipſum.

Sed de ſplendore eorum audiamus Senecam: *Pauper ſibi videtur, ac ſordidus, niſi parietes magnis ac pretioſis orbibus refulſerint, niſi Alexandrina marmora Numidicis cruſtis diſtincta ſint; niſi illis vndique, & in picturæ modum variata, circumlitio prætexatur, niſi vitro condatur Camera, niſi Parius & Thaſius lapis, quondam rarum in aliquo templo ſpectaculum, piſcinas noſtras circumdederit. niſi aquam argentea epitonia fuderint, & adhuc plebeias fiſtulas loquor. Quid cùm ad balnea libertinorum peruenero! quantum ſtatuarum, quantum columnarum eſt nihil ſuſtinentium, ſed in ornamentum poſitarum, & impenſæ cauſa? quantum aquarum per gradus cum fragore labentium? eò deliciarum venimus, vt niſi gemmas calcare nolimus.* Epiſt. 86.

Inſuper, Romæ tot ferè ſtatuæ fuerunt, quot homines, præter infinitas æreas, marmoreas, eburneas, etiam argenteæ & aureæ. Domitianus in Capitolio auream habuit centum librarum, Claudius in Roſtris etiam argenteam habuit, hinc Præfectus certus, Comes Romanus dicebatur, & multus ei miles, vt tantùm ſtatuarum populum cuſtodiret.

Ad ſtudium iſtud poſteà repreſſum fuiſſe Dio teſtatur: *Vrbs*, inquit, *ſtatuis implebatur: quia licebat cuique paſſim in tabulâ, ære, marmore ſe publicare, quod Claudius Imp. vetuit, & pleraſque iam poſitas, loco mouit, & aliò tranſtulit; edixitque ne quis in poſterum priuatus poneret, niſi Senatus permiſſu; excepto ſi quod opus publicum faceret, reficeretve.* Lib. vlt.

Viæ Appiæ vir expeditus, quinque diebus habuit quod percurreret, ab Vrbe Capuam vſque. Protendebatur teſte Procopio hæc via tam lata, vt duo currus obuij liberè commearent, tam firma, vt laxi nihil, aut ſoluti appareret, perindè ac ſi ſaxum eſſet vnicum, atque plures tales fuerunt viæ, teſte I. Lipſio. Lib. 1. Bell. Gothici.

Quid in aquæductibus? Appius Claudius Cenſor impendit in aquæductum ſeptem milliones auri & medium, ſexcenti homines alebantur tuendis tantùm aquis. Ab eo eſt aqua Appia per milliaria (vt refert Lipſius) circiter vndecim deducta, Hoc initium: ſed Deus bone, quæ mox incrementa? Nam egebat ſanè ille

Digitized by Google

populus aquis, non ſolum ad potum, ſed ad balnea, ad Fullonicas, ad Naumachias, & Circos. Atque ità vberrim, inducta fuit, vt quiſque domi, aut in vicino haberet copiam: ſcribitque Strabo, *Flumina per Vrbem, & Cloacas videri fluere, atque vnamquamque domum propemodum habere fiſtulas, & canales quibus aquam inducat.*

De eadem re Plinius: *Si quis diligentiùs æſtimauerit aquarum abundantiam in publico, balneis, piſcinis, domibus euripis hortis, ſuburbanis villis, ſpatioque aduenientium exſtructos arcus, montes perfoſſos, conualles æquatas fatebitur, Nihil magis mirandum fuiſſe in toto Orbe terrarum.* Copiam habes, molem in adducendo habes, miraculum ſuper omnia mira Orbis, Plinio quidem iudice habes.

Quid Caſſiodorus de iſtis? formas ipſe appellat hos ductus, quod & Iuriſconſulti, atque inferior ætas fecit. De ijs igitur: *In formis Romanis vtrumque præcipuum eſt, vt & fabrica ſit mirabilis, & aquarum ſalubritas ſingularis: Quot enim illic flumina quaſi conſtructis montibus perducuntur? naturales credas alueos, ſoliditates ſaxorum? quando tantus impetus fluminis tot ſæculis potuit ſuſtineri?* Credamus hoc ergò iam Frontino, paucis fidiſque verbis effanti, *Magnitudinis Romani Imperij id præcipuum eſſe indicium.* Benè, & verè, quia non Romæ tantum, ſed in Colonijs pleriſque & maioribus Oppidis hæc fuêre.

Ad Aquæductus pertinent lacus, de quibus Plinius his mirificis verbis: *Agrippa in Ædilitate ſuâ, adiecta virgine aqua, cæteris corriuatis, atque emendatis, Lacus 700. fecit, præterea ſalientes 105. Caſtella 130. complura etiam cultu magnifica, operibus ijs ſigna 300. ærea, aut marmorea impoſuit, columnas ex marmore 400. eaque omnia annuo ſpatio.* Atque harum aquarum Curatores inſtituit Auguſtus, cum lictoribus, ſeruis, ſcribis, librarijs, accenſis, præconibus, varios opifices perpetuos vt minimum ſexcentos.

Cloacas denique Roma habebat, ſiue ſubterraneos fornices cum profluentibus aquis ad euehendas totius Ciuitatis ſordes, quæ quidem cloacæ tam amplæ, & multæ, vt inter Vrbis admiranda meritò referri poſſint. De his igitur Caſſiodorus: *Splendida Romanæ Ciuitatis Cloacæ tantùm viſentibus conferunt ſtuporem, vt aliarum Ciuitatum miracula poſſint ſuperare. Videas illic fluuios quaſi montibus concauis clauſos per ingentia ſtagna decurrere. Videas ſtructis nauibus per aquas rapidas non minimâ ſollicitudine nauigari, nè præcipitato torrenti, marina poſſint naufragia ſuſtinêre. Hinc ô Roma, ſingularis quanta in te ſit poteſt colligi magnitudo. Quæ enim Vrbium audeat tuis culminibus contendere, quando nec ima tua poſſunt ſimilitudinem reperire.*

Atque iſtis Cloacis perpurgandis & detergendis Cenſores deſignati, vt ex Liuio & Dionyſio notat Lipſius, quos in earum inſtaurationem aliquando inſumpſiſſe mille talenta adſtruit, id eſt, ſexcenta Philippeorum millia. Si tantum in reparationem, quanti ipſa paratio?

Quid de luxu fœminarum? finis non eſſet, ſi illum ſuis coloribus depingerem, ſolum illud dicam, *ſi muliebris inſania viros ità ſubiecerat* (Senecæ verbis vtor) *vt bina*

aut

aut terna patrimonia auribus ſingulis ſuſpenderent, quantùm putes fuiſſe luxuriæ alijs in rebus? nempè picturis, triclinijs, abacis, gemmis, ſmaragdis, margaritis, toto capite, & crinibus, auribuſque, collo, manibus, digitiſque diſpoſitis? legatur Seneca, Plinius, Iuuenalis, Tertull. Hieron. alijque. Mittamus ſequiorem ſexum. *Lib. 7. de Benef.*

Audiuit Lector miranda, quorum pleraque ſty[illegible] Lipſij concinnata, ſed vbi ſunt iſta? vbi inquam publicæ illæ ſtructuræ, quæ Æternitati excitatæ videbantur? modò perierunt, & iacent, quo non nata iacent. Vrbem illam Romam qui conſpicis, non vmbram veteris cernis, & quæ æui illius Deorum opus, & cura dicebatur, tantùm non funditus perijt: niſi enim parietinæ extarent, veritati hiſtoriarum non crederes, & Romam nullam fuiſſe exiſtimares. Vbi horti penſiles frequentiſſimi? Vbi etiam ædificia illa Senatorum, & ditiorum, quæ *in laxitatem ruris* (vt inquit Seneca) *excurrebant, quorum parietes aduectis transmaria marmoribus fulgebant, tecta variabantur auro, pauimentorum nitor laquearibus reſpondebat?* Vbi ſplendidæ illæ ſupellectiles ad[illegible]ò luxuriantes, vt etiam coccinatorijs ollis, & inſtrumentis argenteis vterentur? perierunt inquam iſta, & tanquam fauilla in auras euanuerunt, omnia mortalium opera, mortalitate donata ſunt. Conſtat enim Gothorum, Viſigothorum, Oſtrogothorum, Hunnorum, Vandalorum, Bulgarorum, irruptionibus intra annos paulò amplius 1[illegible]0. Vrbem ac Rempub. Romanam ſæpiùs afflictam deletamque fuiſſe. Imperium Romanum quod æternitatem ſibi ſpondebat, vbi nunc exſtat? vbi magni illi Cæſares? fuerunt: inter peritura vixerunt? vbi aliæ item Vrbes potentiſſimæ, quæ vel ante ipſam Romam excitatæ? perierunt, fuerunt. *Epiſt 14.* *Vid. Cuiacium lib. 2. Obſeruat. cap. 6.*

Et Thebæ ſteterunt, altaq; Troia fuit. —— —— *Sicut varia naſcentibus*
Contingunt pueris anima, ſic Vrbibus affert
Hora, dieſq; ſuum, cùm primum mœnia ſurgũt,
Aut fatum, aut genium.

Prudent. lib. poſt. in Symm.

Itaque hallucinabantur Romani illi Cæſares, & alij Principes quæ æternitatem locabant in rebus minimè æternantibus. Si Auguſtinum Romani ad æternitatem viæ ductorem delegiſſent, viam ſibi multò certiorem ad ipſam æternitatis regiam comparaſſent. *Neque enim nos*, inquiebat Vir ille ſanctiſſimus. *Imperatores eos fælices dicimus, qui multos Imperij ac vitæ annos, vel victoria triumphos, vel fortunæ theſauros numerârunt; hæc ijs etiam deferuntur munera, quibus nihil iuris eſt ad regnum illud æternum.* Sed hoc obiter. Nunc ad alium luxum transgrediamur.

***

CAPVT XXXIII.

De Seruis, eorumq; multitudine & diſcrimine apud Antiquos, ſigna Dominorum cuti eorum imò & fronti imprimebantur: Quorſum tanta ſeruorum multitudo? alij enim Stigmatici, alij Litterati, alij Diſpenſatores, alij Lecticarij: cur plerique ſic dicti? De manumiſſionibus ſeruorum, quomodo à liberis veſte diſtinguerentur?

AD magnificentiam, & potentiam quoque Romanorum referri poteſt multitudo ſeruitiorum, quæ fidem noſtram, niſi clariſſima proborum auctorum teſtimonia aliud euincerent, ſuperaret. Conſtat enim vni Senatori Romano, aut Equiti, fuiſſe non 50. dumtaxat aut 100. familiares ſeruos, ſed 200. 300. 400. Nam eccè Tacitus Pædiano tribuit quadringentos, Plinius Cæcilio Claudio quinquies mille, & totidem Iſidoro.

Lib. 33. cap. 10. V. Athenæum lib. 6. cap. 7.

Imò pleroſque Romanorum decem, & viginti millia, atque etiam plures habuiſſe, qui ſuum Dominum tempore belli Ducem declarabant, pacis verò tempore agriculturam exercebant.

Et hoc quidem, non vt quæſtum talis ille Dominus ex tanto ſeruitiorum numero faceret, licet quidam Nicias Græcorum ditiſſimus iſtius genij fuerit, ſed pro familiari modò obſequio, ac vt Anteambulonibus ijs vteretur. Corinthiorum Ciuitatem ſic olim floruiſſe ſcribit Athenæus, vt ſex ſeruorum myriades, ac quadraginta poſſideret, & tantundem Reſpub. Æginetarum.

d lib. 6. Diphnoſ. cap. 7.

Quin ad eum vſque excreuêre numerum, vt aduerſus Dominos rebellionem nedum in Macedoniâ, ſed etiam in Siciliâ excitarint, in quâ emortui ſunt plures quàm centum ſeruorum myriades, teſte eodem Athenæo, & Diuo Auguſtino. Prægrandem hunc ſeruorum numerum, quorum nomenclator adhibendus erat, etiam Seneca notat de Demetrio Pompeiano loquens, *cui numerus quotidiè ſeruorum velut Imperatori exercitus referebatur.* Et rurſum: *Familia*, inquit, *bellicoſis nationibus maior.* Sed & Plutarchus refert Marcum Craſſum ſolos Architectos, & fabros in ſeruis habuiſſe ad quingentos.

Lib. 5. de Ciuit. Dei. cap. 26. De Tranquill. animi.

Huc referas quod ad Cannas victis Romanis octo millia ſeruorum militauerint.

Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 11.

Turcarum etiam Imperatorem, luxum hunc imitari legimus. Nam Sartores aulici 300. ſunt in Aulâ: vndè colligere eſt quantus ſit illic veſtium cultus. Fabri ferrarij etiam 300. Ianizarij noui 500. arci ſolùm purgandæ, vilibuſque miniſterijs mancipati 400. qui canes, & falcones curant, & alia complura eiuſmodi ſeruitia.

Scriptum denique legimus apud Ven. Bedam, Hermetem virum illuſtrem, Vrbiſque Præfectum ab Alexandro Papâ baptizatum cum vxore, ſorores, filijs, cũ mille ducentis ſeruis, eorumq; vxoribus, & liberis. Pudentilla vxor Apulei quadrin-

In Martyrol.

ducentos habebat teſte Apuleio. Quidam Claudius Iſidorus quatuor millia reliquit, teſte Plinio, Craſſus multo etiã millia habuit inter quos 500. erant Latomi, Architecti & Fabri lignarij. Sunt denique qui exiſtiment in Vrbe plus ſeruorum quam ingenuorum fuiſſe. Lib. 2.

Satis dictum ſit de ſeruorum multitudine, nunc paucis de illorum generibus dicamus. Itaque alij erant *Publici*, quos Reſpub. ad varios vſus aſſeruabat, quippè qui cuſtodias tuebantur, vias publicas muniebant, cloacas purgabant, alios in ergaſtulis alebant. Vndè Scipio vno eodemque die oppugnata & expugnata Carthagine (vt eſt apud Liuium) Opifices ad duo millia hominum publicos forè populi Romani edixit, cum ſpe propinqua libertatis, ſi ad miniſteria belli enixam operam nauaſſent. Lib.26.

Et hi rurſum diſtinguebantur, vt annotat Lipſius, vel à Prouincijs, vel à perſonis, nimirum à Prouincijs vndè adducti, vt Brutiani, Cypreſſi, à perſonis etiam quæ vicerant, aut adduxerant, dicebantur enim Clodiani, à Clodio, Gelliani à Gellio, alij ab alijs. Lib.2.Elector.

Priuati verò ſerui diſtinguebantur in Vrbanos, & Ruſticos, ſed hi deterioris conditionis etiam æuo B. Ambroſij, quod apertè liquet ex eius verbis; *Plerique diuitum amandare conſueuerunt ſua mancipia, & in agellulos relegare, atque hæc pœna breuior exiſtimatur.* V.Alciat. in l. Vrbana ff. de Verb. ſig.

Cæterùm, omnes iſti certis litteris cuti inuſtis notati fuere. Nam in ſeruorum corporibus ſigna cuiuſque Domini, inquit Langlæus, in hoc imprimebantur, vt agnoſci in perpetuum poſſent; hoc elicitur ex reſponſo ICti qui reſpondit tamdiu fugitiuos cuſtodiri debere, quamdiu ad Præfectum Vigilum, vel ad Præſidem Prouinciæ deducantur, vt facilius cognoſci, & percipi fugitiui poſſent. Lib 10. Semeſtr. cap. 2.

Iſtæque notæ in occultis corporis partibus imprimebantur, quod ſecus ſi alicuius criminis rei eſſent; tum enim in fronte ad maiorem ſcilicet ignominiam, quod & Chriſtianis antiquis vſitatum docent Hiſtor. Eccleſ. Vndè illud Theodori Græci interpretis: *Væ tibi tyranne qui Sancti Theodori, & Theophanis ſanctas notaſti frontes.* Lib.1.§.in publicum ff de ſeruis fug. Baſilicon. lib. 60.

Aſt, apud Ethnicos nihil notius, vel Auſonio teſte, vndè de Bergamo verſus iſti: tit.51.

Tam ſegnis ſcriptor, quàm lentus Bergame curſor Fugiſti, & primo captus es in ſtudio.
Ergò notas ſcripto toler aſti Bergame vultu, Et quas neglexit dextera, frons patitur.

Et tales Strigmatici à *ſtrigmate* dicebantur. Iuuenalis;

——— *Quiſnon ſtigmate dignum Crediderit?*

Sed & *Litterati* iocosè interdum à litteris quæ fronti eorum inſcribebantur Plaut. *Si hic me litteratus ſinat.* Vndè Apul. *frontes litteratas* vocat, de quâ inuſtione plura videantur apud R.P. Cornel. à Lapide in cap. IX. Ezechielis.

Sed quæ res, in quos vſus tot ſeruitia? Dixerim præter ante notata in vſum excubiarum nocturnarum, Quintilianus: *Scis pariter an vna quingentum fores vallaueris cura ſeruorum.* Silius:

Sæpè etiam famuli turbato ad limina ſomno Expauere trucem per vaſta ſilentia vocem.

Sed, & rei ruſticæ vacabant, arando nimirum, fodiendo, ſarriendo, & quidem vincti compedibus, laxioribus quidem, ad motum, ſcilicet & ingreſſum. Aptè
Lib. 3. cap. 19. Florus de Sicilia: *Hic ad cultum agri, frequentia ergaſtula, cathenatique cultores materiam bello præbuerunt.*

Nimirum propter multitudinem ſeruorum, quæ vel exercitus copioſum numerum ſuperabat, vt diximus: vndè in Dominos ſæpè inſurgebant: adeò vt na-
Senec. Epiſt. 47. tum prouerbium fuerit: *Totidem nobis eſſe hoſtes, quot ſeruos.* V. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 11. Sed tantus ille numerus in ergaſtulis erat, ac in compedibus, quas vocabant annulos. At in Vrbe non tantus: & horum munus, vt iam diximus, ad excubias deſtinatum, ſed & vt menſæ Dominorum aſſiſterent, & ſi quod murmur ab ijs interueniret nonnulli compeſcerent, atque hæc tanta ſeruorum caterua ci-
Lib. 7. Epiſt. 31. uium numero non habebatur, vt Plinius auctor eſt. Martialis:

Annulus iſte tuis fuerat modò cruribus aptus,

Adde Ouidium:

Spes etiam dura ſolatur compede vinctum. Crura ſonant ferro, ſed canit inter opus.

Inſuper aduerte eos qui alendæ, curandæque familiæ vrbanæ præpoſiti erant, *Diſpenſatores* dictos, vtpotè qui impendia domus curabant, & victui præerant, eiſque parebant piſcarij, coqui, & id genus ſerui abiectiſſimi.

Præterea, erant *Lecticarij*, qui Dominos in puluino reſupinos in lectica iacentes ferebant. Seneca: *Non turba ſeruorum lecticam tuam per itinera vrbana, ac peregrina portantium.* Ser. Sulpitius: *Coactus ſum in eadem lectica qua ipſe delatus eram, meiſque lecticarijs in Vrbem eum referre.*

Sed & erant abiectiſſima, & ſordidiſſima miniſteria, quibus deſtinata iſta vi-
Epiſt. 47. liora mancipia, teſte eodem Seneca, qui æui ſui luxum ſic taxat: *Cùm ad cœnandum diſcubuimus, alius detergit ſputa, alius reliquias temulentorum ſubditus colligit, alius pretioſas aues ſcindit: pectus, & clunes, certis ductibus circumferens eruditam manum, in fruſtra excutit, alius vini miniſter in muliebrem modum ornatus cum ætate luctatur: Non poteſt effugere pueritiam, ſed retrahitur, iamque militari habitu glaber retritis pilis, aut euulſis tota nocte peruigilat, quam inter ebrietatem Domini ac libidinem diuidit, & in cubiculo vir, & in conuiuio puer eſt.*

Lib. 3. de Beneſ. cap. 27. Erant etiam ſerui ad pedes, de quibus idem Seneca: *Seruus qui ad pedes ſteterat, narrat quæ inter cœnam ebrius dixiſſet.* Facetè ſuo more Martialis:

Omnia cùm retrò pueris obſonia tradas, Cur non menſa tibi ponitur à pedibus?

Hactenus de ſeruis, iam obiter de manumittendis.

Manumittendus circumagebatur, & manu capiti impoſitâ in orbem vertebatur.
Satyr. 5. Perſius:

Verterit hunc Dominus, momento turbinis exit, Marcus Dama.

Vbi Cornutus addit, alapâ percuti ſolere. *Quoties*, inquit, *manumittebant, eos*
2. Epiſt. *alapâ percuſſos circumagebant, & liberos confirmabant.* D. Ambroſius, *Libertas*, inquit, *quam*

Digitized by Google

quam manumiſſus accipit, & palma lictoris donatus acquirit. Quin, & annulo donabantur Tertull. *Ille & veſtu alba nitore, & auri annuli honore, & patroni nomine, ac tribu, menſaque honoratur.* De Reſurr.

Interdum ſerui cum Domino paciſcebantur libertatem, definito certo pretio, vti ex reſponſo Hermogeniani videre eſt, dabaturque ſeruis in Dominos actio, ſi pactis conuentis non ſtarent. Aduerte tamen, quod Iudæus, qui ſe alteri Iudæo in ſeruum vendidiſſet, poterat anno ſeptimo, qui erat libertatis, & ſabbaticus, ſeruitute & domo heri ſui liber egredi, ſed ſi hoc anno non egrederetur, in Iubileo, egrediebatur nec vltrà illud in ſeruitute detineri poterat: ſuper quo videatur Cornel. à Lapide Comment. in Leuitic. cap. 25. verſ. 40. In l. 53. ff. de Iudic.

Denique, ſerui à liberis diſtinguebantur, primùm quod illi raſo capite, & penulari, iſti togati, Seneca: *Iudicata eſt aliquando ſententia, vt ſeruos a liberis cultus diſtingueret.* Ius enim ferendæ togæ ciuibus ſolùm Romanis competebat, idque ex iſtâ lege Romuli: *Quiſque demiſſam ad talos vſque togam in Vrbe habeto.* Inde Romani dicti *gens togata*, vt palliati Græci, eamque togam tùm alibi, tùm in Vrbe geſtabant, quod indè colligimus, quod cùm Mithridates iuſſiſſet in Aſiâ omnes Romanos occidi, cognoſcebantur illi ex togâ, vt multis fuerit neceſſaria veſtis mutatio, quò mortem effugerent, teſte Cicerone, tempore tamen belli, miſsâ togâ, ſagis vtebantur, vt Macrobius auctor eſt. De Clemen. c. 24. 1. Saturnal.

Verùm, quod alibi diximus ſeruos tunicatos, aduerte ſeruos Imperatorum colore fuiſſe diſtinctos ab alijs, vt illi albo, iſti pullo colore vterentur, erantque viliores cucullati.

Martialis:

Pullo Mæuius alget in cucullo.

Illi quoque plerumque Citharœdi, taleſque auratis tunicis fulgebant, vt patet ex Seneca, *auro culta mancipia.* De Tranq. animi. cap. 1.

Huc Iuuenalis:

Sit licet eximius citharœdus, ſiuè Seleucus, Et quibus aurata mos eſt fulgere lacerna.

CAPVT XXXIV.

De natura, & ſagacitate ceruorum: qui longiſſima vita.

A Seruis, venio ad ceruos, quorum miram ſolertiam breuiter oſtendam, quippè quâ propiùs humanis accedunt ſenſibus: Nam ecce: vrgente vi canum (inquit Plinius) vltrò confugiunt ad hominem, nimirum ad Præſidiū: maria tranant gregatim, nantes porrectó ordine, & capita imponentes præcedentiū clunibus, vicibuſq; ſuis ad terga illorū viciſſim redeūtes, quod & S. Auguſt. adſtruit eleganter. Sed & illud notatū, quod ſerpentibus ſint infenſiſſimi, atque cum eis bellū gerāt, teſte eodem Plinio, qui addit, ſerpentū cauernas veſtigare, nariumq; ſpiritu Lib. 8. c. 32. Serm. 21. de Verb. Ap. & in Pſ. 41. & cap. 33.

extra-

Digitized by Google

mulgeantq; caprarij in areis ædium, quod ipſe non ſine riſu & guſtu vidi. Liceat vti hoc diuerticulo, Gentiles ſuos Faunos, & Satyros ſpecie capræ, & hirci coluiſſe. Hinc Iouem capræ lacte nutritum tradiderunt Poetæ. Cauſam dat Plinius: *Maximè*, inquit, *alit quodcumque humanum* (lac) *mox caprinum; undè fortaßis fabulæ, Iouem ità nutritum dixêre.* Alias cauſas ſuggerit eruditiſſ. P. Cornel. à Lapide Soc. IESV Theologus eximius, quas omitto breuitatis cauſa: ad alias animalium ſolertias lubet tranſgredi. *Lib. 28. cap. 9.* *In cap. 6. Ezechiel.*

CAPVT XXXVI.

De mira Solertia Elephantum. Commendantur ab intellectu ſermonis Patrij, ab obedientiâ, gratitudine, æquitate, memoriâ, acumine ingenij, aptique ad omnes artes, & belli; reperti Elephantes Funambuli, & periti ſcriptura, &c.

COmmemoratione etiam digna ſunt, quæ de naturâ ſolerti Elephantum leguntur; quæ ſanè fidem ſuperarent, niſi viſus iudicio comperta haberemus. Adeò enim eſt acutis ſenſibus, vt ſuppares humanis videantur. Vidimus vnum prægrandi corpore, capite immenſo, perpetuò illud ventilantem auribus patulis, in queîs inter alia admiranda inſidebant viri duo, iuſſus priùs à ſuo ductore ſubſidêre, ac potiùs ſe ſubſternere, verbis ſermocinantium interim conniuêre, & ad interrogata reſpondêre pumilionis manu, promuſcide ſua ſaccarum, panemvè excipere, & in os patulum mox ingerere: Porrò raras iſtius animalis dotes, Plinium deſcribentem lepidum eſt audire, Iuſti Lipſij ſtylo elucidatum. Verba Plinij: *Animalium maximum Elephas, proximumque humanis ſenſibus, quippè intellectus illis ſermonis patrij, & imperiorum obedientia, officiorumque, quæ memoria didicere, amoris, & gloriæ voluptas, imò verò quæ in homine rara, probitas, prudentia, æquitas, religio quoque ſiderum, ſoliſque veneratio.* Hæc Plinius ſanè effusè; tamen verè, ad cuius accuratam laudationem, videor non ineptè diducere poſſe, & adducere lecta mihi teſtimonia, aut exempla. Tribuit primò *Intellectum ſermonis patrij.* *Cent. 1. Epiſt. 50. Lib. 8. c. 1.*

Quod mireris, Nam cùm duo velut limites ſint, quibus hominem à bruto diſparamus, ſermo, & ratio; prior iſte, vide quam vacillet, ſermonem patrium, ait, ab ijs intelligi: id interpretor, Indorum, Æthiopum, Afrorum, & vbicumque nati. Præter Plinium Ælianus: *Capiunt & humanum ſermonem Elephantes, ſed indigenum.* *Lib. 4. c. 24.* *Lib. 48.*

Adde Dionem: *Etiam hoc aiunt patriam vocem audire, atque intelligere.* Nec alia res certior. Inſtitutionem eorum vides? linguâ fit, Domituram? lingua incitationem, reuocationem? lingua. denique vt clauus nauim: ſic animal hoc impellit, dirigitque quò libitum humanus ſermo. De Inſtitutione Ælianum audi: *Docentur,* inquit, *atque inſtituuntur ad varia ſermone vernaculo, cuius miro quodam, & ineffabili modo, ac velut peculiari natura ſunt capaces.* *Lib. 13. c. 22.*

Digitized by Google

Lib. 15. De *domitura* Strabonem audi: *Primùm*, ait, *captos vinclis ac fame domant*, *deindè cicures eos reddunt*, *manſuetoſque*, *hos ſermone*, *alios cantu aliquo*, *aut tympani ſonitu delinientes.*

De *regimine toto*: quotidiana olim exempla in bellis, in pace, atque item hodie. Quin furere etiam cùm incipiunt, & à ſe abire, ad mentem reducuntur oratione. Credere ità ſeriò Chriſtophorus Acoſta me iubet: cuius aſſertioni præſtruenda breuiter fides, ſæpius enim teſtimonio eius vtar. Is gente Hiſpanus, profeſſione Medicus, ad nouum illum Orbis tractum abijt, quem Orientalem Indiam vocamus. Diu illic egit, luſtrauit, ſcripſit, & inter alia de Elephantis indole non pauca viſa ſibi, aut à viſoribus accepta. Crebrum enim valdè, & quotidiani vſus animal in ijs locis. Is igitur refert in libello de aromatibus. Genere morbi tentari Elephantes quotannis, quod haud diſtat à furore; cauſam, amorem eſſe, & venire cùm venit ad eos Venus. Tùm bacchari eos, furere, lædere, incurrere: niſi quidem vinclis coërceantur, quod fit ab incolis ſtudioſè. *Sed eum morbum haud fermè aliter tolli, quàm pharmaco verborum, adſiſtere Belluæ magiſtrum increpare alacriter, & oſtendere fœditatem, tantamnè belluam, & Reginam aliarum ità dementire per affectum? vtilitatem eam eſſe degenerationem à naturâ, & à ſtirpe. Rediret ad ſeſe, & conculcaret amorem, qui turpiter nimis ipſum. Et his talibus quæ etiam homini vtiliter adhibentur, fieri medicinam.* Quomodò autem poſſunt iſta, niſi ſi non audit ſolùm, ſed imbibit, & capit? Nec verò, vt aliquid miriùs dicam, audiunt ſolum ſermonem, ſed edunt. Oppianus diſertè Elephantes colloqui inter ſe vult,

Fama eſt inter ſeſe ſermocinari, Diſtinctaſque ſuſurrare atque emittere voces.

Olim ſub Cæſaribus in Theatris, ad tibiæ cantum compoſito gradu ſaltare aiunt: immò (quod fidem omnem ſuperat) per funes extentos cum Seſſore ſuo (inquit Suetonius) Funabulo viſi ſunt. In Galba. c. 6.

Sed longiùs proſequi nolo. Petat qui volet ex ſingulari illâ Epiſtolâ I. Lipſij, ibi videbit obedientiam ijs exhiberi, à quibus docentur, memoriâ etiam pollere, vndè ſi cum belluis pugnam, ſiue in homines iuſſu hominum habent, aciem diſponunt, & dirigunt, fugâ ipsâ ſuos non deſerunt, ſed gregatim abeuntes circumdant, & propugnant, læſis medicamenta adhibent. Iam ſaltationes, & choreas ducere, ſubſidêre in genua, & ſi Senecæ credendum, per funem ambulare, cui etiam aſſentitur Plinius, quod quidem genus ſpectaculi Galbam Cæſarem primùm exhibuiſſe Suetonius hic antè Laudatus oſtendit. Alia videantur in Lipſio, & Cælio Rhodigino lib. antiquit. lect. 3. cap. 10. & 15. vbi ſcribit ex Suetonio Cæſarem triumphantem aſcendiſſe Capitolium ad lumina, quadraginta Elephantis dextra & ſiniſtra lychnos geſtantibus.

Lib. 2. Diſq. magic. lib. 2. c. 19. Huius denique animalis acumen refert ex Platone R. P. Delrio Soc. IESV, nimirum, ſi Elephas in cœnum ceciderit, & clamauerit, ſocius id cernens abit, & redit adducens gregem Elephantum, vt opera communi ſeruent immerſum.

Sed

Digitized by Google

Sed & alia fidem tantum non ſuperantia ſuppeditat R.P. de la Croix eiuſdem Societ. IESV Apoſtolus apud Cochinchinas in ſua Relatione, quam proprio libello fecit S.D.N. Vrbano VIII. vbi ſcribit Elephantes iſtarum regionum mole longè maiore ſuperare illos, qui ex Aſia adducuntur: dicit enim veſtigium pedis illorum continere ſeſquipedem diametralem, dentes qui prominent, longos 13. aut 14. pedes: vndè quantæ molis ſit illis in regionibus animal iſtud, ex proportione eſt conijcere.

Hæc de ſagaciſſimi prægrandi animalis natura ex varijs auctoribus compilata curioſo Lectori compendiò repræſentanda duxi, librum enim explerent quæ prorſus mira de illo leguntur.

CAPVT XXXVII.

De Ranis, earum actu, & pugnâ cum Lucio piſce. Deque Ranis Ægyptiacis.

AD ambiuia animalia tranſgredi lubet, & in his ſolertia & ingenio vaferrimo eminet Rana: cui innata ſolet eſſe pugna cum Lucio piſce. Sed is herbam, vt dicitur, Ranæ dare cogitur, eccè tibi repræſentatam pugnam per Ianum Dubrauium virum doctum, & facundum. Is ità infit: Non mihi tempero, quin ſpectaculum, quod ad viuaria arci Cremſirienſi ſubiecta, dum Stanislaum Turhonem Pontificem meum aſſector, à me oculis tunc ſpectatum, nunc verbis quoque hoc loco ſpectandum repræſentem: Deliteſcebat in latebris ripæ viuarij, diſcors Lucio cum Rana, eccè ergò Lucius otioſo ſimilis, cum leui caudæ motu ſummas viuarij aquas vltrò citroque ſulcaret, quoad tandem ad locum, quem inſidijs faciundis Rana, cœpit propius appelleret, non omiſit benè rei gerendæ occaſionem Rana, ſed ſimulatq; ſe aſſiliendi hoſtis ſibi oblatam vidit, ità vt erat ſinibus buccarum inflatis, oculis præ ira flagrantibus, repentè in illius caput inſilit, latèque diuaricatis pedibus frontem circumplexa (vide ſolertiam animalculi) in ipſos præcipuè oculos Lucij inuadit, molliſſimaſque, & chariſſimas lancinat partes; at ille dolore exagitatus modo citato, per vndas ferri, curſu fluctuſque circum ſe concitare, modò vertigine rotari, modò fructicum, & arundinum, quæ in viuario ſubnatæ emicabant, attritum quærere, ſi quo pacto malè conciliatum, nullarumque præ ſe virium inſeſſorem ſi onte excuteret. Cæterùm, omnes eius conatus incaſſum cadebant, tam mordicus eandem frontem Rana obtinebat, tamque pertinaciter pœnas ab auidiſſimo corporis ſui vexatore exigebat, donec torpeſcentibus ex multa luctâ viribus ipſe Lucius victus ſuccubuit, ſeque cum illo in ima gurgitis demerſit. Adhuc nobis omnibus qui aderamus eodem loci ſubſiſtentibus, luctatoreſque, qui de ſe iucundum nobis ſpectaculum exhibuerant, oculis requirentibus, eccè tibi Rana ſubitò in altum exilit, moreq; victorum ouans, coaxans, virulanſq; ruſus ſe in palatia ſua recepit. Imperat extemplo Præſul acciri piſcatores, qui Lucio re-

Lib. 1 de Piſcinia cap 6.

Digitized by Google

Regem adorare ſolitum ad inſtar hominis refert in Traiano Dion. Succedat Bucephalus Alexandri de quo ſic narrat Agellius: Equus Alexandri Regis, & capite, & nomine Bucephalus fuit: emptum Cares ſcripſit talentis XIII. & Regi Philippo donatum: æris noſtri ſumma eſt ſeſtertia CCCXII. (quæ noſtra moneta Belgica efficiunt ſeptem millia ducentos quinquaginta Philippicos) ſuper hoc Equo dignum memoriâ viſum, quod vbi ornatus erat armatuſque ad prælium, haud vnquam inſcendi ſeſe ab alio niſi ab ipſo Rege paſſus ſit. Id etiam de iſto Equo memoratum eſt, quod cùm in eo inſidens Alexander bello Indico, & facinora faciens fortia in hoſtium cuneum non ſatis ſibi prouidens, immiſiſſet, coniectiſque vndique in Alexandrum telis, vulneribus altis, in ceruice, atque latere equus perfoſſus eſſet: moribundus tamen, ac propè iam exanguis, è medijs hoſtibus Regem viuaciſſimo curſu retulit: atque vbi eum extra tela extulerat, illicò concidit, & Domini iam ſuperſtitis ſecurus quaſi cùm ſenſiis humani ſolatio animam expirauit. Tum Rex Alexander partâ eius belli victoria, Oppidum in ijſdem locis condidit: atque ob Equi honores Bucephalum appellauit. *Lib. 5. c. 2. Noct. Att.*

Sunt alia. Seuerus Imp. cùm Prætorianos aſtu circumuentos exarmaſſet, quod Pertinacem deſeruiſſent & occidiſſent, & qui inter eos Equites iuberentur deſerere equos; fuit vnus cuius Equus retineri, aut ſiſti non potuit, & quamuis ille repelleret, idenridem tamen ſequens, & adhinniens dominum irâ mouit, vt gladio educto illum, ſeque interficeret: & (addit Dio) *Equus ille ſpectantibus viſus eſt libens lætuſq; cum Domino mori.*

In bello Punico ſecundo, graui, & grandi illa Cannenſi clade Eques Romanorum Clœlius fuit, atque is in cœtera turba confectus vulneribus, pro mortuo relictus. Manè facto, Annibal pugnæ locum petit, ſiue vt ſpolia reliqua ſui legerent, ſiue vt ipſe oculos, atque animum immanem ſpectaculo triſti paſceret. Iacebant lacera corpora, trunci artus, truces cæſorum formæ, mortui ſemimortuis mixti; atque inter iſtos Clœlius, qui ad ſtrepitum, caput ac linguam mouens, extremam vocem cum gemitu effudit. Agnouit Equus, quem captum Numida iuxtà Annibalem inſidebat. Aures arrigit, & acri hinnitu edito proſiliens, ſeſſorem humo ſternit, currit per cadauera, per arma, & in ore Domini iam mortui conſiſtit, & cùm mouere non videret, ipſe collo inclinato, armiſque ſubmiſſis, vt ſolet, inuitat ad ſcandendum: diro illo Annibale etiam miſerante, & fidem animantis demirante.

Præſagiunt etiam pugnam, & amiſſos lugent Dominos, lachrymaſque interdum deſiderio fundunt, id quod in Equis Iulij Cæſaris oſtendit Suetonius. *Plin. lib. 8. cap. 42. Cap. 8.*

Recentius exemplum nobis ſuppeditat idem Lipſius è Germania illa Equorum, virorumque bona nutrice. Inter diſſidia ciuilia, inquit, Anno LXXVI. cum Saxoniæ Principes pacem victi iniſſent cum Rege Henrico, atque obſides etiam dediſſent: fuêre inter eos duo puelli Vthonis, & Dedi Marchionum filij longè adhucà pubertate, ij cuſtodiebantur in arce quadam ſub Eberhardi cuſtodia Re-

 gij

» gij Miniſtri. Apud quem parentes munuſculis euicerant, & ipſa teneræ ætatis miſerario, vt pateretur eos, nè tædio, aut deſidiâ tabeſcerent, interdum circa arcem vagari, ludere, equitare, etſi firmiter vix etiam poſſent. Accidit vt ipſe venatum iret cum iſtis comitibus, feram excitant, proſequuntur cum calore, & clamore, vt fit, puellorum obliti, aut negligentes (quis enim in ea ætate fraudem hanc ſperet?) illi cùm ſolos ſe vident, mutuò alloqui, & adhortari ad fugam. Faciunt, Equos admittunt, locorum, hominumque ignari: tandem ad Mœnum Fluuium, Deo duce deferuntur. Ibi nauiculas piſcatorum conſpicati, rogant admitti, & Moguntiam tranſuehi: pretium, chlamydulas ſuas offerunt, quibus amicti. Piſcator trepidationem eorum miſeratus, & de nobiliore ſtirpe ex habitu coniectans, equis delapſos ſuſcipit, in cymbam imponit, abnauigat. Quid equi? Dominos non deſerunt, impetu flumen tranant, & in vlteriore iam ripa greſſum admoderantes, cymbam ſequuntur: ita vt cum eunte irent, cum ſiſtente alibi ſiſterent, atque id per plura milliaria Moguntiam vſque vbi domi eos dominus cognatus Epiſcopus hilaritter excepit. Dicite, an non humanas animas inſediſſe hæc pectora credetis?

» Haberis, & ſtupetis in fide: accipite pietatem. Propriè ſic appello. Nam in parentes, & cognationem mirificâ ſunt reuerentiâ, vel affectu. Gallus, bos, ouis, ipſe canis matrem init: iſte abhorret, & iura naturæ ſancta habet. Ariſtoteles prodidit, Scytharum Regi, nobilem equum fuiſſe, & pulchertimæ ſobolis, eâque causâ motum Regem, vt filium generoſum matri admiſceret, atque ita ſtirpem augeret, ſed illum etſi incitatum à porigâ recuſaſſe. Cùm autem placuiſſet regi matrem vt imprudens ſuperueniret: factum quidem, ſed mox detectâ, & agnitâ, flagitij impatientiâ, fugam properaſſe, & per abrupta ſe præcipitaſſe: vnde vides virtutum ineſſe brutis, quæ ſigna ſunt mentis & rationis, inquit D. Froidmonrius lib. de Anima cap. 1. art. 3. cuius tamen non expertes eſſe, hæreticum eſſet dicere.

» Simile in Hiſpania Boëtica noſtro ſæculo, Equus inter optimos, vnguentis, & lenocinijs inductus ad matrem inceſtandam cognito crimine, morſu ſibi ipſe naturam cum adſtantium admiratione, abrupit, ipſum prorigam iuſtiore omninò vindicta, legimus ab illo interfectum.

Talia plura cumular amœni vir ingenij Iuſtus Lipſius epiſtola iam appellata, quæ tædij cauſa prætermitto, niſi quod mirificam ſagacitatem iſtius animalis adſtruere velim exemplo à me viſo. Eram in Vrbe anno ſalutifero 1609. tum cum Legatus Henrici IV. Galliæ Regis munere illo fungeretur, ibi in hippodromo conſpicatus ſum Equum eiuſdem Legati ſic condocefactum, vt canem expeditum ſeſſorem admitteret, fræno illius ductu regi ſe pateretur, ſuccuſſim properaret, omnia denique iuſſa canis exciperet. Atque in iſto cane deſiſto, ad quorum ſolertem naturam deflecto.

* *
*

CA-

CAPVT XXXIX.

De Solertia Canum, qui commendantur maximè à docilitate, & fide, &c.

FIdeliſſimus ante omnia animantia homini canis negligi non debet, qui nec etiam docilitate cedit vlli: quid mirum? cùm valeat memoriâ, nec vlli ſit præter hominem, inquit Plinius, maior, ſoli Dominum nouêre, & ignotum ſi repentè veniat intelligunt, ſoli nomina ſua, ſoli vocem domeſticam agnoſcunt, itinera quamuis longa meminêre, quod lepido exemplo comprobat I. Lipſius propriâ ad id Epiſtolâ ad Contubernales: Bruxellæ me puero, inquit, Canis fuit Britanni generis, ex illis grandioribus, quibus cerdones hîc vti ſolent ad currum corijs onuſtum in forum & è foro trahendum. Illi præter hanc operam dictus fuit ad macellum ire, pecuniam ferre, carnem referre, id ità fiebat. Corbem vimineum collo appendebat, pecuniâ in tot libras carnis impoſitâ. Ille rectà, & nunquam reſiſtens ferebat, in Macello apud notum Lanium ſe ſiſtebat: carne acceptâ redibat, ſed eueniebat interim, vt in viâ canes alij odore moti adſpirarent, & accederent quaſi erepturi, tùm ille corbem deponere, in orbem propugnare, fugare, & ſi copia aut robore vinceretur, vnà irruere, & partem de præda capere. Hæc publicè nota erant, & à nobis, alijſque iucundè ſpectata. *Lib. 8. cap. 40.*

Sed maius etiam ingenij, & ratiocinationis (penè rationis dixeram) ſpecimen, in cane qui ante triginta circiter annos Louanij fuit. Is litteras millo ſiue collari inſertas, & aptatas, ſigno ab Hero accepto, curſim Bruxellas deferebat in notam ibi certamque domum. Atque illi ibi religabant, canem paſcebant, litteras à ſe, aut aliundè acceptas iterum inſerebant: & fideliſſimi, ſed & celerrimi nuncij vice, canis eodem die referebat. Sed & iſtud è veteribus lepidum.

A Plutarcho quidem ſingulare eſt, & ipſo quoque ſtupente, & firmiter tamen narrante, quia oculis vſurpauit. Veſpaſiani imperio canis fuit, mimo Domino. Is canis varia argumenta & perſonas in ſcœna repræſentabat, vt nemo hiſtrio doctiùs aptiuſque: atque inter alia hominis veneno in ſpecie tollendi panem ſumebat, ſiue offam, ſopore temperatam (fingebatur autem venenum eſſe) ac repentè aſſimulabat tremere, lapſare, grauedine tentari. Denique cadebat, ac porrectis membris in mortuum iacebat: tractus, ſublatus, elatus, vt argumentum poſcebat, dein cum tempeſtiuum eſſet, ipſo ſermonis articulo, primum quaſi ex ſomno ad ſe reuerti, leuiter caput, & membra mouere, oculos aperire, & circumferre, tum denique ſurgere, & lætus, geſtienſque ad illum

ire,

Digitized by Google

ire,& ſe exhibere cui debebat,hæc ſic decorè,& efficaciter, vt totum theatrum, & ipſe Cæſar(aderat enim) commouerentur, ac mente quaſi afflatâ exclamarent.

Audiſtis rem demirandam, & minus iam erit quicquid dicam, tamen & dicam.Idem auctor,canem fuiſſe,qui amphoræ oleariæ inſidiaretur:& cùm parum plena non pertingeret,lapillos paulatim inieciſſe,donec oleum adſurgeret, & ad os redundaret,ſic vt lambere lingua poſſet:hoc acumen eſt.

Enimuerò,& prudentiam aliquis eis,ac cum iudicio dilectum donet:ex facto quod Nicetas Choniates itâ narrat.Captâ Theſſalonicâ à Balduino Flandriæ Comite,& Latinis erat, iterumque paullò poſt à Græcis recepta:Cædes ibi vtrimque variæ,& multæ,ſed Canes Theſſalonicenſes nullum omninò cadauer Græcum tangere, quaſi amicis, popularibuſque parcentes : at contra Latinos,noſtroſque vorare tantâ rabie, vt etiam ſepulchris conditos eruerent, & lancinarent.

Decad.3. lib.11. Simile,& magis recens Sabellicus denarrat,Theneba,Rhodij equites,acres illi tutores Chriſtiani nominis, Oppidum in ora Cariæ exaduerſum Coo Inſulæ, opere,& præſidio munitum:quod Sancti Petri vocabant. Id Chriſtianis, ſi qui ſeruitutem Turcicam effugere poſſent,auderentque certiſſimum refugium, & aſylum:canum eâ in re mira ſagacitate.Nam habebant Oppidani quinquaginta admodum canes,quos(laudabili more)cuſtodiæ cauſa,& contra inſidias noctu extra muros excubare iubebant.Ij,ſi quis Chriſtiani generis accederet, comiter adire,& blandiri,ac gannitu quodam,& velut plauſu ad Oppidum deducere. Si qui autem Barbarorum:ſtatim intonare,inuadere,lacerare. Dicite vos, vndè ijs ſenſus hic dignoſcendi?ego neſcio:haud magis, quàm quod in eadem diſcretione nunc dicam.

Fuit Iuſtiniano Principe agyrta, qui Byſantium venit, populum contraxit, & mox annulos cuiuſque in aceruum medium conijci rogauit, ſiue iuſſit. Cùm factum; Canem quem circumducebat accedere, & cuique ſeorſim, atque ordine ſuum reddere,quod ille ſine morâ,& ſine errore fecit.Idem Canis, interrogante Domino,quis ſpectantium,diues,pauper, & quæ mulier virgo,maritata, vidua, meretrix eſſet,& id genus alia:ſingulas notabat, idque circumiens, & accedens veſte cuiuſque ore præhenſâ. Hæc ille qui pluria huius notæ exempla producit, quæ tædium producta Lectori aſſererent. Tantum domeſticum I.Lipſij exemplum ſubnectam.

Auiæ meæ paternæ,inquit,fuit Canis ruffulus,paruus, ex illo genere qui cuniculos terraneos ſubeunt,& indè apud nos habent nomen.Is toto tempore inualetudinis,qui ei ſuprema fuit,à lecto auiæ non abſcedere, nec depelli quidem poterat,& cùm iam exhalaſſet,ille vlulans,caudâ reductâ(etiam nunc videre videor quæ puer vidi)in hortum proripit ibi ſub corylo arbore pedibus ſcrobem ſibi leuiter fodicat,imponit ſe,& ſpiritum deponit. Hæc tota familia noſtra teſte geſta ſunt.Itâ ille, Ve-

Digitized by Google

Verum,hæc ſatis ſint;certè mihi,qui porrò illecebrâ calliditatis Canum delectantur,plura petant exempla è Lipſio;modò enim ad alia propero , ſi ritum priſcum appingendi Canem oſtijs veterum attexuero.

CAPVT XL.

Ritus appingendi Canem iuxtà ianitoris cellam,qui in vinculis.

CAnum mentione,occurrit mos ille priſcus,quò veteres iuxtà oſtiarij cellam Canem ingentem catenâ vinctum in pariete pingebant.Petronius:*Non longè ab oſtiarij cellâ Canis ingens catenâ vinctus in pariete erat pictus , ſupraque quadrata littera ſcriptum.*CAVE,CAVE, CAVE CANEM.Ideò cautionem præferebat paries , ne homines ſe propius admouerent,inciderentque in Canem viuum,qui ibidem in cellâ ſerui Ianitoris ſubcuſtos.Ex edicto enim Ædilium,atque adeo Solonis lege,Canem mordacem ità habere, vt cuiquam nocêre , vel damnum inferre poſſet,non licebat. *L. ſi enim cum ſep. ff. de Ædilit. edict.*

Aduerte interim ipſum ſeruum Ianitorem catenâ æquè , atque ipſum Canem vinctum fuiſſe.Suetonius:*Seruijſſe dicitur atque etiam oſtiarius,veteri more in catena fuiſſe.*Ouidius. *Ianitor indignè dura religate catenâ.* *De Clar. Odat. 1. Amor. Eleg. 1.*

Et pura aqua potabantur.Idem,eadem Eleg.

——*Sic nunquam dura religere catena, Nec tibi perpetuo ſerua bibatur aqua.*

De his oſtiarijs extat reſponſum Iuriſconſulti in l.12.§.Idem reſpondit ff.de Inſtr.& Inſtrum.leg.

CAPVT XLI.

De Simia:qui capiatur.

SAgacitate non cedit Simia cani nec alijs animantibus,imò nullum animantium propiꝰ accedit rationi,quã illa. Vndè perfectã hominis imitationẽ,teſte Plinio, continet,facie , naribus, auribus, palpebris,quas ſola quadrupedum,& in inferiore habet gena.Iam mammas in pectore, & brachia , & crura in contrarium ſimiliter flexa:in manibus vngues,digitos,longiõremque medium Alij Veneri eſſe dicatiſſimam ſcribunt, vndè fœminis femella, mas viris hoſtis eſt:enimuero , tanta huius animalculi calliditas eſt & aſtutia ac etiam memoria , vt fidem videatur ſuperare. Vndè prouerbium apud Eraſmum;*Simia non capitur laqueo*, in tergiuerſatores dici ſolitum. Vidi ego Simias in ſaltandi ratione ſic eductas,vt ad modulatas cantiones inſtar ſaltationis humanæ ſeſe verſarent,& in orbem rotarent. Nec erat quæ citharœdi ſcuticam ſentiret;adeoque peritæ erant ſaltationis , vt tantum non minimum aberrarent;nec choreas deſinunt,niſi iuſſæ. Quid quod ianuas domus pandunt,ſcopis ſolum verrunt,caſtaneas pede felis ab igne captant,ſi quid palato ingratum ponitur,pedibus proterunt,veru voluunt,ſi tam ē coquus aberit,partē aſſati aſtu vellũt. *Lib. 11. Cap. 44.*

CAPVT XXXIII.

De Seruis, eorumq; multitudine, & diſcrimine apud Antiquos, ſigna Dominorum cuti eorum, imò & fronti imprimebantur: Quorſum tanta ſeruorum multitudo? alij enim Stigmatici, alij Litterati, alij Diſpenſatores, alij Lecticarij: cur plerique ſic dicti? De manumiſsionibus ſeruorum, quomodo à liberis veſte diſtinguerentur?

AD magnificentiam, & potentiam quoque Romanorum referri poteſt multitudo ſeruitiorum, quæ fidem noſtram, niſi clariſſima proborum auctorum teſtimonia aliud euincerent, ſuperaret. Conſtat enim vni Senatori Romano, aut Equiti, fuiſſe non 50. dumtaxat aut 100. familiares ſeruos, ſed 200. 300. 400. Nam ecce Tacitus Pædiano tribuit quadringentos, Plinius Cæcilio Claudio quinquies mille, & totidem Iſidoro.

Lib. 13. cap. 10.

V. Athenæum lib. 6. cap. 7.

Imò pleroſque Romanorum decem, & viginti millia, atque etiam plures habuiſſe, qui ſuum Dominum tempore belli Ducem declarabant, pacis verò tempore agriculturam exercebant.

Et hoc quidem, non vt quæſtum talis ille Dominus ex tanto ſeruitiorum numero faceret, licet quidam Nicias Græcorum ditiſſimus iſtius genij fuerit, ſed pro familiari modò obſequio, ac vt Anteambulonibus ijs vteretur. Corinthiorum Ciuitatem ſic olim floruiſſe ſcribit Athenæus, vt ſex ſeruorum myriades, ac quadraginta poſſideret, & tantundem Reſpub. Æginetarum.

d lib. 6. Dipnoſ. cap. 7.

Quin ad eum vſque excreuêre numerum, vt aduerſus Dominos rebellionem nedum in Macedoniâ, ſed etiam in Siciliâ excitarint, in quâ emortui ſunt plures quàm centum ſeruorum myriades, teſte eodem Athenæo, & Diuo Auguſtino. Prægrandem hunc ſeruorum numerum, quorum nomenclator adhibendus erat, etiam Seneca notat de Demetrio Pompeiano loquens, *cui numerus quotidiè ſeruorum velut Imperatori exercitus referebatur*. Et rurſum: *Familia*, inquit, *bellicoſis nationibus maior*. Sed & Plutarchus refert Marcum Craſſum ſolos Architectos, & fabros in ſeruis habuiſſe ad quingentos.

Lib. 5. de Ciuit. Dei. cap. 26.

De Tranquill. animi.

Huc referas quod ad Cannas victis Romanis octo millia ſeruorum militauerint.

Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 11.

Turcarum etiam Imperatorem, luxum hunc imitari legimus. Nam Sartores aulici 300. ſunt in Aulâ: vndè colligere eſt quantus ſit illic veſtium cultus. Fabri ferrarij etiam 300. Ianizarij noui 500. arci ſolùm purgandæ, vilibuſque miniſterijs mancipati 400. qui canes, & falcones curant, & alia complura eiuſmodi ſeruitia.

Scriptum denique legimus apud Ven. Bedam, Hermetem virum illuſtrem, Vrbiſque Præfectum ab Alexandro Papâ baptizatum cum vxore, ſorores, filijs, cū mille ducentis ſeruis, eorumq; vxoribus, & liberis. Pudentilla vxor Apulei quadrin-

In Martyrol.

dringentos habebat teſte Apuleio. Quidam Claudius Iſidorus quatuor millia reliquit, teſte Plinio, Craſſus multo etiã millia habuit inter quos 500. erant Latomi, Architecti & Fabri lignarij. Sunt denique qui exiſtiment in Vrbe plus ſeruorum quam ingenuorum fuiſſe. *Lib. 2.*

Satis dictum ſit de ſeruorum multitudine, nunc paucis de illorum generibus dicamus. Itaque alij erant *Publici*, quos Reſpub. ad varios vſus aſſeruabat, quippè qui cuſtodias tuebantur, vias publicas muniebant, cloacas purgabant, alios in ergaſtulis alebant. Vndè Scipio vno eodemque die oppugnata & expugnata Carthagine (vt eſt apud Liuium) Opifices ad duo millia hominum publicos forè populi Romani edixit, cum ſpe propinqua libertatis, ſi ad miniſteria belli enixam operam nauaſſent. *Lib. 26.*

Et hi rurſum diſtinguebantur, vt annotat Lipſius, vel à Prouincijs, vel à perſonis, nimirum à Prouincijs vndè adducti, vt Brutiani, Cypreſſi, à perſonis etiam quæ vicerant, aut adduxerant, dicebantur enim Clodiani, à Clodio, Gelliani à Gellio, alij ab alijs. *Lib. 2. Elector.*

Priuati verò ſerui diſtinguebantur in Vrbanos, & Ruſticos, ſed hi deterioris conditionis etiam æuo B. Ambroſij, quod apertè liquet ex eius verbis; *Plerique diuitum amandare conſueuerunt ſua mancipia, & in agellulos relegare, atque hæc pœna breuior exiſtimatur.* *V. Alciat. in l. Vrbana ff. de Verb. ſig.*

Cæterùm, omnes iſti certis litteris cuti inuſtis notati fuere. Nam in ſeruorum corporibus ſigna cuiuſque Domini, inquit Langlæus, in hoc imprimebantur, vt agnoſci in perpetuum poſſent; hoc elicitur ex reſponſo ICti qui reſpondit tamdiu fugitiuos cuſtodiri debere, quamdiu ad Præfectum Vigilum, vel ad Præſidem Prouinciæ deducantur, vt facilius cognoſci, & percipi fugitiui poſſent. *Lib 10. Semeſtr. cap. 2.*

Iſtæque notæ in occultis corporis partibus imprimebantur, quod ſecus ſi alicuius criminis rei eſſent; tum enim in fronte ad maiorem ſcilicet ignominiam, quod & Chriſtianis antiquis vſitatum docent Hiſtor. Eccleſ. Vndè illud Theodori Græci interpretis: *Væ tibi tyranne qui Sancti Theodori, & Theophanis ſanctas notaſti frontes.* *Lib. 1. §. in publicum ff de ſeruis fug.* *Baſilicon. lib. 60. tit. 51.*

Aſt, apud Ethnicos nihil notius, vel Auſonio teſte, vndè de Bergamo verſus iſti:

Tam ſegnis ſcriptor, quàm lentus Bergame curſor Fugiſti, & primo captus es in ſtudio.
Ergò notas ſcripto toleraſti Bergame vultu, Et quas neglexit dextera, frons patitur.

Et tales Stigmatici à *ſtigmate* dicebantur. Iuuenalis;

——— *Quis non ſtigmate dignum Crediderit?*

Sed & *Litterati* iocosè interdum à litteris quæ fronti eorum inſcribebantur Plaut. *Si hic me litteratus ſinat.* Vndè Apul. *frontes litteratas* vocat, de quâ inuſtione plura videantur apud R.P. Cornel. à Lapide in cap. ix. Ezechielis.

Sed quæres, in quos vſus tot ſeruitia? Dixerim præter ante notata in vſum excubiarum nocturnarum, Quintilianus: *Scis pariter an vna quinquaginta fores vallauerit cura ſeruorum.* Silius:

Sæpè etiam famuli turbato ad limina ſomno Expauere trucem per vaſta ſilentia vocem.

Sed, & rei ruſticæ vacabant, arando nimirum, fodiendo, ſarriendo, & quidem vincti compedibus, laxioribus quidem, ad motum, ſcilicet & ingreſſum. Aptè Florus de Sicilia: *Hic ad cultum agri, frequentia ergaſtula, catheniatique cultores materiam bello præbuerunt.* *Lib. 3. cap. 19.*

Nimirum propter multitudinem ſeruorum, quæ vel exercitus copioſum numerum ſuperabat, vt diximus: vndè in Dominos ſæpè inſurgebant: adeò vt natum prouerbium fuerit: *Totidem nobis eſſe hoſtes, quot ſeruos.* V. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 11. Sed tantus ille numerus in ergaſtulis erat, ac in compedibus, quas vocabant annulos. At in Vrbe non tantus: & horum munus, vt iam diximus, ad excubias deſtinatum, ſed & vt menſæ Dominorum aſſiſterent, & ſi quod murmur ab ijs interueniret nonnulli compeſcerent, atque hæc tanta ſeruorum caterua ciuium numero non habebatur, vt Plinius auctor eſt. Martialis: *Senec. Epiſt. 47.* *Lib. 7. Epiſt. 31.*

Annulus iſte tuis fuerat modò cruribus aptus,

Adde Ouidium:

Spes etiam dura ſolatur compede vinctum. Crura ſonant ferro, ſed canit inter opus.

Inſuper aduerte eos qui alendæ, curandæque familiæ vrbanæ præpoſiti erant, *Diſpenſatores* dictos, vtpotè qui impendia domus curabant, & victui præerant, eiſque parebant piſcarij, coqui, & id genus ſerui abiectiſſimi.

Præterea, erant *Lecticarij*, qui Dominos in puluino reſupinos in lectica iacentes ferebant. Seneca: *Non turba ſeruorum lecticam tuam per itinera vrbana, ac peregrina portantium.* Ser. Sulpitius: *Coactus ſum in eadem lectica qua ipſe delatus eram, meiſque lecticarijs in Vrbem eum referre.*

Epiſt. 47. Sed & erant abiectiſſima & ſordidiſſima miniſteria, quibus deſtinata iſta viliora mancipia, teſte eodem Seneca, qui æui ſui luxum ſic taxat: *Cùm ad cœnandum diſcubuimus, alius detergit ſputa, alius reliquias temulentorum ſubditus colligit, alius pretioſas aues ſcindit: pectus, & clunes, certis ductibus circumferens eruditam manum, in fruſtra excutit, alius vini miniſter in muliebrem modum ornatus cum ætate luctatur; Non poteſt effugere pueritiam, ſed retrahitur, iamque militari habitu glaber retritis pilis, aut euulſis tota nocte peruigilat, quam inter ebrietatem Domini ac libidinem diuidit, & in cubiculo vir, & in conuiuio puer eſt.*

Lib. 3. de Benef. cap. 27. Erant etiam ſerui ad pedes, de quibus idem Seneca: *Seruus qui ad pedes ſteterat, narrat quæ inter cœnam ebrius dixiſſet.* Facetè ſuo more Martialis:

Omnia cùm retrò pueris obſonia tradas, Cur non menſa tibi ponitur à pedibus?

Hactenus de ſeruis, iam obiter de manumittendis.

Satyr. 5. Manumittendus circumagebatur, & manu capiti impoſitâ in orbem vertebatur. Perſius:

Verterit hunc Dominus, momento turbinis exit. Marcus Dama.

2. Epiſt. Vbi Cornutus addit, alapâ percuti ſolere. *Quoties*, inquit, *manumittebant, eos alapâ percuſſos circumagebant, & liberos confirmabant.* D. Ambroſius, *Libertas*, inquit, *quam*

Digitized by Google

quam manumiſſus accipit, & palma lictoru donatus acquirit. Quin, & annulo donabantur Tertull. *Ille & veſtu alba nitore, & aurei annuli honore, & patroni nomine, ac tribu, menſaque honoratur.* *De Reſurr.*

Interdum ſerui cum Domino paciſcebantur libertatem, definito certo pretio, vti ex reſponſo Hermogeniani videre eſt, dabaturque ſeruis in Dominos actio, ſi pactis conuentis non ſtarent. Aduerte tamen, quod Iudæus, qui ſe alteri Iudæo in ſeruum vendidiſſet, poterat anno ſeptimo, qui erat libertatis, & ſabbaticus, ſeruitute & domo heri ſui liber egredi, ſed ſi hoc anno non egrederetur, in Iubileo, egrediebatur nec vltrà illud in ſeruitute detineri poterat: ſuper quo videatur Cornel. à Lapide Comment. in Leuitic. cap. 25. verſ. 40. *In l. 53. ff. de Iudic.*

Denique, ſerui à liberis diſtinguebantur, primùm quod illi raſo capite, & penulati, iſti togati, Seneca: *Iudicata eſt aliquando ſententia, vt ſeruos a liberis cultus diſtingueret.* *De Clemen. c. 24.* Ius enim ferendæ togæ ciuibus ſolùm Romanis competebat, idque ex iſtâ lege Romuli: *Quiſque demiſſam ad talos vſque togam in Vrbe habeto.* Inde Romani dicti *gens togata,* vt palliati Græci, eamque togam tùm alibi, tùm in Vrbe geſtabant, quod indè colligimus, quod cùm Mithridates iuſſiſſet in Aſiâ omnes Romanos occidi, cognoſcebantur illi ex togâ, vt multis fuerit neceſſaria veſtis mutatio, quò mortem effugerent, teſte Cicerone, tempore tamen belli, miſsâ togâ, ſagis vtebantur, vt Macrobius auctor eſt. *1. Saturnal.*

Verùm, quod alibi diximus ſeruos tunicatos, aduerte ſeruos Imperatorum colore fuiſſe diſtinctos ab alijs, vt illi albo, iſti pullo colore vterentur, erantque viliores cucullati.

Martialis:

Pullo Mæuius alget in cucullo.

Illi quoque plerumque Citharœdi, taleſque auratis tunicis fulgebant, vt patet ex Seneca, *auro culta mancipia.* *De Tranq. animi. cap. 1.*

Huc Iuuenalis:

Si licet eximius citharœdus, ſiuè Seleucus, Et quibus aurata mos eſt fulgere lacerna.

CAPVT XXXIV.

De natura, & ſagacitate ceruorum: qui longiſſima vita.

A Seruis, venio ad ceruos, quorum miram ſolertiam breuiter oſtendam, quippè quâ propiùs humanis accedunt ſenſibus: Nam ecce: vrgente vi canum (inquit Plinius) vltrò confugiunt ad hominem, nimirum ad Præſidiū: maria tranant gregatim, nantes porrecto ordine, & capita imponentes præcedentiū clunibus, vicibuſq; ſuis ad terga illorū viciſſim redeūtes, quod & S. Auguſt. adſtruit eleganter. Sed & illud notatū, quod ſerpentibus ſint infenſiſſimi, atque cum eis bellū gerāt, teſte eodem Plinio, qui addit, ſerpentū cauernas veſtigare, nariumq; ſpiritu extra- *Lib. 8. c. 32.* *Serm. 21. de Verb. Ap. & in Pſ. 41.* *& cap. 33.*

Digitized by Google

mulgeantq; caprarij in areis ædium, quod ipſe non ſine riſu & guſtu vidi. Liceat vti hoc diuerticulo, Gentiles ſuos Faunos, & Satyros ſpecie capræ, & hirci coluiſſe. Hinc Iouem capræ lacte nutritum tradiderunt Poetæ. Cauſam dat Plinius: *Maxi-* *Lib. 18. cap. 9.* *mè*, inquit, *alit quodcumque humanum* (lac) *mox caprinum; undè fortaſsis fabulæ, Iouem ità nutritum dixère.* Alias cauſas ſuggerit eruditiſſ. P. Cornel. à Lapide Soc. IESV *In cap. 6. Ezechiel.* Theologus eximius, quas omitto breuitatis cauſa: ad alias animalium ſolertias lubet tranſgredi.

CAPVT XXXVI.

De mira Solertia Elephantum. Commendantur ab intellectu ſermonis Patrij, ab obedientiâ, gratitudine, æquitate, memoriâ, acumine ingenij, aptique ad omnes artes, & belli; reperti Elephantes Funambuli, & periti ſcriptura, &c.

COmmemoratione etiam digna ſunt, quæ de naturâ ſolerti Elephantum leguntur; quæ ſanè fidem ſuperarent, niſi viſus iudicio comperta haberemus. Adeò enim eſt acutis ſenſibus, vt ſuppares humanis videantur. Vidimus vnum prægrandi corpore, capite immenſo, perpetuò illud ventilantem auribus patulis, in queîs inter alia admiranda inſidebant viri duo, iuſſus priùs à ſuo ductore ſubſidêre, ac potiùs ſe ſubſternere, verbis ſermocinantium interim conniuêre, & ad interrogata reſpondêre pumilionis manu, promuſcide ſua ſaccarum, panemvè excipere, & in os patulum mox ingerere: Porrò raras iſtius animalis dotes, Plinium deſcribentem lepidum eſt audire, Iuſti Lipſij ſtylo elucidatum. Verba Plinij: *Ani-* *Cent. 1. Epiſt. 50.* *malium maximum Elephas, proximumque humanis ſenſibus, quippè intellectus illis ſermonis* *Lib. 8. c. 1.* *patrij, & imperiorum obedientia, officiorumque, quæ memoria didicere, amoris, & gloriæ voluptas, imò verò quæ in homine rara, probitas, prudentia, æquitas, religio quoque ſiderum, ſoliſque veneratio.* Hæc Plinius ſanè effusè; tamen verè, ad cuius accuratam laudationem, videor non ineptè diducere poſſe, & adducere lecta mihi teſtimonia, aut exempla. Tribuit primò *Intellectum ſermonis patrij.*

Quod mireris, Nam cùm duo velut limites ſint, quibus hominem à bruto diſparamus, ſermo, & ratio; prior iſte, vide quam vacillet, ſermonem patrium, ait, *Lib. 4. c. 24.* ab ijs intelligi: id interpretor, Indorum, Æthiopum, Afrorum, & vbicumque nati. Præter Plinium Ælianus: *Capiunt & humanum ſermonem Elephantes, ſed indige-* *Lib. 48.* *num.*

Adde Dionem: *Etiam hoc aiunt patriam vocem audire, atque intelligere.* Neque alia res certior, Inſtitutionem eorum vides? linguâ fit, Domituram? lingua incitationem, reuocationem? lingua. denique vt clauus nauim: ſic animal hoc impellit, di- *Lib. 13. c. 22.* rigitque quò libitum humanus ſermo. De Inſtitutione Ælianum audi: *Docentur,* inquit, *atque inſtituuntur ad varia ſermone vernaculo, cuius miro quodam, & ineffabili modo, ac velut peculiari natura ſunt capaces.*

Digitized by Google

Lib. 15. De *domitura* Strabonem audi: *Primùm*, ait, *captos vinclis ac fame domant, deindè cicures eos reddunt, manſuetoſque, hos ſermone, alios cantu aliquo, aut tympani ſonitu delinientes.*

De *regimine toto*: quotidiana olim exempla in bellis, in pace, atque item hodie. Quin furere etiam cùm incipiunt, & à ſe abire, ad mentem reducuntur oratione. Credere ità ſeriò Chriſtophorus Acoſta me iubet: cuius aſſertioni præſtruenda breuiter fides, ſæpius enim teſtimonio eius vtar. Is gente Hiſpanus, profeſſione Medicus, ad nouum illum Orbis tractum abijt, quem Orientalem Indiam vocamus. Diu illic egit, luſtrauit, ſcripſit, & inter alia de Elephantis indole non pauca viſa ſibi, aut à viſoribus accepta. Crebrum enim valdè, & quotidiani vſus animal in ijs locis. Is igitur refert in libello de aromatibus. Genere morbi tentari Elephantes quotannis, quod haud diſtat à furore; cauſam, amorem eſſe, & venire cùm venit ad eos Venus. Tùm bacchari eos, furere, lædere, incurrere: niſi quidem vinclis coërceantur, quod fit ab incolis ſtudioſè. *Sed eum morbum haud fermè aliter tolli, quàm pharmaco verborum, adſiſtere Bellua magiſtrum increpare alacriter, & oſtendere fœditatem, tantamnè belluam, & Reginam aliarum ità dementire per affectum? vtilitatem eam eſſe degenerationem à naturâ, & à ſtirpe. Rediret ad ſeſe, & conculcaret amorem, qui turpiter nimis ipſum. Et his talibus quæ etiam homini vtiliter adhibentur, fieri medicinam.* Quomodò autem poſſunt iſta, niſi ſi non audit ſolùm, ſed imbibit, & capit? Nec verò, vt aliquid mirius dicam, audiunt ſolum ſermonem, ſed edunt. Oppianus diſertè Elephantes colloqui inter ſe vult,

Fama eſt inter ſeſe ſermocinari, Diſtinctaſque ſuſurrare atque emittere voces.

Olim ſub Cæſaribus in Theatris, ad tibiæ cantum compoſito gradu ſaltare aiunt: immò (quod fidem omnem ſuperat) per funes extentos cum Seſſore ſuo (inquit Suetonius) Funabulo viſi ſunt. In Galba. c. 6.

Sed longiùs proſequi nolo. Petat qui volet ex ſingulari illâ Epiſtolâ I. Lipſij, ibi videbit obedientiam ijs exhiberi, à quibus docentur, memoriâ etiam pollere, vndè ſi cum belluis pugnam, ſiue in homines iuſſu hominum habent, aciem diſponunt, & dirigunt, fugâ ipsâ ſuos non deſerunt, ſed gregarim abeuntes circumdant, & propugnant, læſis medicamenta adhibent. Iam ſaltationes, & choreas ducere, ſubſidêre in genua, & ſi Senecæ credendum, per funem ambulare, cui etiam aſſentitur Plinius, quod quidem genus ſpectaculi Galbam Cæſarem primùm exhibuiſſe Suetonius hic antè Laudatus oſtendit. Alia videantur in Lipſio, & Cælio Rhodigino lib. antiquit. lect. 3. cap. 10. & 15. vbi ſcribit ex Suetonio Cæſarem triumphantem aſcendiſſe Capitolium ad lumina, quadraginta Elephantis dextra & ſiniſtra lychnos geſtantibus.

Lib. 2. Diſq. magic. lib. 2. c. 19. Huius denique animalis acumen refert ex Platone R. P. Delrio Soc. Iesv, nimirum, ſi Elephas in cœnum ceciderit, & clamauerit, ſocius id cernens abit, & redit adducens gregem Elephantum, vt opera communi ſeruent immerſum.

Sed

Digitized by Google

Sed & alia fidem tantum non ſuperantia ſuppeditat R.P. de la Croix eiuſdem Societ. IESV Apoſtolus apud Cochinchinas in ſua Relatione, quam proprio libello fecit S.D.N. Vrbano VIII. vbi ſcribit Elephantes iſtarum regionum mole longè maiore ſuperare illos, qui ex Aſia adducuntur: dicit enim veſtigium pedis illorum continere ſeſquipedem diametralem, dentes qui prominent, longos 13. aut 14. pedes: vndè quantæ molis ſit illis in regionibus animal iſtud, ex proportione eſt conijcere.

Hæc de ſagaciſſimi prægrandi animalis natura ex varijs auctoribus compilata curioſo Lectori compendiò repræſentanda duxi, librum enim explerent quæ prorſus mira de illo leguntur.

CAPVT XXXVII.

De Ranis, earum astu, & pugnâ cum Lucio piſce. Deque Ranis Ægyptiacis.

AD ambiuia animalia tranſgredi lubet, & in his ſolertia & ingenio vaferrimo eminet Rana: cui innata ſolet eſſe pugna cum Lucio piſce. Sed is herbam, vt dicitur, Ranæ dare cogitur, eccè tibi repræſentatam pugnam per Ianum Dubrauium virum doctum, & facundum. Is ità infit: Non mihi tempero, quin ſpectaculum, quod ad viuaria arci Cremſirienſi ſubiecta, dum Stanislaum Turhonem Pontificem meum aſſector, à me oculis tunc ſpectatum, nunc verbis quoque hoc loco ſpectandum repræſentem: Deliteſcebat in latebris ripæ viuarij, diſcors Lucio cum Rana, eccè ergò Lucius otioſo ſimilis, cum leui caudæ motu ſummas viuarij aquas vltrò citroque ſulcaret, quoad tandem ad locum, quem inſidijs faciundis Rana, cœpit propius appelleret, non omiſit benè rei gerendæ occaſionem Rana, ſed ſimulatq; ſe aſſiliendi hoſtis ſibi oblatam vidit, ità vt erat ſinibus buccarum inflatis, oculis præ ira flagrantibus, repentè in illius caput inſilit, latèque diuaricatis pedibus frontem circumplexa (vide ſolertiam animalculi) in ipſos præcipuè oculos Lucij inuadit, molliſſimaſque, & chariſſimas lancinat partes; at ille dolore exagitatus modo citato, per vndas ferri, curſu fluctuſque circum ſe concitare, modò vertigine rotari, modò fructicum, & arundinum, quæ in viuario ſubnatæ emicabant, attritum quærere, ſi quo pacto malè conciliatum, nullarumque præ ſe virium inſeſſorem fronte excuteret. Cæterùm, omnes eius conatus incaſſum cadebant, tam mordicus eandem frontem Rana obtinebat, tamque pertinaciter pœnas ab auidiſſimo corporis ſui vexatore exigebat, donec torpeſcentibus ex multa lucta viribus, ipſe Lucius victus ſuccubuit, ſeque cum illo in ima gurgitis demerſit. Adhuc nobis omnibus qui aderamus eodem loci ſubſiſtentibus, luctatoreſque, qui de ſe iucundum nobis ſpectaculum exhibuerant, oculis requirentibus, eccè tibi Rana ſubitò in altum exilit, moreq; victorum ouans, coaxans, vitulanſq; rurſus ſe in palatia ſua recepit. Imperat extemplo Præſul acciri piſcatores, qui Lucio re-

Lib. 1 de Piſcinis cap. 6.

Regem adorare ſolitum ad inſtar hominis refert in Traiano Dion. Succedat Bucephalus Alexandri de quo ſic narrat Agellius: Equus Alexandri Regis, & capite, & nomine Bucephalus fuit: emptum Cares ſcripſit talentis XIII. & Regi Philippo donatum: æris noſtri ſumma eſt ſeſtertia CCCXII. (quæ noſtra moneta Belgica efficiunt ſeptem millia ducentos quinquaginta Philippicos) ſuper hoc Equo dignum memoriâ viſum, quod vbi ornatus erat armatuſque ad prælium, haud vnquam inſcendi ſeſe ab alio niſi ab ipſo Rege paſſus ſit. Id etiam de iſto Equo memoratum eſt, quod cùm in eo inſidens Alexander bello Indico, & facinora faciens fortia in hoſtium cuneum non ſatis ſibi prouidens, immiſiſſet, coniectiſque vndique in Alexandrum telis, vulneribus altis, in ceruice, atque latere equus perfoſſus eſſet: moribundus tamen, ac propè iam exanguis, è medijs hoſtibus Regem viuaciſſimo curſu retulit: atque vbi eum extra tela extulerat, illicò concidit, & Domini iam ſuperſtitis ſecurus quaſi cùm ſenſus humani ſolatio animam expirauit. Tum Rex Alexander partâ eius belli victoria, Oppidum in ijſdem locis condidit: atque ob Equi honores Bucephalum appellauit.

Lib. 5. c. 2. Noct. Att.

Sunt alia. Seuerus Imp. cùm Prætorianos aſtu circumuentos exarmaſſet, quod Pertinacem deſeruiſſent & occidiſſent, & qui inter eos Equites iuberentur deſerere equos; fuit vnus cuius Equus retineri, aut ſiſti non potuit, & quamuis ille repelleret, identidem tamen ſequens, & adhinniens dominum ità mouit, vt gladio educto illum, ſeque interficeret: & (addit Dio) *Equus ille ſpectantibus viſus eſt libens latuſq; cum Domino mori.*

In bello Punico ſecundo, graui, & grandi illa Cannenſi clade Eques Romanorum Clœlius fuit, atque is in cœtera turba confectus vulneribus, pro mortuo relictus. Manè facto, Annibal pugnæ locum petit, ſiue vt ſpolia reliqua ſui legerent, ſiue vt ipſe oculos, atque animum immanem ſpectaculo triſti paſceret. Iacebant lacera corpora, trunci artus, truces cæſorum formæ, mortui ſemimortuis mixti; atque inter iſtos Clœlius, qui ad ſtrepitum, caput ac linguam mouens, extremam vocem cum gemitu effudit. Agnouit Equus, quem captum Numida iuxtà Annibalem inſidebat. Aures arrigit, & acri hinnitu edito proſiliens, ſeſſorem humo ſternit, currit per cadauera, per arma, & in ore Domini iam mortui conſiſtit, & cùm mouere non videret, ipſe collo inclinato, armiſque ſubmiſſis, vt ſolet, inuitat ad ſcandendum: diro illo Annibale etiam miſerante, & fidem animantis demirante.

Præſagiunt etiam pugnam, & amiſſos lugent Dominos, lachrymaſque interdum deſiderio fundunt, id quod in Equis Iulij Cæſaris oſtendit Suetonius.

Plin. lib. 8. cap. 42. Cap. 8.

Recentius exemplum nobis ſuppeditat idem Lipſius è Germania illa Equorum, virorumque bona nutrice. Inter diſſidia ciuilia, inquit, Anno LXXVI. cum Saxoniæ Principes pacem victi iniſſent cum Rege Henrico atque obſides etiam dediſſent: fuêre inter eos duo puelli Vthonis, & Dedi Marchionum filij longè adhuc à pubertate, ij cuſtodiebantur in arce quadam ſub Eberhardi cuſtodia Re-

» gij Miniſtri. Apud quem parentes munuſculis euicerant, & ipſa teneræ ætatis miſeratio, vt pateretur eos, nè tædio, aut deſidiâ tabeſcerent, interdum circa arcem vagari, ludere, equitare, etſi firmiter vix etiam poſſent. Accidit vt ipſe venatum iret cum iſtis comitibus, feram excitant, proſequuntur cum calore, & clamore, vt fit, puellorum obliti, aut negligentes (quis enim in ea ætate fraudem hanc ſperet?) illi cùm ſolos ſe vident, mutuò alloqui, & adhortari ad fugam. Faciunt, Equos admittunt, locorum, hominumque ignari: tandem ad Mœnum Fluuium, Deo duce deferuntur. Ibi nauiculas piſcatorum conſpicati, rogant admitti, & Moguntiam tranſuehi: pretium, chlamydulas ſuas offerunt, quibus amicti. Piſcator trepidationem eorum miſeratus, & de nobiliore ſtirpe ex habitu coniectans, equis delapſos ſuſcipit, in cymbam imponit, abnauigat. Quid equi? Dominos non deſerunt, impetu flumen tranant, & in vlteriore iam ripa greſſum admoderantes, cymbam ſequuntur: ita vt cum eunte irent, cum ſiſtente alibi ſiſterent, atque id per plura milliaria Moguntiam vſque vbi domi eos dominus cognatus Epiſcopus hilariter excepit. Dicite, an non humanas animas inſediſſe hæc pectora credetis?

» Habetis, & ſtupetis in fide: accipite pietatem. Propriè ſic appello. Nam in parentes, & cognationem mirificâ ſunt reuerentiâ, vel affectu. Gallus, bos, ouis, ipſe canis matrem init: iſte abhorret, & iura naturæ ſancta habet. Ariſtoteles prodidit, Scytharum Regi, nobilem equum fuiſſe, & pulcherrimæ ſobolis, eâque causâ motum Regem, vt filium generoſum matri admiſceret, atque ita ſtirpem augeret, ſed illum etſi incitatum à prorigâ recuſaſſe. Cùm autem placuiſſet regi matrem vt imprudens ſuperueniret: factum quidem, ſed mox detectâ, & agnitâ, flagitij impatientiâ, fugam properaſſe, & per abrupta ſe præcipitaſſe: vnde vides virtutum ineſſe brutis, quæ ſigna ſunt mentis & rationis, inquit D. Froidmontius lib. de Anima cap. 1. art. 3. cuius tamen non expertes eſſe, hæreticum eſſet dicere.

» Simile in Hiſpania Boëtica noſtro ſæculo, Equus inter optimos, vnguentis, & lenocinijs inductus ad matrem inceſtandam cognito crimine, morſu ſibi ipſe naturam cum adſtantium admiratione, abrupit, ipſum prorigam iuſtiore omninò vindicta, legimus ab illo interfectum.

Talia plura cumulat amœni vir ingenij Iuſtus Lipſius epiſtola iam appellata, quæ tædij cauſa prætermitto, niſi quod mirificam ſagacitatem iſtius animalis adſtruere velim exemplo à me viſo. Eram in Vrbe anno ſalutifero 1609. tum cum Legatus Henrici IV. Galliæ Regis munere illo fungeretur, ibi in hippodromo conſpicatus ſum Equum eiuſdem Legati ſic condocefactum, vt canem expeditum ſeſſorem admitteret, fræno illius ductu regi ſe pateretur, ſucculſim properaret, omnia denique iuſſa canis exciperet. Atque in iſto cane deſiſto, ad quorum ſolertem naturam deflecto.

* * *

Digitized by Google

CAPVT XXXIX.

De Solertia Canum, qui commendantur maximè à docilitate, & fide, &c.

FIdeliſſimus ante omnia animantia homini canis negligi non debet, qui nec etiam docilitate cedit vlli: quid mirum? cùm valeat memoriâ, nec vlli ſit præter hominem, inquit Plinius, maior, ſoli Dominum nouêre, & ignotum ſi repentè veniat intelligunt, ſoli nomina ſua, ſoli vocem domeſticam agnoſcunt, itinera quamuis longa meminêre, quod lepido exemplo comprobat I. Lipſius propriâ ad id Epiſtolâ ad Contubernales: Bruxellæ me puero, inquit, Canis fuit Britanni generis, ex illis grandioribus, quibus cerdones hîc vti ſolent ad currum corijs onuſtum in forum & è foro trahendum. Illi præter hanc operam dictus fuit ad macellum ire, pecuniam ferre, carnem referre, id ità fiebat. Corbem vimineum collo appendebat, pecuniâ in tot libras carnis impoſitâ. Ille rectà, & nunquam reſiſtens ferebat, in Macello apud notum Lanium ſe ſiſtebat: carne acceptâ redibat, ſed eueniebat interim, vt in viâ canes alij odore moti adſpirarent, & accederent quaſi erepturi, tùm ille corbem deponere, in orbem propugnare, fugare, & ſi copia aut robore vinceretur, vnà irruere, & partem de præda capere. Hæc publicè nota erant, & à nobis, alijſque iucundè ſpectata. *Lib. 8. cap. 40.*

Sed maius etiam ingenij, & ratiocinationis (pænè rationis dixeram) ſpecimen, in cane qui ante triginta circiter annos Louanij fuit. Is litteras millo ſiue collari inſertas, & aptatas, ſigno ab Hero accepto, curſim Bruxellas deferebat in notam ibi certamque domum. Atque illi ibi religabant, canem paſcebant, litteras à ſe, aut aliundè acceptas iterum inſerebant: & fideliſſimi, ſed & celerrimi nuncij vice, canis eodem die referebat. Sed & iſtud è veteribus lepidum.

A Plutarcho quidem ſingulare eſt, & ipſo quoque ſtupente, & firmiter tamen narrante, quia oculis vſurpauit. Veſpaſiani imperio canis fuit, mimo Domino. Is canis varia argumenta & perſonas in ſcœna repræſentabat, vt nemo hiſtrio doctiùs aptiuſque: atque inter alia hominis veneno in ſpecie tollendi panem ſumebat, ſiue offam, ſopore temperatam (fingebatur autem venenum eſſe) ac repentè aſſimulabat tremere, lapſare, grauedine tentari. Denique cadebat, ac porrectis membris in mortuum iacebat: tractus, ſublatus, elatus, vt argumentum poſcebat, dein cum tempeſtiuum eſſet, ipſo ſermonis articulo, primum quaſi ex ſomno ad ſe reuerti, leuiter caput, & membra mouêre, oculos aperire, & circumferre, tum denique ſurgere, & lætus, geſtienſque ad illum ire,

Verum, hæc ſatis ſint; certè mihi, qui porrò illecebrâ calliditatis Canum delectantur, plura petant exempla è Lipſio; modò enim ad alia propero, ſi ritum priſcum appingendi Canem oſtijs veterum attexuero.

CAPVT XL.

Ritus appingendi Canem iuxtà ianitoris cellam, qui in vinculis.

CAnum mentione, occurrit mos ille priſcus, quò veteres iuxtà oſtiarij cellam Canem ingentem catenâ vinctum in pariete pingebant. Petronius: *Non longè ab oſtiarij cellâ Canis ingens catenâ vinctus in pariete erat pictus, ſupraque quadrata littera ſcriptum.* CAVE, CAVE, CAVE CANEM. Ideò cautionem præferebat paries, ne homines ſe propius admouerent, inciderentque in Canem viuum, qui ibidem in cellâ ſerui Ianitoris ſubcuſtos. Ex edicto enim Ædilium, atque adeo Solonis lege, Canem mordacem ità habere, vt cuiquam nocêre, vel damnum inferre poſſet, non licebat. *L. ſi enim eum ſep. ff. de Ædilit. edict.*

Aduerte interim ipſum ſeruum Ianitorem catenâ æquè, atque ipſum Canem vinctum fuiſſe. Suetonius: *Seruijſſe dicitur atque etiam oſtiarius, veteri more in catena fuiſſe.* Ouidius. *Ianitor indignè dura religate catenâ.* *De Clar. Orat. 1. Amor. Eleg. 1.*

Et pura aqua potabantur. Idem, eadem Eleg.

—*Sic nunquam dura religere catena, Nec tibi perpetuo ſerua bibatur aqua.*

De his oſtiarijs extat reſponſum Iuriſconſulti in l. 12. §. Idem reſpondit ff. de Inſtr. & Inſtrum. leg.

CAPVT XLI.

De Simia: quî capiatur.

SAgacitate non cedit Simia cani nec alijs animantibus, imò nullum animantium propius accedit rationi, quàm illa. Vndè perfectâ hominis imitationē, teſte Plinio, continet, facie, naribus, auribus, palpebris, quas ſola quadrupedum, & in inferiore habet gena. Iam mammas in pectore, & brachia, & crura in contrarium ſimiliter flexa: in manibus vngues, digitos, longioremque medium. Alij Veneri eſſe deditiſſimam ſcribunt, vndè fœminis femella, mas viris hoſtis eſt: enimuero, tanta huius animalculi calliditas eſt & aſtutia ac etiam memoria, vt fidem videatur ſuperare. Vndè prouerbium apud Eraſmum; *Simia non capitur laqueo*, in tergiuerſatores dici ſolitum. Vidi ego Simias in ſaltandi ratione ſic eductas, vt ad modulatas cantiones inſtar ſaltationis humanæ ſeſe verſarent, & in orbem rotarent. Nec erat quæ citharœdi ſcuticam ſentiret; adeoque peritæ erant ſaltationis, vt tantum non minimum aberrarent; nec choreas deſinunt, niſi iuſſæ. Quid quod ianuas domus pandunt, ſcopis ſolum verrunt, caſtaneas pede felis ab igne captant, ſi quid palato ingratum ponitur, pedibus proterunt, veru voluunt, ſi tamē coquus aberit, partē aſſati aſtu vellūt. *Lib. 11. Cap. 44.*

M Vnam

Vnam domi habui manibus,pedibuſque perniciofiſſimam,quæ incautis argentum ſignatum ex ſacculis proferebat,& burſa,vt ſic dicam,quam ſub gingiuis gerit,occultabat,& niſi leui palpamento allecta reddebat.

Interim,animaduerſum,ſi quando vinum bibit Simia,verſutiæ ſuæ mox obliuiſcitur,vt ſui roboris Elephas,teſte Æliano:qui etiam ſcribit ægrotanti Leoni nullam aliam adhiberi medicinam,quàm Simiam. Capiuntur autem Simiæ hoc modo: Ponunt Venatores catinos aquâ plenos in earum conſpectu,& exindè oculos obliniunt,ac ſtatim pro aquâ viſcum reponunt.Illæ aſpicientes (vt ſunt imitatrices ad omnia) è veſtigio ab arboribus deſcendunt,oculoſque,& ora viſco pariter inungunt,atque ità viuæ prædæ fiunt.Eſt & alius modus capiendi Simias. Induunt Venatores in conſpectu earum ſubligacula, abeuntque, alijs ibi relictis interius villoſis,& viſco illitis,in quæ Simiæ ingredientes,crura ſua ſic illaqueant,vt manus venatoris ægrè euadere queant.

CAPVT XLII.

Promiſcua & propria nonnullorum animalium natura & ſolertia.

Lib. 9. Diphnoſ. cap. 12. AVem ſciſſipedem coloris cærulei,cruribus longis,roſtroque purpureo eſſe,nomine Porphyrionem apud Athenæum oſtendit Ariſtoteles,cuius eam eſſe naturam ſcribit,vt mulieres diligenter obſeruet,ſenſumque habeat mulieris admittẽtis adulterium , quod viro ipſius ſignificat , ſibique vitam poſteà ſuffocatione finiat.

Lib. 9. cap. 22. *Luporum* viſum noxium eſſe refert Plinius,vocemque homini,quem priores contemplantur adimere ad præſens,quod experimento conſtat.

Perdices adeo Veneri addictas eſſe ſcribit Plinius. vt marem odorando grauidæ fiant,eaſdem viuere annos quindecim aſſerit. Vbi ſe perquiri à venatoribus intelligunt,longè peruolant à nido,velut ad venatoris pedes acceſſuræ,vt is ſpem capiendi eas concipiat;quâ arte eum morando eludunt,donec pulli auolauerint , tunc ipſæ etiam auolant.Cæterùm,eſt animal maximè ſalax:quâ re efficitur ſæpius,vt mas oua fœminæ frangat , vt rei venereæ indulgere poſſit.Supparia his ſcribit Plinius, quem animi cauſa adire poterit curioſus Lector: cui eo nomine ſequentia adhuc ſub acumen huius calami ponuntur,

Lib. 10. cap. 11. Nat. Hiſt.

Plin lib. 10. cap. 61. Auiculam veſpertilionem ſolam volucrum parere ſcribit Plinius: & lacte pullos nutrire vbera admouens:geminos volitat amplexa infantes , ſecumque deportare.

Terreſtrium ſola *Vipera* intra ſe parit oua vnius caloris,& mollia, vt piſces, tertiâ die intra vterum catulos excludit,deindè ſingulos diebus ſingulis parit, viginti ferè numero;itaque cæteræ tarditatis impatientes perrumpunt latera, occiſa parente. Cæteræ ſerpentes contextæ oua in terra incubant,& fœtum ſequente excludunt anno.

Ind. dim.

Po-

Digitized by Google

Polypus animal pelagium, ità vafrum vt perſequentibus piſcatoribus, petris, ne capiatur, affigat ſeſe, & cuicumque petræ adhæſerit, eius colorem corpore imitetur, quin vt refert D. Baſilius Magnus, piſces imagine falſa deprehenſi nonunquam annatant, vltrò ſeſe prædoni offerentes. Indè natum prouerbium: *Polypi mentem obtine*, quo iubemur, inquit, Parœmigraphus pro tempore alios atque alios mores, alium atq; alium vultum ſumere, quod in Vlyſſe videtur Homer᷒ laudare qui eum πολύτροπον appellat, id eſt moribus verſatilibus.

Inter animalia vaticinandi perita cenſentur etiam *Mures*: nam cum domus aliqua conſenuit, & ruinam iam minatur, primi ſentiunt, & relictis ſuis antris, & priſtinis habitationibus, quãtum contendere pedibus valent fugiunt, aliudque domicilium quærunt. *Ælian. lib. 1, c. 11.*

Mira etiam in *Formicis* ſagacitas: Semina non aliter condunt, niſi ſint arroſa, nè nimirum rurſus germinent, & in fruges exeant è terrâ: quo euentu irritus labor ipſarum eſſet.

Marinis etiam piſcibus ſua non deeſt induſtria, nam ecce *Torpedo* imprimit torporem & piſcibus & piſcatoribus: ſic alios piſces capit, ſic piſcatores eludit. Adde quod plerique omnes piſces, vbi imminentem tempeſtatem ſentiunt ſaburrant ſeſe, nè temerè ad tempeſtatis arbitrium huc illuc iactentur. Alij magnarum rupium cauernis ad exactam vſque maris ſæuitiam ſe abdunt.

Quod verò aduerſo flumine adnant, id ea cauſa & induſtria faciunt, nè ſcilicet vndarum fluctuumque impetus ſquamas ſibi ſublatas deijciat, ac branchias aqua impleat, vndè nandi difficultas maior, & reſpirationis interceptio.

Quo etiam conſilio *Grues* volant aduerſus ventos, quos alioqui ſi ſecundos haberent, diſiectis, diſperſiſque pennis volandi impotentes redderentur.

Delphinos venereos eſſe, & amaſios, non modò hiſtoriæ veteres declarant, ſed & recentes. vt tradit A. Gellius, qui affert ex Appione Delphini amantis exemplum & pueri non abhorrentis illius conſuetudines, luſus, geſtationes, ac aurigationes, adijcitque rem non minus mirandam auctor quidam, quem, appellat de Delphino, qui amore perijt. *Poſteà*, inquit. *ille idem puer Delphino amœnus, morbo affectus obijt diem ſuum: At ille amans, vbi ſæpè ad littus ſolitum adnauit, & puer qui in primo vado aduentum eius operiri conſueuerat, nuſquam fuit, deſiderio tabuit, exanimatusque eſt; & in littore iacens inuentus ab ijs qui rem cognouerant, in ſui pueri ſepulchro humatus eſt.* *Noct. Att. lib. 7. cap. 8.*

Narrat Plutarchus, referente Ambroſio Paræo, tonſorem Romæ extitiſſe, qui in tonſtrinâ auem pulhcrè loquacem habebat, quæ cogente nemine loquebatur cum primum colloquentes homines audiebat. Omnium brutorum, quorum ſonus ad ipſius aures peruenire poterat, effingebat voces, imò etiam tympanorum, tibiarum, & tubarum clangorem, denique nihil erat quod non æmulari conaretur. *Lib. 1. Oper. Chirurg.*

Viſi ſunt *Corui* loquentes, adeoque cantilenas pſalmoſque longioris etiam

 excur-

Digitized by Google

Lib. Saturn. Cap. 4.

excuſſus articulatè occinentes. In quam rem nota eſt Macrobij hiſtoria, qui narrat inter eos qui Auguſto Cæſari ex bello contra Antonium redeunti, fœlicis ominis cauſa obuiam procedebant, extitiſſe aliquem, qui coruum circumferebat, quem docuerat hoc elogium diſertè pronunciare: SALVE CAESAR IMPERATOR AVGVSTISSIME. Huiuſque ſpectaculi nouitate Cæſarem attonitum, tam obſequentem autem mille argenteis emiſſe, quorum vnus noſtrate monetâ Iulio Romano, ſiue Regali Hiſpanico æſtimatur.

Vaccæ non ſilendæ, quibus proprium eſt in circulum, cum lupos adeſſe ſentiunt, coire, haud aliter, quam milites, quo circulo vitulos includunt, capita, cornuaque, vt arma ſua, hoſtibus opponunt.

Similiter & *Equi* in ſimili periculo, curâ non diſpari, & arte pullos ſuos defendunt, capitibus ad illos verſis calces lupis obijciunt, ſciunt enim robur, & arma in pedibus ſuis ad defenſionem poſita.

Quid de *Cuniculis*? cum ex antris ad pabulum prodeunt, os antri herbis, aliaue materia obſtruunt, nè venator exitum inueniens apertum, fœtus auferat, quos tam impensè diligunt, vt etiam pilos corpore euellant, vndè illis nidum conſtruant meliorem.

Ciconiæ volitant turmatim: colla imponunt præcedentibus, feſſas duces ad terga recipiũt. Si vent⁹ agmen aduerſo flatu cœperit inhibere, peduſculis lapidũ apprehẽhenſis, aut gutture arena repleto ſtabilitæ volant.

Mitto infinita alia de brutorum docilitate, & ingenij admirabili fœlicitate ab antiquis, Platone, Ariſtotele, Plinio, Plutarcho, alijſque magni nominis Philoſophis prodita: quæ niſi vera eſſent nunquam illi docti homines ſcriptis mandauiſſent, nè vanitatis crimine, quo nihil eſt turpius, reliqua ſcripta ſua apud Poſteros infinita ſæculorum ſerie obligarent.

Lib. 5. c. 14.

Supereſt vt nonnulla gratitudinis exempla ſubiungantur. Imprimis quæ de *Leone* ex Appione ſcribit A. Gellius audiamus; In Circo maximo, inquit Appion, venationis ampliſſimæ pugnæ populo dabatur. Eius rei cum forte Romæ eſſem ſpectator, ibi multæ ſæuientes feræ, magnitudine beſtiarum excellentes, omniumque inuſitata aut forma erat, aut ferocia. Sed præter alia vnius Leonis immanitas admirationi fuit: qui introductus in Circum, vaſtitudine, terrificoq; fremitu & ſonoro, toris, comiſque ceruicum fluctuantibus, animos oculoſque omnium in ſeſe conuerterat. Introductus etiam erat inter complures ad pugnam beſtiarum damnatos Dacus, ſeruus viri Conſularis. Ei ſeruo Androdus nomen fuit, Hunc ille Leo vbi vidit procul, repentè quaſi admirans ſtetit; ac deindè ſenſim, atque placidè, tanquam noſcitabundus ad hominem accedit. Tum caudam, more, atque ritu adulantium canum, clementer, & blandè mouet; hominiſque ſeſe corpori adiungit: cruraque eius & manus propè iam exanimati metu, lingua leniter demulcet. Homo Androdus inter illa tam atrocis feræ blandimenta, amiſſum animum recuperat. paulatimque oculos ad contuendum Leonem refert. Tum quaſi mutua recognitione fa-

Digitized by Google

facta, lætos, & gratulabundos videres hominem & Leonem. Ea re prorſus admirabili maximos populi clamores excitatos dicit, accerſitumque à Cæſare Androdum, quæſitamque cauſam, cur ille atrociſſimus Leonum, vni parciſſet. Androdus rem mirificam narrat, atque admirandam: Cum Prouinciam, inquit, Africam pro conſulari imperio meus Dominus obtineret, ego ibi iniquis eius, & quotidianis verberibus ad fugam ſum coactus: & vt mihi à Domino terræ illius Præſide tutiores latebræ forent, in camporum, & arenarum ſolitudines conceſſi, ac ſi defuiſſet cibus, conſilium fuit mortem aliquo pacto quærere. Tum ſole, inquit, medio rapido, & flagranti, ſpecum quamdam nactus remotam, latebroſamque in eam me penetro, & recondo; neque multo poſt eandem ſpecum venit hic Leo, debili vno, & cruento pede, gemitus edens, & murmura, dolorem cruciatumque & alia vulneris commiſerantia. Atque illic primo quidem conſpectu aduenientis Leonis territum ſibi, & pauefactũ animum dixit: ſed poſtquam introgreſſus, inquit, Leo (vti re ipſa apparuit) in habitaculum illud ſuum, videt me procul deliteſcentem, mitis, & manſuetus acceſſit, & ſublatum pedem oſtendere mihi, & porrigere, quaſi opis petendæ gratia viſus eſt. Ibi, inquit, ego ſtirpem ingentem veſtigio pedis eius hærentem reuulſi, conceptamque ſaniem vulnere intimo expreſſi, accuratiùſque ſine magna iam formidine ſiccaui penitus, atque deterſi cruorem. Ille nunc mea opera, & medela leuat⁹, pede in manib⁹ meis poſito recubuit, & requieuit; atq; ex eo die triennium totum ego, & Leo in eadem ſpecu, eodemque victu viximus. Nam quas venabatur feras, membra opimiora ad ſpecum mihi ſuggerebat: quæ ego ignis copiam non habens Sole meridiano torrens, edebam. Sed vbi me, inquit, vitæ illius ferinæ iam pertæſum eſſe ſenſi, Leone in venatum profecto, reliqui ſpecum: & viam fermè tridui permenſus, à militibus viſus, apprehenſuſque ſum, & ad Dominũ ex Africa Romam deductus. Is me ſtatim rei capitalis damnandum, dandumque ad beſtias curauit. Intelligo autem, inquit, hunc quoque Leonem me tunc ſeparato captum, gratiam nunc mihi beneficij, & medicinæ referre. Hæc Apion dixiſſe Androdum tradit. Eaque omnia ſcripta, circumlataque tabella populo declarat. Atque adeo, cunctis petentibus dimiſſum Androdum, & pœna ſolutum, Leonemque ei ſuffragijs populi donatum. Poſteà, inquit, videbamus Androdum, & Leonẽ loro tenui reuinctum, Vrbe totam circum tabernas ire: donari ære Androdum, floribus ſpargi Leonem, omneſque ferè vbique obuios dicere: *Hic eſt Leo hoſpes hominis; hic eſt homo medicus Leonis.* Hactenus Agellius.

Ciuitas eſt in Achaia nomine Patræ, inquit Ælianus. In ea puer paruulum *Draconem* emebat, magnaque eum cura educabat: cumque creuiſſet, loquebatur quaſi cum intelligente ludens, ac dormiens cum ipſo. Quum vero ad ingentem magnitudinem Draco perueniſſet, in ſolitudinem à ciuibus eſt dimiſſus. Poſt, cum puer Adoleſcens factus reuerſus à ſpectaculo quodam cum aliquibus æqualibus in latrones incidiſſet, & clamorem extuliſſet, ecce Draco præſto eſt, & alios in fugam vertit, alios interimit, ipſum vero ſaluum conſeruat. *Lib. 13 c. 4.*

Digitized by Google

Eſt & Cornicum ingenium & induſtria hîc memoranda quæ in hoc apparet, quod cum cortices nucum (quarum eſu delectantur) roſtro perfringere nequeunt, in altum volent, & nuces in ſubſtrata, ſaxa, tegulas aut rudera deijcit, vt confringat, nec ſemel experiri ſufficit, iterum & iterum allidit, donec nucleo potiatur.

Pluuiam præſagire putant ruſtici, cum frequentius ad aquas clangunt, & aquis ſeipſas vberiùs inſpergunt & perfundunt. Vndè Virgilius:

Tum Cornix plena pluuiam vocat improba voce, Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena.

Plinius. Gruis prouidentia annotatur iſta: volando figuram triangul[i] exprimunt: ità enim dux volitantium omnibus æquè in proſpectu eſt, ita vt altera alteram non impediat, & ſecundo etiam vento æqualiter fruantur. Ætate prouectiores in primo ordine volando collocant, nè nimium ſe fatigent ſequendo iuuenes, quæ agiliores & fortiores ſunt. Excubias viciſſim agant nocturnas, & miranda cautela lapillum pede ſuſpenſo continent, qui ſomno oppreſſis excidens, eos vigilantiæ admonent: cætera turba interim dormit ſecura capitibus ſub alis conditis & alternis pedibus inſiſtentes. Hinc verſus iſte:

Excubias Grus ſola gerit, pars cætera dormit, Tuta, nec inſidos ſperet ab hoſte dolos.

Iungenda eſt & Anſerum induſtria, quos præ cæteris animalibus hominis odorem præſentire Plinius ſcribit.

Iſtos enim odoris præſtantiâ nôrunt homines rebus ſuis adhibere cuſtodes, vt clangore ſuo prodant hoſtium aduentus, quemadmodum Romani Anſeribus alimoniam è Republicâ decreuerant, quia Gallis Capitolium conſcendere volentibus excitârunt vigilias. Hinc Lucretius:

Humanum longè præſentit odorem Romulidarum arcis ſeruator candidus Anſer

Et Ouidius: *Cambuſque ſagacior Anſer*

Vndè, tanti beneficij accepti gratiâ, populus Romanus menſe Auguſto feſtum Anſerum celebrabat obſeruari Capitolij per eos eo menſe memoriam, vt infrà cap. 56. dicemus.

Lib. 10. cap. 5. Denique, quod mirum de Aquilâ narrat Plinius ſubijciam lubens: *Eſt percelebris*, inquit, *apud Seſton Vrbem Aquilæ gloria: Educatam à virgine retuliſſe gratiam; Aues primò, mox deindè venatus aggerentem. Defunctâ poſtremò in rogum accenſum eius iniecíſſe ſeſe, & ſimul conflagraſſe. Quam ob cauſam incolæ Arabes ad Oppidum quod vocât Heroum fecêre locum, appellatum Iouis & virginis, quoniam illi Deo auis adſcribitur.* Ità Plinius de Aquilæ gratitudine, & gloria.

Lib. 3. cap. 1. art. 3. Ex quibus omnibus ſiue ſolertiam, ſiue induſtriam, aliaſque dotes attendamus, quidam animas brutorum rationales eſſe contendunt, vti varijs illorum argumentis oſtendit egregius & erudiſſimus Doctor & Profeſſor Louanienſis Libertus Froidmondus in ſuo præclaro opere, quod nuper edidit de Anima, licet ipſe in alia omnia eat, imò errorem eſſe hæreticum brutis intellectum & rationem adſcribere adſtruit.

CA

CAPVT XLIII.

Hominis conſideratio : qua expenditur à vitijs & prauis aff. ctibus, quibus obnoxius eſt.

VAlere iubeo animantia rationis expertia : nam quis ex aſſe arcana animi , & ingenij , vt ſic dicam , in ijs latentia pernoſcat ? hominem modò illis dominantem contemplari liceat propter quem haud dubiè ipſum mundum DEVS , cunctaque animalia creauit , hominem inquam ex talibus initijs natum, & qui *natali mox die*, Plinij verbis vtar , *nudus in nuda humo abijcitur ad vagitus , & ploratum , nullumque tot animalium aliud ad lachrimas, & has protinus vitæ principio .Riſus ante quadraginta dies nulli datur. Ab hoc lucis rudimento vincula excipiunt , & omnium membrorum nexus. Itaque fœliciter natus iacet , manibu , pedibuſque deuinctus , flens animal , cæteris imperatorum , & à ſupplicis vitam auſpicatur , vnam tantùm ob culpam, quia natum eſt. Heu dementiam , ab ijs initijs exiſtimantium ad ſuperbiam ſe genitos.* Superbiam autem ? imò & inuidiam ac diuortia animorum. *Cœtera animantia in ſuo genere probè degunt:congregari videmus , & ſtare contra diſſimilia : Leonum feritas inter ſe non dimicat : Serpentum morſus non petit ſerpentem : nè maris quidem bellua , ac piſces , niſi in diuerſa genera ſæuiunt, at homini plurima ex homine mala ſunt* : alternis nimirum inuidiæ morſibus ſeſe lacerat , viperinis linguæ aculeis lancinat ; honorum venationes, & gloriarum aucupia inſtituit , & quidem in exigua iſta lucis vſura, qua frui deberet ad meliorem , & tranquilliorem vitam , & quamuis multis annis vixerit homo , & in his omnibus lætatus fuerit , meminiſſe debet , vt cum Sapiente loquar , tenebroſi temporis , & dierum multorum , qui cum venerint vanitatis arguentur præteritæ. Quid ergò eſt homo ? *Vmbra ſomnium* , inquit Pindarus , vel , vt Menander , *animal quo nullum eſt debilius , & inconſtantius fortunæ luſus , inconſtantiæ imago , temporis ſpolium , corruptionis exemplum.* Quid amplius ? animal multis ſimulationum inuolucris plenum , tot incertis caſnum , tot morbis , tot periculorum generibus , tot curis , tot vitæ producendæ anxietatibus obnoxium , & tandem ſubeunt morbi,triſtiſque ſenectus. Ruſus cum Poëta:

Proœm. lib. 7. Nat. Hiſt.

Eccleſiaſt. 11.

Vita quid eſt hominu? niſi ſpes incerta, metuſque, Hac inter dubii viuimus, & morimur.

Pro-

Digitized by Google

Homil 30. in 1 ad Cor. Pronis iam excipiamus oris aurei Oratoris Cedro dignum monitum. *Nè ſuperbi, & inſolentes tibi ſint ſpiritus, ô homo! fluxa enim & caduca eſt hominum natura. Iuuentus præparat ad ſenectutem, pulchritudo ad deformitatem, vires ad imbecillitatem, honor ad contemptum, ſanitas ruit ad morbum; gloria ad vilitatem; diuitia ad paupertatem. Res noſtræ ſunt ſimiles vehementi fluento, quod nunquam vult conſiſtere, ſed fertur feſtinans ad decliue.* Claudamus argumentum miſeriæ humanæ metro Lucretij indignantis, an miſerantis.

O miſeras hominum mentes, ô pectora cæca? Qualibus in tenebris vita, quantiſque periclis
Degitur hoc æuo quodcumque eſt?

Lib 7. c. 52. Iam exitum vitæ ſi conſideremus, *languoribus*, inquit Plinius, *afficit nos ſenectus, hebeſcunt ſenſus, membra torpent, præmoritur viſus, auditus, inceſſus, dentes etiam, ac ciborum inſtrumenta, & tamen vita hæc annumerantur.* Optime D. Cyprianus: De Patient. *Vnuſquiſque noſtrum cum naſcitur, & hoſpitio mundi huius excipitur, initium ſumit à lachrimis, vita mortalis anxietates, & labores, & procellas mundi, quas ingreditur, in exordio ſtatim, ploratu, vel gemitu rudis anima teſtatur.* Hoc ipſum eleganti verſu depinxit Poëta:

Vt lachrimis, cæpi, lachrimis ità finio vitam Totum penè meum viuere, flère fuit.
Sic omnes vitam ordimur, ſic claudimus omnes, Ad fletum flentes naſcimur, & morimur.
Naufraga nos iſtis tempeſtas merget in vndis, Quiſque ſuis merſus ſic ſepelietur aquis:
Ille vnus fœlix, qui fletum iam egerit omnem, Ne lachrimas ſtillet poſt ſua fata nouas.

Cap.13. Denique, illud veterum ſit inſtar omnium: Homo, Bulla, fumus, fabula, folium (cum veriloquio Iobi) quod vento rapitur, imò quaſi putredo, quo reſpexit magnus Homerus: Iliad.6.

Tale quidem genus eſt hominum, quale eſt, foliorum. Quorum hæc, ventus humi fundit.

Fœlices, quibus vnicum eſt æternitatis obiectum, & pro bulla, fumo, folio, robur animi, qui æternus eſt, & ſacer.

CAPVT XLIII.

Mos excuſandi iniurias, & redeundi in gratiam apud Romanos. Ira funeſti effectus.

OPtandum quidem profectò eſſet, vt qua facilitate poſt offenſiones in gratiam redibant Ethnici, eadem, ſed diſpari ritu reconciliationi ſtuderent Chriſtiani, non tot eſſent inter illos diſſidia implacabilia, non tot duella, non tam diuturna animorū diuortia, deniq; non tot bella, quib' *Cadimus, inq; vicem præbemus crura ſagittis.*

Plutar. in Cic. Aſt videamus quo ritu veteres illi in amicitiam iniurijs fortè diſruptam redibāt: diuerſæ ſiquidem reconciliationis formæ leguntur. Prima erat *Amnyſtia.* Vndè Cicero, cum violenta Cæſaris mors in Vrbe contigiſſet, & poſt ſeditiones ac ciuiles tumultus, pleraque à Conſule Antonio de pace agitata fuiſſent, longa, & improuiſa oratione Senatui perſuaſit, vt Athenienſium exemplo, Cæſari, ac Cæſaris amicis illatæ iniuriæ obliuioni mandarentur: & Prouinciæ Bruto, Caſſioq; cędis auctoribus, eorumq; ſocijs decernerentur. Apud

Digitized by Google

Apud Ægyptios,inquit Auila,cùm aliqui diſcordes in concordem amicitiam reducebantur, pro ſymbolo amicitiæ,cytharâ pulſabatur,ex ſigno concordia denotabatur. Huncque ritum vocabant *Apollinis fœdus*.

Conuiuium etiam ſolemne maiores inſtituerunt, idque *Chariſtiã* appellauerunt,de quo ſuprà cap.9. diximus, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur,vt ſi qua inter neceſſarios quærela eſſet orta,apud ſacra menſæ, & inter hilaritatem animorum fautoribus concordiæ adhibitis tolleretur. Apud alios verò,qui alterum verbo,vel facto violârat,non priùs reconciliabatur,quàm malam ſe mentem in iniuriâ proferenda non habuiſſe iuratò declararet. Plautus:

Aut ſatisfaciat mihi,atque adiuret inſuper, Nolle eſſe vera quæ in me inſontem protulit.

Apud Terentium: *Nollem factum: dabitur iuſiurandum, Te eſſe indignum iniuriâ hac:* Id ipſum Steſichorum Poëtam Lyricum ab Achille admonitum feciſſe ferunt. Cùm enim quod Helenam carmine vituperaſſet,oculis eſſet orbatus, intelligens cæcitatis ſuæ cauſam,protinus palinodiam cecinit. Helenamque prius vituperatam ſic laudauit:

Non verus ſermo ille fuit,nec nauibus altis Exiſti fugiens,nec adiſti pergama Troiæ.

Suetonius de Cæſare c. 78. *Satisfacientem quoque eadem die adhibuit cœna.*

Nil in te ſcripſi Bithynice: credere non viſe

Adde Martialem: Martial. lib. 12.

Et iurare iubes,malo ſatisfacere

Plura de honorarijs iſtis animaduerſionibus legat qui volet apud Ianum Langlæum lib 10 c.1. Semeſtrium. Porrò,in his quæ publicam ad rem ſpectabant,apertè amicitiam renunciabant,inimicitiaſque denunciabant. Liuius: *Legati Perſeo qui amicitiam renunciarent,& M. Acilio Conſule, conſulti feciales num priùs Ætolis renuncianda amicitia eſſet,quàm bellum inferendum.* Lib. 45.

Idem quandoq; ſeruatum inter priuatos *Quanquam non vltra erat ſæuitum,quàm vt amicitia Cæſaris prohiberetur.* De Curtio Nicia Suet. (de claris Gram.) *Pompeium offendit,domoque ei interdictum eſt.* Vndè queſtus Turni apud Virgilium: Liu. lib. 3.

——*Se limine pelli.*

Et apud Iuuenal. Sat 3.

——*Limine ſubmoueor.*

Satis ſit talium, ex quibus deteſtabiles effectus producebantur. Alexander Magnus iræ impatiens intimum amicum ſuum Clitum inter epulas manu ſuâ parum ſibi adulantem transfodit. *Lucillus C. Mario perfringi crura,erui oculos, amputari manus iuſſit,& quaſi toties occideret,quoties vulnerabat,paulatim, & per ſingulos artus lacerauit.* Seneca 3. de Ira. cap. 17.

Caius Caligula multis occiſis Senatoribus cum nec adhuc ira eius placari poſſet,optabat populum Romanum vnam ceruicem habere, vt ſcelera ſua tot locis ac temporibus deducta in vnum locum,& in vnum diem cogeret. Eccè quomodo vehementius æſtuans ira menti graues nebulas offundat. Sueton.

Quod Rex Perſarum ſatis iratus oſtendit, totius populi nares recidit in Syriâ, & perperciſſe viſus eſt quod non tota capita præcidiſſet: *Vbi fræna ſemel iræ laxantur, ruinis ſimillima eſt, quæ ſuper id quod oppreſſere pariter franguntur.* Meritò ergò Ethnici damnabant iram, multò magis dolum, ſimulationem, fraudem, inter Chriſtianos alioqui ſic vſitatas, vt bardus cenſeatur, qui promptam & intectam in fronte amicitiam geſtat.

CAPVT XLV.

Ritus amicitiæ ſanciendæ apud nonnullos Gentiles, vt & fœderis. Morienti dextram dabant. Ritus iungendi dextras etiam Hebræis vſurpatus.

Lib. 1. de Tranquil. animi cap. 7.

AMicitiam vt diſſuerent veteres, iam proximè dixi, modò qui coaleſcerent, populi & Principes amicitiam & pacem ſancirent paucis ediſſeram, ſi tamen priùs amicitiæ bonum præmittam. Sed non tam meis quàm Senecæ Sapientis illius æui verbis. *Nihil*, inquit, *æquè oblectauerit animum, quàm amicitia fidelis, & dulcis. Quantum bonum eſt vbi præparata ſunt pectora, in quæ tutò ſecretum omne deſcendat, quorum conſcientiam minùs, quàm tuam timeas, quorum ſermo ſolitudinem leniat, ſententia conſilium expediat, hilaritas triſtitiam diſſipet, conſpectus ipſe delectet?* Sed enim illam hactenus dilaudat Philoſophus, quæ diu probata ſit: *Omnia*, vt alibi inquit, *cum amico delibera ſed de ipſo priùs poſt amicitiam credendum eſt ante amicitiam iudicandum.*

Pompon. Mela lib. 11. cap. 1.
Lib. 2. in Simpoſ. cap. 2.

Quod quidem documentum quanti fecerint veteres, hinc collige, quod Scytæ, & Armenij firmandæ amicitiæ causâ, mirum dictu, ſauciarent ſeſe, eductumque venâ ſanguinem mutuum delibarent. Propiores ſcrutemur. Germanos ferunt, vt ex Poſſidonio refert Athenæus, benignè complexos venas in fronte abſcindere, & ſanguinem defluentem in poculo miſcentes bibere, ſummum amicitiæ terminum attigiſſe exiſtimantes cùm ſanguinem inter ſe deguſtàrint. Hoc barbarum: licet apud alias gentes non infrequens: apud quas, nec fœdera quidem incruenta erant: *Sauciant qui paciſcuntur exemptumq; ſanguinem vbi permiſcuêre deguſtant.* Apertè

Lib. 12. Annal.

Cor. Tacit. *Mos eſt*, inquit, *Regibus quoties in ſocietatem coëant: implicare dextras, polliceſque inter ſe vincire, nodoque præſtringere, Mox vbi ſanguis in artus extremos ſe effuderit, leui ictu cruorem eliciunt, atque inuicem lambant.*

Lib. 12. Antiq. Iud. c. 12.
Lib. 1.

Alij (quod humanius) dextram porrigebant. Nam dextra, inquit Ioſephus, certiſſimum eſt argumentum fiduciæ: ſiquidem poſt datam dextram, nec fallere fas erat, nec diffidêre, teſte Papiniano.

Lampariter coëant animorum in fœdera dextra.

Liu. lib. 33.
Lib. 5. c. 2.

Ecce quanti ſanguis humanus, quod & inter commorientes vſitatum fuiſſe Liuius auctor eſt: *Omnes tendere ad Imperatorem Romanorum, & ruente turba in vnum adire, coniungere dextram cupientium.* Et Valerius Max, ait, Maſiniſſam à Manilio Pro-

con-

conſule Africæ petijſſe, *vt ad ſe morientem Scipionem Æmilianum ſub eo militantem mitteret, fœliciorem ſuam mortem futuram ratus, ſi in complexu dextra eius ſupremum ſpiritum ac mandata poſuiſſet.*

Tibullus:

Te ſpectem ſuprema mihi cùm venerit hora, Te teneam moriens, deficiente manu.

Rationem horum reddit Varro: *In ſalutatione*, inquit, *maiores dextram dextra iungebant: cuius rei cauſa eſt, quod omnis eorum honor, dextrarum conſtitit virtute, ob quam rem hac ſe venerabantur corporis parte.* De lingua Lat.

Hinc Campani iungebant quidem dextras, ſed eo ritu adiecto, vt indè ſacris epulis aſſiderent. Quod Liuius probat exemplo Calauij hominis Campani ità filium ſuum alloquentis: *Paucæ horæ ſunt intra quas iurantes per quicquid Deorum eſt, dextram dextra iungentes, fidem obſtrinximus, vt ſacratis de menſis eſſemus.* Lib. 3.

Ætoli, teſte eodem Liuio, iungebant etiam dextras ad Altare, arbitrati ſummum eſſe piaculum, hunc poſteà temerare ritum, quem ſeruauere fœdus ineundo cum Romanis. Auſi tamen Chriſtiani proh pudor! & altaria fidei temerare.

Apud Perſas epulæ erant terminæ odiorum, quibus epulis adhibebant vxores, liberos, & charos omnes, veluti pignora amoris, quem illæ epulæ procurabant.

Macedones, vt refert Curtius, ſubodorati in pane typum concordiæ, ſpecimen edituri amoris præcipui, panem gladio diuidebant. Ritum illum Curtius adſtruit exemplo Alexandri Magni, cuius ille ſic meminit: *Rex medio cupiditatis ardore iuſſit adferri patrio more panem, hoc erat apud Macedones ſanctiſſimum coeuntium pignus, quem diuiſum gladio vterque libabat.* Lib. 8.

Ritus etiam ille iungendi dextras, de quo antè, Hebræis quoque vſu receptus. Nam vt legitur, Iehu ſuſpectam habens fidem Ionadab petijt ab eo manum in teſſeram affectus indubij: *Inuenit*, inquit Sacer Codex, *Ionadab filium Rechab in occurſum ſibi, & ait ad illum: Nunquid eſt cor tuum rectum ſicut cor meum rectum cum corde tuo? & ait Ionadab eſt: ſi eſt, inquit, da manum tuam, qui dedit ei manum ſuam, at ille leuauit eum ad ſe in currum ſuum.* Plura ad hanc rem pertinentia videantur Cicero de Amicitiâ, Plutar. S. Auguſtinus, S. Thomas, & nouiſſimè R. P. Marcellinus Piſe Ordinis Capucinorum vir doctiſſimus Encyclop. tom. 3. quem adire poterit cui placebit huiuſce ritus vlterior cognitio. Iam ad alia animum & ſtylum transferamus. 3. Reg. 10.

CAPVT XLVI.

De Fontibus, fidem tantùm non ſuperantibus.

EXcurrat iam licet ſtylus noſter ad res inanimas, & primùm amœniores, quas Deus, & naturà mirabili arcano prouidentiæ produxit, ac induxit fontes, vim

Digitized by Google

habentes tam ad ſarciendam corporum valetudinem, quàm etiam ad animos otio relaxandos. Lubet exordiri à ſulphureis illis, & calidis aquis, quas naturæ beneficio purgandis, ſanandiſque corporibus in noſtro vicino Aquenſium ſolo, non ſine admiratione conſpicimus. Tales Fontes in diuerſis orbis partibus olim apparuiſſe Seneca Auctor eſt. *Quare quædam*, inquit, *aquæ caleant, quædam etiam ferueant in tantum, vt non poſſint eſſe vſui, niſi aut in aperto euanuêre, aut mixtu à frigida intepuêre, plures cauſæ redduntur. Empedocles exiſtimat ignibus, quos multis locis terra opertos tegit, aquam caleſcere, ſi ſubiecti ſunt ſolo per quod aquis tranſcurſus eſt.* Et poſteà: *Quidam exiſtimant per loca ſulphure plena, exeuntes, vel introeuntes aquas calorem beneficio materiæ, per quam fluunt, trahere: quod ipſo odore, guſtuque teſtantur; reddunt enim qualitatem eius quâ caluerunt materiæ quod nè accidere mireris, viuæ calci aquam infunde feruebit.*

Lib. 3. Nat. quæſt. cap. 24.

Illa Empedoclis ſententia, vt non improbanda, ità nec poſteriorum contemnenda. Nam terram in ſe continere non ſpiritus modò & aquæ, ſed & ignis quoque ſcaturigines voluit Ariſtoteles. Sunt enim huiuſmodi ignes, vt rectè annotat Franciſcus Fabricius, ità ſub terrà occulti vt minimè deprehendantur, multi verò factâ eruptione, ſpiracula quædam ſibi emiſſaria parârunt, per quæ fumos, flammas, cinerem, ac glebas nonnunquam ferri ignitas euomunt, vt in Lipara Hiera, aliiſque Inſulis, & Ethna Monte Siciliæ videre adhuc licet, vt & apud nos non infrequenter, in altiſſimis hullarum fodinis.

Lib de Mundo & Meteo. 2. De Baln. Aquen.

Iam Veſuuij Montis Plinij Secundi interitu nobile incendium, & quod nuper non procul indè in agro quodam Campano viſum eſt, an non manifeſta ſatis teſtimonia ſunt, ignium ſub terrâ accenſorum?

Accenduntur porrò, aut ſolari potentiâ, aut fulminum penetratione, aut ſpiritus colliſi (diſcerpto prius aëre in exigua fruſtra) incenſione, quoties hæc in materiam inflammari aptam inciderint, haud ſecus quàm ſupra terram attritu ferri, ac ſilicis igne excitamus, ac domos, arceſque fulmine cremari nonnunquam videmus.

Sic Solis radijs quædam accendi concauo oppoſito ſpeculo, notius eſt quàm vt probatione opus ſit, hoc enim modo aiunt Archimedem Siracuſanum hoſtium triremes incendiſſe.

Et columbino ſtercore à Sole excalefacto domum aliquandò accenſam conflagraſſe in Myſiâ, teſtis eſt Galenus.

Lib. 3. de Temper.

Porrò, materiæ in quibus ſubterranei ignes incenduntur, ſunt ſulfur, alumen, ſalnitrum, terra carbonaria, bitumen, calcanthum, & id genus metallica iam dicta: quibus cum multum ſit igneæ ſubſtantiæ immixtum, teſte Galeno, facilè ex aliqua dictarum cauſarum accenduntur, ignique fomenta ſubminiſtrant, qui cum iuxta fontes ſitus fuerit, aquas indè manantes, aut propter fluentes calefacit, vt aliæ tepentes, aliæ feruentes indè proſiliant, vt in Aquenſibus videmus.

Lib. de Simp. medicam.

De

De his fontibus plerique adinſtar miraculi ſcribunt, in quibus Solinus: *Fontes ſanè calidi, & ſalubres aliquot locis efferueſcunt*, inquit, *qui medelas adferunt, aut ſolidant* *Cap. 10.*
oſſa fracta, aut abolent à Soliſugis inſertum venenũ, aut etiam ocularias diſſipant ægritudines. Sed qui oculis medentur, & coarguendis valent furibus (quod mirum dictu) *nam quiſquis Sacramento raptum negat, lumina aquis attrectat, vbi periurium non eſt, cernit clarius: ſi perfidia, abnuit, detegitur facinus cæcitate, & captus oculis admiſſum tenebris fatetur.*

Subijcit aliud exemplum mirifici ſimilis fontis R. P. Gretſerus Societ. IESV *Lib. 1.*
in poſthumis aduerſarijs ex ſcriptis cuiuſdam Stephani, qui fontem dicit extare in *c. 10.*
Sicilia, *in quem cùm mittitur tabella à iuratis, ſi verum dixere fluitat, ſi falſum mergitur, ipſique continuò flammantur.*

Quæres cauſas, & rationes iſtarum operationum in iſtis fontibus latentium, vt *Lib. 1. de*
etiam occulta mentium patefacere queant. Ego cum Diuino Auguſtino diuinæ *Ciuit.*
potentiæ id adſcripſerim, quæ voluit in ſimilibus miris operibus infirmam mor- *Dei c. 5.*
talium ratiocinationem vincere. fixam tamen apud nos eſſe rationem non ſine ratione omnipotentem facere, vndè animus humanus infirmus rationem non poteſt reddere: & in multis quidem rebus incertum nobis eſſe quid velit, illud tamen eſſe certiſſimum, nihil eorum eſſe impoſſibile quæcumque voluerit: eique nos credere prædicenti quem neque impotentem, neque mentientem poſſumus credere.

Verùm, proſequamur miros iſtos fontes, aut certè flumina. *Quibuſdam fluminibus vis ineſt mira*, inquit Seneca, *Alia enim ſunt quæ pota inficiunt greges ouium, intra-* *Lib. 3*
que breue tempus, quæ fuere nigra, albam ferunt lanam, quæ alba venerant, nigra abeunt. *Nat.*
Hoc etiam Boetia amnes duo efficiunt, quorum alteri ab effectu Melas nomen eſt: vterque ex eo- *quæſt.*
dem lacu exeunt, diuerſa facturi. In Macedonia quoque eſt flumen, ad quod qui facere albas oues cupiunt adducunt, quod vt diutiùs potauere, non aliter quàm infecta mutantur. Conſonant iſta Vitruuij: *Sunt*, inquit, *Boetiæ fontes, & flumina, cùm pecora ſuis temporibus anni parantur ad conceptionem partus: per id tempus adiguntur eò quotidiè potum; ex eoque quamuis ſint alba, procreant alijs locis leucophæa, alijs pulla, alijs coracino colore.* Et iſta Ariſtotelis: *Sunt aquæ multis in locis, quas cùm oues biberint, moxque inierint, nigros gene-*
rant Agnos: ſic in Antandria duo ſunt fluuij, quorum alter candorem, alter nigritiem pecoribus *Lib. 3. de*
facit. Inſuper in Campaniæ regione, inquit Plinius: *Sinueſſanæ aquæ ſterilitatem fæ-* *Hiſt.*
minarum, & inſaniam virorum abolere produntur. ſubijcitque Plinius in Admirandis, *animal.*
Ciceronem prodidiſſe. *Reatinis paludibus vngulas iumentorum indurari. Eudicus in* *c. 12.* *Lib. 17.*
Heſtiæotide fontes duos tradit eſſe, ex quo bibentes oues nigras fieri: Melan ex quo albas, ex vtro- *cap. 2.*
que autem varias.

Memoratu etiam digna quæ de his aquis ſcribit Silueſter Giraldus. *Eſt fons*, in-
quit, *in Monouia, cuius aquis ſi quis abluitur, ſtatim canus efficitur. Vidi hominem cuius* *Lib. 2.*
pars barbæ lymphis iſtis lota, canis incanduerat, altera parte tota in ſua natura fuſca manen- *Topogr.*
te. Eſt etiam fons in Vltonia quo ſi quis abluitur, non caneſcet amplius. *Hibern.* *cap. 7.*

Eſt inſuper fons in vlteriori Boreali Vltoniæ parte qui ob nimiam ſui frigiditatem ligna impoſita per ſeptennij ſpatium in lapides obdurat.

 Habet

Habet & Norvvegia fontem ſimilis naturæ, ſed tantò tamen efficacioris potentia, quantò ad frigidam zonam magis accedit. In hoc enim non tantùm ligna, ſed & linea, laneaque tela per annum impoſita duriſſimum in lapidem congelantur. Vndè & Gvvaldemaro Danorum Regi noſtris diebus regnanti, quidam Epiſcopus Norvvegiæ Oxippale quod anno præterito probandi cauſa ab eodem ſuſceperat, naturæ iam retulit bipartita, parte enim media fonti impoſita lapis erat, alterá parte, qua extra iacuerat, in ſuâ permanente naturâ.

Lib. 2. Method. Medicinæ. Lib 3. cap. 2. Nat. quæſt.

Tales fontes vidiſſe ſe ſcripſit eruditiſſimus quondam Medicus Henricus ab Heer popularis meus his verbis *Talem ego fontem* (qualem nimirum deſcribit Seneca) *in Euganeis vidi, & ante me eum obſeruauerat vndequaque doctiſſimus Ioannes Heurnius, vbi ait ſe vidiſſe muliebrem mammam in ſaxum euaſiſſe, quod cùm mortua iaceret, hoc fonte merſa fuiſſet. Alium hoc valentiorem vidi tertio à Moguntiâ lapide, propè Svvalbach, qui pagus aquis Spadanis nihilo cedentes exhibet, quod meo experimento ante nouemdecim annos didici; in quem pila palmaria, chiroteca, aliaque poroſiora iniecta, vnà nocte lapideſcebant: nec hoc tantùm, ſed & ligna vicina ſepium vicem obeuntia, diuturna irrigata pluuia, ceù viſa Gorgone in ſaxum mutabantur, in quibus videre erat partem pluuio imbre, vaporibus ex hoc fonte collectis madidam lapiduiſſe, reliquam verò nihil à ligni naturâ abiiſſe? ita vt in eodem trunco manifeſtiſſimè lignum lapidemque exiſtere quiuis etiam Corydon iudicaret. Talem etiam audio eſſe in Arduennâ, non longè à Malmundario, cuius meminit Gilbertus Lymborch, qui primus hos fontes Spadanos delineauit. Tales etiam Ortelius in ſua Hibernia; Saxo Grammaticus in ſua Dania, & Petrus Hiſp. in peruaco tales inueniri tradunt.*

Lect. Antiq. lib 30. cap. 16.

Cauſam huiuſce rei ſi quæras, illam dabit ex Philoſopho Cælius Rhodigin. qui reſpondet idcirco prouenire, quod lapis defectu humoris conſiſtit, caloreque potiùs, quàm frigore humor deficit, & lapideſcit calore, & tales etiam in ſalutem ægrorum, vti noſtræ Spadanæ exiſtunt. Sed caueant qui locis illis dominantur, nè pretium aliquod bibentibus imponant (quod aliquando tentatum) nè idem ijs eueniat quod Regis Antigoni Ducibus, qui vt aquam ægris ſalutarem frugaliùs diſpenſarent, certum bibentibus pretium impoſuerant, vti refert R. P. Petrus Halloix Societatis IESV in Notis ad Vitas PP. Eccleſ. Orient.

Lib 2. de Rebus Suec.

Sunt & alij Fontes in Germaniâ qui tanto ebulliunt ſpiritu, vt furioſam aquam omnes nuncupent. Tales, & thermas reperiri refert Fœlix Faber in montibus & ſcopulis quæ tanto talique ſonantium aquarum colliſione, & murmure cadunt, vt qui illuc valetudinem curaturi conueniunt, primo thermarum ingreſſu certum ſymphoniæ genus & inſtrumenta ſibi muſica ſe audire imaginentur, tam aſſiduo fragore aures illis obtundantur, vt muſica initio ſuauiſſima, imaginatione diuturnâ in faſtidium, & cruciatum abeat: ij verò qui tympanum ſibi, aut ſonorum magis inſtrumentum imaginati ſunt, demùm penè inſaniant, ob moleſtiſſimum aſſiduè obturbantem ſtrepitum.

Cap. 12.

Non deeſt in Haleſinæ Regione Fons, inquit Solinus, aliàs quietus, & tanquillus,

Digitized by Google

lus, cùm ſiletur: ſi inſonent tibiæ, exultabundus ad cantum eleuatur, & quaſi miretur dulcedinem vocis, vltra margines intumeſcit.

Apud Garamantas perhibent, inquit S. Auguſtinus, Fontem quendam tam frigidum diebus, vt non bibatur; tam feruidum noctibus, vt non tangatur. In Epiro alium fontem, in quo faces vt in cæteris extinguuntur accenſæ, ſed non vt in cæteris, accenduntur extinctæ. *Lib. 21. de Ciuit. Dei. c. 5.*

Athenæus Græcus Scriptor eximius refert ex ſcriptis cuiuſdam Alexandri etiam Græci Auctoris, in Aſiâ ſe olei fontem inueniſſe. Franciſcus verò Gonzaga aſſerit fuiſſe in Eccleſiâ Bononienſi puteum quemdam, in quem (vt ex Græco tranſtulit Reuerendus P. Petrus Halloix Societatis IESV Not. in Vitâ Sancti Polycarpi) olim multa Sanctorum Martyrum Corpora à tyrannis occiſoribus proiecta fuerant, & oleum ex diuino beneficio indè emanaſſe, tam fouendis lampadibus commodum, quàm diuerſis fidelium infirmitatibus perſanandis mirificum: ſed humanæ auaritiæ noxis id exigentibus, quæ eò veſaniæ proceſſerant, vt ſumpto pretio curandis etiam brutis animalibus eò abuterentur, deſiſſe tandem. Nec mirum ſi Deus certorum deſpicientiam miraculorum, & miſtam ei auaritiam puniuit; quando & naturalia beneficia in commune à ſe collata, ſi quâ inuidiâ, aut priuati commodi reſpectu ad vſus paucorum reſtringi animaduerteret; etiam Gentilibus cum ipſorum admiratione, & pœnitentia ademerit. Ità ille. *Dipnoſ. lib. 2. cap. 2. Part 2. Seraph. relig.*

Scriptis etiam prodidit Athenæus, apud Erganem extare Fluuium, de quo qui bibunt, ebrij fiunt, perindè atque ſi vinum in copia bibiſſent, quod & de conſimilibus Vitruuius, atque Plinius teſtantur. *d. cap. 2.*

Queri de me poſſet Hiſpania, ſi alijs nimiùm inhærendo, illius fontes cæteris adhuc nobiliores prætergrederer. Extat igitur in Hiſpania, vt refert Petrus Martyr Mediolanenſis, Inſula nomine Bonica, aliàs Agnaneo, fons perennis adeò nobilis, *vt illius aqua epota* (verba eius ſunt) *Senes reiuueneſcant.* Et ſubijcit: *Nec arbitretur Beatitudo tua hoc dictum iocosè, aut leuiter: ità ſeriò rem hanc per Curiam vniuerſam auſi ſunt ſpargere, vt populus omnis, & ex ijs quos virtus, aut fortuna ſecernit à populo, non pauci rem eſſe veram arbitrentur.* Mihi tamen hic aqua hæret, nec velim credulis herbam dare, ab illiſque velim reſponderi, qui Reges moriantur morte cæteris præcociori, ſi fontis iſtius guſtu iuueneſcere ijs liceret. *Decad. 2. lib. 10.*

In Iudæâ riuum Sabbatis omnibus ſiccari Plinius ſcribit, cui aſſentitur Ioſephus verbis his: *Nam cùm ſit magnus quando fluit, feraturque impetu non leui per ſpatium ſex dierum: poſteà totus die ſeptima ceſſat, prabetque aluei locum oculis ſpectandum, qui eſt ſiccus: deinde quaſi nulla eſſet facta mutatio, poſt diem ſeptimum erumpit, atque hunc ordinem exactè ſemper ab eò ſeruari notatum eſt.* *Lib 31. cap. 2.*

In Vrbe Hierapoli, vt annotat paullò antè citatus R. P. Petrus Halloix in vita S. Papiæ illius Vrbis Epiſcopi, aquæ calidæ ſcaturiunt, & Laodiceæ viſæ ſunt aquæ

etiam

Digitized by Google

etiam fluuij lapideſcere, tametſi ſint potabiles, quales etiam fontes vidiſſe ſe ſcribit in finibus ſuperioris Hungariæ in quodam colliculo, ex quo ſcaturiens aqua fontem efficiebat perennem.

Lib. 7. nu. 11. Refert ex Euſtachio R. P. Iacobus Gretſerus, exſtare fontem Aſtecomij, & Daphnopoli, in quem ſi virgo intrârit, aqua pellucida manet; ſi verò quæ virum paſſa eſſet, turbida continuò redditur, ſed & hoc in dubium reuoco, aut certè pleraque ægerrimè credo.

Notabile quod ſcribit Euanthes Græcus Author de Arcadibus, quod cùm ſtagnum quoddam eius Regionis tranant, veſtitu priùs in quercu ſuſpenſo in lupos tranſmutentur, & cum cæteris eiuſdem generis congregati, per nouem annos lupi permaneant: & hoc tempore, ſi humanis carnibus abſtineant, reuerti rurſum in ſtagnum, & cùm tranauerint, effigiem recipere, & reuerti ad priſtinum habitum addito nouem annorum ſpatio. Idem confirmat Varro teſte B. Auguſtino.

Lib. 18. cap. 17. de Ciuit. Dei. Lib. 8. de amor. Clitophon. Alais fons miræ admirationis prope Epheſum viſitur, Stygis nomine vocatus, de quo mira Achilles Tâtius his verbis: *Cùm aliqua*, inquit, *violata pudicitia arguitur eam in fontem deſcendere compellitur, cuius vnda vix medias tibias attingit. Indicium autem fieri hoc pacto conſueuit; quæ delata eſt falsò ſe inſimulari iurat, iuſiurandumque in tabella deſcriptum collo ſuo alligatum ſuſtinens, in fontem deſcendit, at ſi verum iuſiurandum iurauerit, aqua omninò immota manet; ſin minùs, intumeſcit, atque ad collum vſque ſe attollens tabellam contingit.*

In lib. 3. Mela. Denique, *in Badenſibus thermis*, inquit Vadianus, *quæ ad Rhenum ſunt, fonticulum eſſe feruentis aquæ ferunt, in quem ſi quis pullum gallinaceum, aut alium huiuſce generis merſerit, facilè deplumari volucrem; ſi furta ſubſtraxerit nihil efficere calorem, nec plumas ſolui, aperto furti indicio.*

Sed ſuſpicor nonnullos eſſe, qui admiranda iſta ſpernant, perindè atque ſi quis attellanas fabulas narret; at ſint iſtius ſortis homines: equidem ab illorum partibus minus ſtabo, cui citra leuitatis vitium credere fas viris doctis, & nonnullis vitæ ſanctimonia claris, Deique potiùs omnipotentiam cum Auguſtino admirari, qui facit mirabilia magna ſolus, & cuius ſapientiæ nullus eſt numerus, dixerimque cum Iſaia: *Domine Deus meus es tu, exaltabo te, & confitebor nomini tuo, quoniam feciſti mirabilia.* Submittamus itaque curioſi ingenij alas, & ſcire noſtrum tantiſper differamus, dum apud illum erimus, in quo ſine vllo velo videbimus vniuerſa naturæ myſteria. Enimuerò Ethnici ipſi in hac indagine verſabantur, ſimul & inditam vim fontibus mirabantur. Vndè & *Fontinalia feſta* in illorum honorem inſtituebant; hiſque ferijs coronas in fontes iaciebant, vt & *Fontinalia ſacra*, de quibus vide Turnebum, lib. 25. aduerſar.

CAPVT

CAPVT XLVII.

De Lapidibus quædam ſingularia.

QVæ etiam in Lapidibus admiranda cernimus, nec ea ſilentio inuoluenda cen-
ſemus. *Lapidem* igitur *è Scyro Inſula*, inquit Plinius, *integrum fluctuari tradunt*, Lib. 36.
eundem comminutum mergi: alium qui corpora defunctorum excepta, intra quadrageſimum c. 17.
diem exceptis dentibus abſumit.

Quid de Lapide Ophite, de quo idem Plinius, qui cauatur, tornaturque in va- Lib. 36.
ſa coquendis cibis vtilia, vel ad eſculentorum vſus? cap. 23.

Quid de Lapidibus ità lucidis, vt faculæ præbeant vicem ſerpentibus volan- Indidem.
dis?

Exſtat etiam Amiantus Lapis alumini ſciſſili (quod vulgò plumoſum vocatur)
ſimilis, ex quo, teſte Dioſcoride, lintea contexunt Indiani, quæ in ignem coniecta Lib. 5.
inflammantur quidem, ſed exempta ſplendeſcunt, nihilque illis deperit, neque de- cap. 99.
teriora efficiuntur.

Quid de Selenite? Lapis eſt, & gemma quædam in Perſide ſiue Arabia naſcens, Plin.
cuius cum creſcente lunâ, candor creſcit, & decreſcente, ſeu minuente, pari quo- lib. 37.
dam paſſu nouo naturæ miraculo decreſcit. cap. 10.

Quid de candido, & translucido phengite? qui quæ à tergo fiunt monſtrare
dicitur: & quo Domitianum Imperatorem vſum affirmat Suetonius: *Tempore*, in- Cap. 14.
quit, *ſuſpecti periculi appropinquante, ſolicitior in dies porticuum, in quibus ſpatiari conſueue-
rat, parietes, phengite lapide diſtinxit, è cuius ſplendore per imagines quidquid à tergo fieret pro-
uideret.*

Eius generis lapidem habuiſſe fertur Maximilianus I. Imperator. Hinc celeber- R. P. Dre-
rimam Germaniæ Vrbem ingreſſo, gratulatum aduenit Magiſtratus, & chryſeu- xelius in
deton aureis plenum obtulit in monimentum debiti obſequij. Erat tum Impera- ſuo Nice-
tor in conclaui, non procul à foro vbi ſpectacula parabantur, digreſſo indè Magi- talib. 2.
ſtratu Ciuico, initium eſt datum ludorum equeſtrium. Aulici famuli plerique c. 10.
omnes huc illuc dilapſi, occupando commodiore loco. Secutus Imperator cum
paucis cratêre aureo in menſâ relicto, & ianuis, per quas tranſierat, apertis. Iam
omnibus in ludos contentis familiarium vnus in Cæſareum conclaue obrepit, ſi-
lentio aureos credo numeraturus, ſed ſuæ crumenæ. Ergò poculum inuadit, nec
parcâ manu extrahit partem aureorum non minimam, ratus ſe à nemine videri.
Interim Imperator phengitem ſuum diſſimulanter ante ſe mouet. Reditur in
conclaue, magna hic omnium expectatio partiendi muneris. Iubet Cæſar ſingu-
los Dominorum pro ſe quemque accipere. Etiam ille qui antè inuocatus vene-
rat: vocatus eſt, & iuſſus extrahere quantum manu prenderet, initio ille mode-
ſtè tergiuerſatus, tandem pauculos aureos verecundis digitis attollit. Hic Impe-
rator: numera, inquit, quot traxeris, numerat ille: Cæſar iterum. Iam, inquit, &

Digitized by Google

illos prome, quos nobis abſentibus traxiſti, videamus, num anteà, an iam fueris cordatior. Fit funus miſer, balbutit, contremiſcit, vocem vix expedit, muſſat, deprecatur, expromit tandem aureos è furtiuo ſacculo, & numerat, ſed longè plures eſſe comperti, quos priùs clepſerat, quàm quos iuſſus excerpſerat. Tum Imperator, tolle, inquit, omne hoc tuum eſt, ſed ſub oculos meos non redi. Quod exemplum transfert pro ſuo laudabili more Reuerendus P. Drexelius ad Deum Opt. Max. cuius oculus ſine phengite omnia cernit, ac introſpicit intima rerum & cordium; ità ludit in rebus humanis magnus ille Deus; non caſu aut fortuitò, ſed pœna vel præmio decreto. Iam ludi mentione, occurrit aleæ luſio tractanda.

CAPVT XLVIII.

Alea luſus veteribus non incognitus, & qui vetitus, aleariæ amicitiæ quæ?

REctè M. Tullius ijs libris quos de officijs ſcripſit, cenſet ludo, & ioco vti quidem licere, ſed vt ſomno, & cæteris remiſſionibus, & quidem ità, ſi grauibus cæteriſque rebus, & negotijs ſatisfecerimus. An autem inter laxamenta, & luſus, alea priſcis fuerit vſitata? quæſtionis eſt, ſi ſit, à quibus inuenta? Lydios au-

Lib. 2. c. 13. ctores ferunt, non tam voluptatis, quam compendij gratia, vt Herodotus apud Polyd. tradit. Nam cùm grauitate annonæ patria premeretur, ſic famem conſolaria ſolebant, vt altero quidem die cibum ſumerent, altero ludis operam darent. Poſtea ludus manſit, ſed non licitus. Siquidem qua ciuili iure, qua pontificio, inter pernicioſos luſus iſte refertur atque condemnatur, vnde Horat. *damno-*

Saty. 4. *ſam* vocat *aleam.*

Si damnoſa ſenem iuuat alea, ludit & hæres.

Philip. 2. Itaque priſcis vetita erat. Vnde M. Antonium Licinum Lenticulam colluſorem ſuum de alea condemnatum reſtituiſſe ſcribit Cicero, & Vlpianus ex Prætoris edicto ſcribit actionem negari, ſi quis eum apud quem luſum alea eſſe dicetur verberauerit, damnumve ei dederit. Neque enim permiſſus eſſe debet is luſus, ex quo diſſidia ac cædes quandoque oriuntur, iuxta illud Horatij:

Lib. 1. ff. de alea luſu & aleat.

Cas. 4.

Diſplicet iſte locus, clamo, & diludia poſco, Ludus enim genuit trepidum certamen & iram,
Ira, truces inimicitias, & funebre bellum.

Notatus inde Auguſtus Cæſar, in quem bello Siculienſi, teſte Sueto. vulgatum

Cap. 4. eſt iſtud Epigramma:

Poſt quam bis claſſe victus naues perdidit, Aliquando vt vincat, ludit aſſidue aleam.

Claudium Cæſarem ita aleæ addictum ferunt, vt de illius arte librum emiſe-

Sueto. rit, adeoque vt etiam in geſtatorio, id eſt, lectica, ſiue ſella, qua vehebatur luderet, vtpote eſſedo alueoque ſic adaptatis ne ludus miſceretur.

Adde

Adde Domitianum, qui & ipſe quoties otium eſſet, aleâ ſe oble&abat, etiam profeſtis diebus, matutiniſque horis, vt Suetonius ſcribit.

Vt mirum non ſit, ſi poſteà Pontifices Romani, & Concilia OEcumenica luſum hunc ceù pernicioſum damnârint: nam in Conſtantinopolitana Synodo 6. ſcriptum legimus: *Nullum omnino, ſiue Clericum, ſiue Laicum, ab hoc deinceps tempore, alea ludere permittimus, qui ſecus fecerit excommunicetur.* Imò Clericos Aleatores ſacris initiari prohibet Canon, & ſi initiatus, nec monitus pareat, beneficio priuandus iudicatur, iuraque ciuilia permittant aleatores ſummatim, & è plano omiſſis iudiciorum ſolemnibus, & formulis caſtigari poſſe. *Cap. inter dilectos de exceſſ. Prælat.*

Vt proindè iure meritoque in tales Zabulo aleæ inuentori ſacrificantes inuehitur Sanctus Cyprianus in aureâ Epiſtolâ, quâ aleæ ludum, ceù impium ac blaſphemum à Chriſtianorum vita atque moribus alieniſſimum eſſe docet, & Aleatores idololatriæ, prodigalitatis, furti, rapinæ, periurij, blaſphemiarum, aliorumque ſcelerum, & flagitiorum Reos eſſe indigetat.

Qua ratione cenſuit Angelus, eum qui in aleæ cartarumque pictarum luſum pecuniam inſumit, poſſe confeſtim nulla etiam præcedente ſententia, ſupplicio affici, id quod etiam aduerſus blaſphemos obſeruari ſolet, vt auctor eſt Ianus Langlæus: Et Iuſtinianus ipſe prohibet, *ne Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, &c. alea ludant.* *Lib. 8. Semeſt. cap. 4.*

Sed hodie tantùm abeſt, vt aleatores plectantur, quin præmio aut certè commodo afficiantur, & colluſores inter, ſi Dijs placet, amicitia firmior ſit quàm verorum amicorum, vt liceat cum Diuo Marcellino dicere, cum omnes amicitiæ tepeſcant, aleariæ ſolæ, quaſi glorioſis quæſitæ ſudoribus, ſociales ſunt, & affectu nimio ac firmitate connexæ, vnde quidam ex his gregibus inueniuntur ità concordes, vt quis illos eſſe fratres exiſtimet. Inter alias nationes Germanos aleis addictos fuiſſe Tacitus auctor eſt: ſiquidem *aleam ſobrij*, inquit, *inter ſeria exercent, tanta lucrandi perdendive temeritate, vt cùm omnia defecerunt, extremo ac nouiſſimo iactu de libertate & de corpore contendant.* Occaſione Germanorum lubet diſcutere qua linguâ olim vterentur Galli? *De more Germ.*

CAPVT XLIX.

Lingua veterum Gallorum, quæ?

SErmo eorum vetus qui fuerit variè quæſitum & diſſertum eſt. Plerique eò iuère, vt Germanicum definirent: Non I. Lipſius antiquitatis ſtudioſiſſimus, è cuius ore pro exedris Louanienſibus docentis per Satyram collegi, totidem fuiſſe linguas quot populos, idque ex Cæſare cenſet, qui ſcribit diſtinctè de Belgis, Aquitanis, Celtis, *eoſque omnes, inſtitutis, lingua, legibus, inter ſe differre.* Si lingua differunt, quomodò Germanica omnium communis ſit? Sed & Cæſar iterum refellit de Arioviſto, quem ait *longinqua conſuetudine Gallica lingua* *Lib. 1. Comment.*

 vſum:

Cap. 47. *vſum* : ergò eam didicit à Germanica ſua diuerſam. Amplius, Suetonius auctor eſt, Caligulam *deuictis Gallis nonnullos ex Principibus ſe poſuiſſe ad pompam, coegiſſeque ſubmittere comam, ſed & ſermonem Germanicum addiſcere.* Quid opus, ſi is eorum ſermo? Tacitus denique in Germaniæ deſcriptione: *Gothinos*, inquit, *gallicâ vſos Pannonicâ linguâ coarguit non eſſe Germanos*, ergò non hæc Gallorum lingua, minùs Græca, quodquidem è Strabonis loco temerè ſuſpicati, diuulgarunt. Nam
Cap. 4. ille ſcribit quidem Maſſiliam *paulò antè apertam barbaris loco ludi litterarij, reddidiſſe Gallos amatores græcarum litterarum, adeò vt & pacta conuenta Græcè ſcriberent*: ſed ſcribit, ſcilicet *paulò antè*. Verba notentur, *id factum*: id eſt nuper, & ſuo æuo, cùm domiti iam Galli à Romanis eſſent, & Maſſilienſes nihil ab ipſis timerent. Nam ante ſanè non temerè in Oppidum eos admittebant, neque habitandi opinor cauſa amplius. Si didicêre à Maſſilienſibus; certè conſequitur ſermonem eum natiuum, & vernaculum ijs non fuiſſe. Denique nec ad omnes hoc Gallos pertineat, ſed ad finitimos & paucos. Nihil hic facit Cæſaris lo-
Lib. 7. cus ſcribentis *Gallos in omnibus ferè rebus publicis, priuatiſque Græcis litteris vti.* Nam ad characteres, & litteras ipſas ſpectat tantùm, non ad ſermonem vt alibi dicemus.
Part. In qua opinione eſt quoque Iodochus VVillichius in German. Taciti, qui qui-
prior. c. 6. dem *omnes tunc rationes. & acta Græcis litteris vſque ad Rudolphum I. Imperatorem Germanos ſcriptitaſſe* teſtatur, idque ex vetuſtiſſimis rationibus adhuc reſiduis certiùs colligi poſſe. Sanè, ſi Gallica lingua Græcanica, quid ità Cæſar per interpretem cum
Conſil. 51. Gallis loquitur? Nam Græcè certè ſciebat, ergò hoc vanum eſt. Nec Carolo Molij aſſentimur, ſcribenti aliquot ſæculis apud Gallos priùs Græcam linguam floruiſſe, quàm apud Romanos.

Illa ni fallor, veritas, Gallos triplici diuerſiſſima lingua vſos, vt diſtinctio illa trium populorum fuit. Nam quod quidam ex Strabone adſerunt dialecto tantùm diſcrepaſſe, ipſe ſe deſtruit, ſi attendis, cùm initio diſertè ſcribit: *Aquitanos à cæteris non ſolùm lingua prorſus differentes fuiſſe, ſed & corporibus: alios autem, nec ipſos ſermone omnes ſimili, ſed quoſdam nonnihil mutaſſe.* Nam de Aquitanis, eccè palam dicit, & de alijs oſtendit, etiam vbi ſermo ſimilis, dialectum tum diuerſam (vt ſolet in diffuſis regionibus) interueniſſe, vt inquam nec Belgæ omnes eadem dialecto vſi fuerint. Itaque ex hac diuerſitate factum, vt voces, quæ tanquam Gallicæ citantur ab antiquis, quædam Germanicam originem, aut faciem referant: quædam cum Britannica lingua conſentiant, qua Cambri, ſiue Walli hodie vtuntur, quædam cum neutra. Exemplis hæc illuſtrare facilè, ſed longum ſit.
Præfat. 2. lib. Epiſt. ad Galat. Nos cenſemus Belgas pleroſque, qui Germanicam originem præferebant, Germanice locutos, etſi dialecto (vt hodie quoque) diſcrepantes, & eò ducimus Hieronymi locum, fruſtrà aliò tractum: *Galatas excepto ſermone Græco, quo omnis oriens loquitur, propriam linguam eandem penè habere, quàm Treuiros, & ſi aliqua exinde corrupiſſe.*

Ad hos enim Gallos modò ſpectat, atque illos Aſiaticos, è Belgis, aut Semi-

germanis

germanis fuiſſe, conjecturis etiam probemus. At Celtas, Britannico vſos opinari licet, cùm & Gallos vicinum ſolum occupaſſe Tacitus ſcribat: & idem diſertè: *In Agric.*

Britannorum, & Gallorum ſermo haud multum.

Diuerſus eſſet: nempè proprius Gallorum, id eſt Celtarum. Sanè hodieque veterum Britannorum ſermo, id eſt Wallonum, mirificè conſentit cum verbis pleriſque, quæ vt gallica citantur.

De Aquitanis quid dicam? aut cum quibus aſſimilem neſcio: vellem cum finitimis Hiſpanis, ſed auctoritate deſtituor, nec ſine eâ lubet arbitrari. At lingua Gallorum, quæ hodiè obtinet, quid niſi Miſcellanea eſt, & è pluribus conflata? Nam olim Romani ſuam intulerunt, & in Tribunalibus paſſim, templis etiam Chriſtianorum, mox & apud vrbanum vulgus ac ruſticum recepta fuit, communem quidem fuiſſe ex eo euincas, quod etiam nunc ſuam illam corruptam (vt & linguam noſtram Leodienſem) *Romanam linguam* vocant: quo ſenſu, & Canon Concilij Turonenſis ſub Carolo Magno celebrati, edicit, vt *Epiſcopus Homilias apertè transferre ſtudeat in ruſticam Romanam, aut Theotiſcam, quò faciliùs poſſint cuncti intelligere.* Transferre nempè è verâ, & veteri Romanâ (quæ iam ambolevi, & inſolens eſſe inceperat) in hanc nouam, & ruſticam, aut Theotiſcam, ſiue Germanicam à Francis illatam, & in Aulâ ac nobililitate tunc frequentem. Certè iam olim corruptam illam Romanam fuiſſe, & ad exemplum quo hodie, argumento ſit Æginchardus, in vitâ Caroli Magni, qui refert eum morientem indignando dixiſſe *Hors, Hors*, quod *foras* ſignificat. Nec immeritò ea *Romana* dicta; quia ſi quis penſitat, & ſcitè examinat, reperiet tres ferè partes Latinâ origine eſſe, reliquum quadrantem à Germanis, Gothis, alijſque Barbaris, retentis etiam pauculis è priſcâ linguâ Theodiſca, quæ tunc erat honeſtorum, & nobilium. Sed quærunt nonnulli, quæ omnium linguarum ſit antiquiſſima? Ego eiuſdem Iuſti Lipſij opinionem ſequor, qui aduerſus Becanum, non eſſe linguarum primogeniam vernaculam ſuam Flandricam, ſed Hæbraïcam aſſerit, quibus argumentis videto Lipſium Cent. 3. ad Belgas, Epiſt. 44. cùm tamen Flander ipſe eſſet, & magnum ſuæ Patriæ decus. Pergamus porrò de Germanis nonnulla. *Cap. 17.*

CAPVT L.

De Germanis eximia nonnulla, & ſingularia.

IMprimis animaduerto Germanos olim apprimè venationi deditos. Tacitum teſtor: *Quoties*, inquit, *bella non ineunt, multùm venatibus per otium tranſigunt.* Cæſar: *Vita Germanorum omnis in venatione, atque ſtudijs rei militaris conſiſtit: à paruulis duritiei, ac labori ſtudet.* Quod genus exercitij minimè in vitio ponendum. *Mirum enim eſt*, vt Plinius inquit, *vt animus à cogitatione, motuque corporis excitetur, nam & ſylua, & ſolitudo,* *De morib. Germ.* *Lib. 6.* *Epiſt. lib. 1.*

do, ipſumque illud ſilentium quod venationi datur, magna cogitationis incitamenta ſunt. Hoc didicit Traianus Imperator, qui ab aſſiduitate negotiorum, frequens animum hîc laxabant. *Qua enim tibi remiſsio*, inquit idem Plinius, *niſi luſtrare ſaltus, excutere cubilibus feras, ſuperare immenſa montium iuga, & horrentibus ſcopulis gradum inferre, nullius manu, nullius veſtigio adutto?*

Paneg. ad Traian.

Secundo, Prolem illis natam ad Rhenum ferebant, clypeoque imponebant; ſi innataret, ſuam; ſi vndis abriperetur notham cenſebant.

Claudianus:

Et quos naſcentes explorat gurgite Rhenus.

Inſuper Germani conſultationes ineunt in conuiuijs madidi, ſed illas ſicci, matutino tempore recoquunt, & tandem definiunt, & concludunt, quod non obſcurè ex Tacito ed ſcis: *Ergò*, inquit, *detecta, & nuda omnium mens, poſterâ die retractatur, & ſua vtriuſque temporis ratio eſt.*

De morib. German.

Præterea, inter obſides puellæ quoque nobiles imperantur, verba ſunt Taciti: *Quanquam idem mos etiam Romanis inſedit, quos legimus olim Porſenæ Regi, nobiliſsimas Virgines, inter quas Clœlia illa, obſides dedere.* Suetonius de Auguſto: *Nouum genus obſidum, fœminas exigere tentauit, quod negligere marium pignora ſentiebat.*

Cap 21.

Amplius, apud Germanos hæc adulterij pœna: *Acciſis crinibus*, inquit idem Tacitus, *nudatam coram propinquis comam expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit: publicatæ enim pudicitia nullâ veniâ.*

De morib. Germ.

Adde, quod à fide eodem Tacito auctore commendantur: quippè quibus ſalus Principum, vt hodie Heluetijs, credebatur *Robora*, inquit, *Germanorum qui tum cuſtodes imperatori aderant.*

Ad hæc, Poſſidonius ſcribit Germanos in ſympoſijs benignè complexos venas in fronte abſcindere, & ſanguinem defluentem in poculo miſcentes bibere, ſummum amicitiæ terminum attigiſſe exiſtimantes, cùm ſanguinem inter ſe deguſtarent, quod ipſum licet antè adhuc notatum, hic tamen ſubiungendum diximus, quò Germana fides magis magiſque innoteſcat omnibus.

Apud Athen. lib. 2. c 10. Dipnoſ.

CAPVT LI.

De varijs ſuppliciorum generibus apud Antiquos.

MIrum, quantum ſtudij veteres ipſa crudelitate crudeliores impenderint in excogitandis tormentis quibus noxios, ſiue etiam innoxios pro Chriſti nomine martyria ſubeuntes, afficerent; quæ ſupplicia viſus eſt Poëta Prudentius breui verſu complecti:

Carcer, & horribilis de ſaxo iactus eorum, Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tæda.

Per *ſaxum*, intelligit *Tarpeium Montem*: è quo noxij præcipitabantur. Dictus autem Mons Tarpeius à filiâ Tarpei, quæ Romanam arcem in Capitolio conſtitu-

tam

am (cuius pater Tarpeius cuſtos erat) Sabinis prodidit, vel vt vetus Varro: *Mons Tarpeius dictus à Virgine Veſtali Tarpeia, quæ ibi ab Sabinis necata armis, & ſepulta; eius nominis monumentum relictum, quod etiam nunc eius rupes, Tarpeium appellatur ſaxum.*

De lingua Latin. lib. 4.

Itaque de ſaxo Tarpeio deijciebantur noxij, teſte Horatio:

Sermonum 1.

Tunè Syri Dama, aut Dionyſi filius audes Deijcere è ſaxo ciues? aut tradere Cadmo.

Notæ ſcilicet crudelitatis carnifices.

Verbera, quorum ſpecies diuerſæ, & quæ ordinarium crucis ſupplicium antecedebant. Liuius de ſeruis coniuratis. *Multi occiſi, multi capti, alij verberati, crucibus affixi, &c.*

Verberum autem ſpecies iſta, Fuſtuarium, virga, Flagellatio, priùs illud, *Fuſtuarium* duplex erat inquit R. P. Iacobus Gretſerus, alterum ad mortem, alterum ad pœnam, vitâ dumtaxat incolumi. Illud deſcribit Polybius: *Filijs*, inquit, *in caſtris, aut circuitioni neglecta decretum fuiſſe Fuſtuarium*, & addit: *Ea pœna talis eſt: fuſtem capiens Tribunus, condemnatum leuiter tangit, & delibat, quo facto, omnes qui in caſtris ſunt, ferientes, alius fuſtibus, alius lapidibus; pleroſque in ipſis caſtris occidunt, quod ſi quis euaſerit, nec ſic ſaluus erit, quomodo enim? cui nec in patriam reditus, nec quiſquam è neceſſarijs tecto eum receperit* Nec dubium, inquit P. Gretſerus, quin *Fuſtuarium*, iſtud etiam extra caſtra vſitatum fuerit, & ſubijcit: alterum *Fuſtuarium*, pœna fuit, non ſupremum ſupplicium, idque aut vite fiebat, aut alijs fuſtibus. Viris tamen honoratior, & ob id in ciuibus dumtaxat vſurpata. Veteri autem lege, plagarum modus erat pro menſura peccati; ità dumtaxat *vt quadragenarium numerum non excederet, nè fœdè laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus, vt habetur* Deuteron. 25.

Lib. 1 de Cruce cap. 8.
Lib 6. Hiſt.

At *Virga* magis infames, & acerbiores. Iccircò, *Porcia lex, virgas ab omnium ciuium corpore amouit*, teſte Cicerone pro C. Rabirio.

Flagellatio ſequitur, quæ inhoneſtiſſima, & acerbiſſima, & propria ſeruorum, non ciuium Romanorum. *Ex quibus autem cauſis liber fuſtibus caditur, ex his ſeruis flagellis cædi iubetur*; vt etiam patet in quærimonia Pauli qui ſe ciuem Romanum virgis, aut flagellationi minùs obnoxium allegabat. Nam verberaſſe, aut necaſſe ciuem Romanum, impium cenſebatur. Ideò inter iuſtas diuortij cauſas, mulieri tribuunt, *ſi ſe verberibus, quæ ingenuo aliena ſunt, afficientem maritum probauerit*. Iſta autem flagella fiebant, velloris, quod patet ex Euangelio Ioannis, fecit Chriſtus flagellum ex funiculis, quo vendentes, & ementes templo exegit, illaque adeò aſpera erant, vtpotè talis aut oſſiculis inſertis vt miſera illa ſeruitia ſub eiuſmodi flagris interirent: & tamē miſericors Chriſtus Dominus vt nos ſeruos in libertatem vindicaret, eo cruciatus genere exceptus fuit, ſed quomodo? diſce pie Lector ex flagellationis modo qui habetur in Thalmud. lib. Maccoth. Adſtringit quis ambas manus ad columnā, tū miniſter publicus veſtē eius arreptā detrahit, ſiue rumpatur, ſiue diſſuatur, vſq; dū denudet pectus: lapis pone illū collocatus, in quo ſtat lictor, manu tenens lorū bubulū complicatū, primò vt ex ſimplici ſit duplex; iterū vt ex duplici fiat

L. 10. ff. de Pœn.
Act. 22.
Lib. 8. §. de Repud.
Cap 2. Ioan.
L. 8 ff. de Pœnis.
Cap. 3 §. 12. & ſeq.

qua-

Digitized by Google

" quadruplex: In illo duo lora ſunt quæ aſcendant & deſcendant. Manubrium pal-
" mi longitudinem habet: latum eſt palmum: extremitas eius ad eos ventris pertin-
" git. Hoc enim ferit trifariam, ita vt trientem ictuum aduerſo, beſſem verſo infli-
" gat. Non ferit ſtantem, neque ſedentem, ſed inclinatum. Qui ferit, vna manu cæ-
" dit, quantum poteſt. Et Præco clamat: Niſi cuſtodieris, & feceris omnia verba le-
" gis huius quæ ſcripta ſunt in hoc volumine, augebit Dominus plagas tuas, & pla-
" gas ſeminis tui, plagas magnas, & perſeuerantes: ſi moriatur ſub manu eius liber
" eſt. Ità ille, qui ex vero crudele illud ſupplicij genus delineauit.

Ad *Flagellationem* etiam referri poteſt *pœna plumbatarum*, quod genus pœnæ benè expreſſit Prudentius περὶ στεφάνω:

Tundatur tergum crebris ictibus, Plumboque ceruix verberata extuberet,
Pulſatus ergò martyr illa grandine, Poſtquam inter ictus dixit hymnum plurimos.

D. Ambroſius de Paſſione Geruaſij: *Iuſſit eum plumbatis contundi.* Plumbatarum meminit l. Nemo carcerem, de Exact. tribuit. lib. 10. Cod & acta Martyrij ſeptem Fratrum, Sanctæ Fœlicitatis filiorum, quorum Ianuarius plumbatis cæſus legitur, vt & S. Ignatius, cuius vitam eleganti penicillo depinxit R. in Chriſto P. Petrus Halloix Societ. IESV Theologus eruditiſſimus & popularis meus.

Liu. lib. 8. — *Robur*, ſunt qui putent robur in carcere fuiſſe, in quo id genus ſupplicij exercebatur. Liuius: *Vt in carcere inter fures nocturnos vir clariſſimus Scipio includatur, & in robore & tenebris expiret.* Apuleius: *ô ſubtilitas digna carcere & robore!* Mihi tamen ſimilior verò videtur interpretatio Turnebi, explicantis fuiſſe fuſtem, lignumque quo ſontes tundebantur fuſtuario, cùm in verſu Prudentij de ſupplicijs agatur, non de vinculis. *V. Cal. Rhodig. Antiq. Lect. lib. 17. cap. 8.*

Aliud ſupplicij genus *Eculeus*, de quo frequens mentio in hiſtorijs Martyrum, erat que ſtipes, cui velut equo noxij imponebantur, & fidiculis, ſiue neruis ac cordis, quæ eculeo ſemper annexæ erant, extendebantur, ita vt illa tortura oſſium compago diuelleretur. Seneca: *Eculeo longior factus.* Prudentius in Hymno D. Vincentij, vbi multa de Eculeo habet, & inter alia iſta: *Epiſt. 8.*

Vinctum retortis brachijs Surſum, ac deorſum extendite,
Compago donec oſſium Diuulſa membratim crepet.

Lib 9. Semeſt. cap 2. — Sed, an confeſſus in conſpectu eculei, nihilominus torquendus ſit? quæſtionis eſt, vide Ianum Langlæum qui pro negatiua reſpondit, niſi procul à tormentis in ea perſtiterit.

Sequitur *Pix*. Fluxus erat combuſtæ in tæda ſua reſinæ, quem in os reorum ingerebant, vel tunica erat pice illita (quam *tunicam moleſtam* dicebant) quæ mox accenſa cruciabiliter obuolutos nocentes (qui ſceleris comperti grauioris forent) amburebat, vt Cœlius Rhodiginus auctor eſt.

Lib. 10. Antiq. Lect. c. 30. — *Laminæ, tædæ vſtulatio*, eodem referuntur, vtpotè quibus candefactis adurebantur noxij grauioris culpæ, atq; talibus pœnis primitiuæ Eccleſiæ Chriſtiani tentabantur.

Vſtu-

Vſtulatio tamen erat alia, nempè tunica ex ſparto in modum crumenæ facta & ſolita liniri pice, & bitumine, hac miſeri illi induebantur, & in eâ crudeles tortores vſtulabant. *Moleſtam* etiam vt diximus *tunicam* vulgò eam appellabant: & inter alios Martialis: Lib. 10.

Nam cùm dicatur tunica præſente moleſta, Vre manum plus eſt dicere, non facio.

Et Iuuenalis: Saty. 9.

Auſi quod liceat tunica punire moleſta.

Verè *moleſta*, in quâ lento igne ſic ardebant. Euſebius de ſanctâ Potamienâ ait illitam fuiſſe pice feruenti. Lib. 6. cap. 4.

Nec defuerunt qui in craticulâ torrerentur, vti S. Laurentius, Dionyſius, alijque, ô ſupplicia Ianitoris Orci digna!

Paucis antè annis viſi ſunt Sacerdotes Religioſi, alioqui innoxij, ignis ardore torreri ab hæreticis, puſtulis ipſis corporibus vndequaque emergentibus, quod quidem miraremur ſi Paganis atque Iudæis, teſte D. Hieron. hæretici peiores non eſſent. Vndè de Chriſtianis ſui æui meritò Tertullianus commouet miſerationem verbis iſtis: Lib. ad Scapul.

Pro tantâ innocentiâ, pro tantâ probitate, pro iuſtitiâ, pro pudicitiâ, pro fide, pro veritate, pro Deo viuo cremamur: quod nec ſacrilegi, nec hoſtes Dei veri, nec tot maieſtatis rei pati ſolent:
Prudentius de hoc quoque tormenti genere:

Non ſic inuſta laminis ardet cutis Vt febris atro felle venas exedit.

Itâ Memnas Martyr, *primum loris crudeliter cæditur, deindè equuleo tortus, lampadibus ardentibus ad corpus admotus, plagiſque Cil cio confricatis, tum per tribolos, & virgas ferreas, manibus ac pedibus colligatis, tractus plumbatis etiam contuſus, demùm gladio interficitur, in ignemq́ conijcitur.*

Apud Francos modò, loco laminarum forcipes candentes ſucceſſerunt, quibus damnatorum brachia carpuntur, renes item & femora aduruntur.

Aduerte tamen apud Romanos, non aliam irrogari pœnam ijs qui capitalem fraudem admiſerant, quàm crucis, & furcæ, in quas nudis corporibus ad mortem tantùm non virgis cæſi ad deceſſum vſque pendebant: licet interdum ad palum deligatos, & virgis cæſos capite truncarent. Liuius: *Deligati ad palum virgis cæſi, ſecuriquè percuſſi.* Lib. 22.

Et quidem in locis publicis exempli cauſa: Quintilianus: *Quoties noxios crucifigunt, celeberrimè eliguntur viæ, vbi plurimi intueri, plurimi commoueri hoc metu poſſunt: omnis enim pœna non tam ad delictum pertinet, quàm ad exemplum.* Declamat. 274.

Hoc autem inter *crucem*, & *furcam* intereſt, quod iſta lignum erat plauſtri, quod temoni ſubijciebant, in qua homines laqueo ſuſpenſi ſtrangulari ſolent, eaque in locum crucis ſucceſſit. Crux verò ligno duplici conſtituebatur in ſimilitudinem litteræ T. cuius tres erant ſpecies de quibus Cælius Rhodig. lib. 10. & R. P. Gretſerus. Crucis autem pœna non erat cuiuſuis criminis, præſertim apud Iudæos, ſed tantùm blaſphemiæ, Idololatriæ, & tyrannidi ſeruabatur, teſte R. P. Iacobo Lobbetio Societ. IESV Theologo. Lib. 1. de Cruce cap. 60.

Digitized by Google

Lib. de Cruce. *Lib. 2. cap. 28.*

Verùm, ſiue in cruce, ſiue in furcâ figerentur, priùs virgis cædebantur, vt docet I. Lipſius. Crucifixonis lex traditur à Deo Deuteron. 21. cuius exempla Ioſue 8, Reg. 21. Eſther. 7. Eſdræ 6. ſuppeditantur. Apud exteras verò gentes, conuitium tantùm morti præmittebant, de quo Otho Friſingenſis *de geſtis Frider. Vetus*, inquit, *conſuetudo pro lege apud Francos, & Suenos inoleuit, vt ſi quis nobilis miniſterialis, vel colonus pro huiuſmodi exceßibus* (prædæ, aut incendij) *reus inuentus fuerit, antequam morte puniatur, ad confuſionis ſuæ ignominiam, nobilis canem ad proximum comitatum geſtare cogatur*, & addit. *Hermannum Palatinum Comitem, cum decem complicibus ſuis, canes per teutonicum milliare portaſſe.* Eandem Guntherus in Ligurino ſcribit.

Quippè vetus mos eſt, vti ſi quis Rege remoto Sanguine, vel flamma, vel ſeditionis apertæ
Turbine, ſeu crebris regnum vexare rapinis Audeat, ante grauem quam fuſo ſanguine pænã
Excipiat, ſi liber erit de more vetuſto, Impoſitum ſcapulis ad contigui comitatus
Cogatur per rura canem confinia ferre.

Porrò, *Crucis* ſupplicium ob venerationem Seruatoris generis humani, qui in eâ pependit, ſuſtulit Conſtantinus Magnus teſte Sozomeno, eiuſque ſupplicij locum ſubijt *furca*, in quâ homines laqueo ſuſpenſi ſtrangulari ſolent, ſine tamen *vſtione*, quæ rarior apud Romanos, exteras tamen apud gentes frequentior. De Gallis Cæſar. *Vxores ſuſpectas de morte viri, igne atque omnibus tormentis enecari mandabat.* In ipſa militia apud eundem Cæſarem: *Vercingetorix maiore delicto omiſſo igni necat.* Attamen hodierno etiam æuo in Iaponia crucifiguntur: nuper enim PP. Societ. IESV cum Franciſcanis crucifixi ſunt, & his pectus haſta transfixum.

Lib. 7. Comment.

Vngula etiam genus tormenti, quo noxij laniabantur, erantque ferramenta bifida, & vt animalium vngulæ biſulca quibus latera, & pectora diſſecabantur. Tertullianus Apologetico: *Crucibus, & ſtipitibus, vngulis deraditis latera Chriſtianorum.* D. Hieronymus de muliere ſepties icta: *Neque multò poſt, cùm liuidas carnes vngula cruenta pulſaret, & ſulcatis lateribus dolor quæreret veritatem.*

Cap. vlt.

Adde Prudentium: *Coſtas biſulcis exſecandas vngulis.*

Itá S. Ignatio vngulis latera dilaniata, & lapidibus aſperis confricata teſte V. Beda.

Denique vnco trahebantur ad ſcalas Gemonias, hoc eſt inſerto gutturi vnco producebantur nocentes in arenam, vbi poſteà pendentium crura frangebantur, & igni iniecto ardebant, imò etiam in cruce exiſtentes beſtijs laniandos obijciebant, vt docet I. Lipſius.

Lib. 3. de Cruce c. 2. & 12. *In Seuer.* *In Alex.* *Lib. 6. Eccleſ. Hiſt.*

Inſuper, animaduerſum, *titulum damnatis præferri*, id eſt, cauſam ſupplicij, præconiſque voce pronunciari quare plecterentur. Spartianus: *Fuſtibus eum ſub elogio præconis cecidit* Lampridius: *In foro tranſit orio ad ſtipitem illum ligari præcepit, & fumo appoſito, quem ex ſtipulis, & humidis lignis fieri iuſſerat necauit, præcone dicente: fumo punitur, qui fumum vendidit.* De Attalo Martyre Euſebius: *Circumactus eſt per Amphitheatrum, tabella ipſum præeunte, in qua latinè ſcriptum: Hic eſt Attalus Chriſtianus.* Atque hic titulus Seruatori generis humani cruci præſcriptus, vti teſtantur omnes Euangeliſtæ: Licet ſit diſſenſus inter antiquarios, an titulus primùm fuerit cruci affixus in Mon-

Digitized by Google

te Caluariæ,an verò Dominus noſter titulum baiulauerit in cruce per ipſam Ciuitatem ad Caluariæ Montem.R. P. Iacobus Gretſerus Societ. Iesv, exiſtimat demùm impoſitum titulum in Monte Caluariæ, quibus porrò argumentis eum videat curioſus Lector. *Lib.1. de Cruce c. 26.*

Succeſſit tandem *pœna capitis*:niſi inter milites tantùm recepta;Suetonius:*Miles decollandi artifex quibuſcumque è cuſtodia capita amputabat*. Seneca: *Damnatus, extra vallum deductus eſt,& iam ceruicem porrigebat,cùm ſubitò apparuit ille commilito, qui occiſus dicebatur.Tunc Centurio ſupplicio præpoſitus,condere gladium Spiculatorem iubet*.In quo etiam notes Spiculatorum munus fuiſſe carnificem agere. *Calig. cap. 23.* *1. de Ira c. 16.*

Ad hæc aduerte,minora ſupplicia apud veteres fuiſſe *metallum, ludus,deportatio*. Minima,*Relegatio,exilium,opus publicum,vincula,ludus*:qui duplex *Venatorius, & gladiatorius*;in vtrumque damnati pœna afficiuntur. Vide Cuiacium tit. lib.5.ſent. Pauli ICti. *Paul.lib.5 Sent.tit. 17.*

Rota inſuper ſupplicium ſucceſſit, ſed poſteriori æuo, quod Germanorum inuentum eſſe, & à paucis annis in graſſatores obſeſſoreſque viarum Gallos exercuiſſe cenſet Ianus Langlæus,qui tamen ſubijcit olim etiam in maleficos nonnunquam hoc ſupplicij genere animaduerſum fuiſſe,ita vt crura illis ſuffringerentur, idque ſupplicium *Confrifragium* dictum vocabant quo ſupplicij genere Auguſtum Cæſarem Tallum amanuenſem ſuum affeciſſe legimus, eò quod ſecretiorem quandam epiſtolam ſuam, pretio corruptus cuidam cuius fortè intererat legendam ſubieciſſet,vel recitaſſet.Eius etiam ſupplicij meminit Apuleius:*Tunc vxor egregiadiras deuotiones in eum deprecata,& crurum eius fragium abominata extingui formidine trepidantem adulterum abſcondit*.Quo tormenti genere ferunt Martyrologia affectum Adrianum Martyrem,& ſocios vt etiam memorat Ado Treuirenſis:*Siſtitur*, inquit, *Adrianus Maximiniano cum reliquis Sanctis:quos ille iam videns irreuocabiles, iuſſit vt vecte magno ferreo confringerentur tibia ipſorum:confractis itaque cruribus orantes emiſerunt ſpiritum*. Ità ille. *L.10.Semeſt.cap. 3.* *Sueto Aug.c.67.*

Sed nec priſcis ignotum ſæculis ſupplicium, quo grauioris noxæ rei,equis in diuerſum concitatis membratim laniabantur, quo ſupplicio Metius Suffetius apud Liuium affectus eſt, atque apud Gallos ſuperioribus annis, vt alios ſileam, quidam Rauilliacus impius,& ſceleſtiſſimus Henrici IV.Galliarũ Regis parricida. *Lib.10.*

Manus item *amputatio* inter grauiora tormenta cuius meminit L. Florus:*Hoc ſic à barbaris acceptum quaſi manus abſcinderentur*. *Lib.2.c.18*

Idem de Clade Variana,*Barbaros*,ſcribit,*Cauſidicis linguam,oculos, & manus amputatas*,vt ſcilicet qua parte peccaſſent,plecterentur. Rurſum Florus:*Nihil barbaris atrocius viſum,quàm quod abſciſis manibus relicti,viuere ſuperſtites pœna ſua iubeantur*.*Naſi etiam abſciſio* inter alia ſupplicia refertur,de quo Martialis: *Lib.3. cap.4.*

Quis tibi perſuaſit nares abſcindere Mœcho? Non hac peccatum eſt parte,marite tibi.

Inſuper,auriculam alteram, & vtramque nonnumquam amputari furti coniunctis nouum non eſſe memoriæ prodidit Ianus Langlæus lib. 10. Semeſtrium cap.2.,quod & paulò poſt oſtendemus.

P 2 Ve-

Digitized by Google

Veteri etiam Hebræorum ritu erat *Lapidatio*, vſurpata in eos qui in Deum delinquebant, id eſt, qui Deos alienos colebant, vel qui Deo maledicebant, aut qui Sabbatha neglexerant, vel qui adulterium commiſerant, vt habetur Leuit. 24. Ezechiel. 16. Deuteron. 13. 17. & 22. Reg. 21. Nu. 15. Act. 6. Ioan 8. Moris autem erat vt ipſimet teſtes primi mactarent reum letali lapide caſtigandum. Quod ſupplicium ſubiuit S. Stephanus Protomartyr, vt habetur Actor. 7. *Teſtes depoſuerunt veſtimenta ſua* (vt expeditiùs lapidarent) *ſecus pedes adoleſcentis qui vocabatur Saulus, & lapidabant Stephanum, &c.* Quod & veteri lege ſancitum erat, vt habetur Deuter. 17. *Manus teſtium prima interficiet eum, & manus reliqui populi extrema mittetur, vt auferas malum de medio tui.* Vnde Reuerendus P. Marcellinus Capucinus ſcribit, cùm auferre malum ſit facinus emeritum, occidere reprobos, ſtante Iudæorum Republicâ rem ipſis non fuiſſe indecoram lapidibus noxios è medio tollere. *Remi* etiam perpetuò vel ad tempus ducendi ſupplicio ſontes damnari, antiquitus receptum fuiſſe oſtendit Ianus Langlæus lib. 10. Semeſtrium cap. 5.

Encyclop. Moral. tom. 3.

Denique nè quid in hoc priſcorum crudeli genere ſuppliciorum omittamus, legimus etiam *aurium, & naſi deciſionem*, priſco, & noſtro æuo valdè ignominioſam: de quâ Tacitus: *Plerumum Naſonem tribunos auribus mutilatis relinquit.* Seneca de Rege Alexandro qui Lyſimacho Teleſphoro *Rhodio amico ſuo aures & naſum abſcidit.* Cyrum etiam Perſarum Regem Smerdi Mago, qui & ipſe poſteà aliquot menſibus regnum obtinuit, aures præcidi iuſſiſſe Herodotus in Thaliâ auctor eſt, quod genus ſupplicij in mores irrepſiſſe idcircò videtur, quia quibus deciſæ ſunt aures, caueri ab omnibus ſoleant, contingitque ſæpiùs, vt ſic vitati, velut ab hominum commercio eiecti, cùm nihil habeant vndè ſe tollere poſſint, idem rurſus, vel grauius maleficium audeant, quod non æquè ijs euenit, qui ignito, candentique ferro additâ cicatrice aliqua vſtulantur. Vid. Ianum Langlæum lib. Semeſtrium 10. cap. 2.

Lib. 12. Annal.

Lib. 5. de Ira cap. 17.

Lib. 3.

Atque hæc crudeliſſima ſuppliciorum & coërcitionum genera eo potiſſimùm conſilio deducta ſunt, vt cùm Lector in Martyrum paſſiones inciderit, cuiuſmodi illæ fuerint, pia mente intelligat, vt illi meritorum ſuorum nos participes reddant, & quia per ſupplicia via quadantenus ſternitur ad funera, iccircò ad illa ſtylum & animum proximo hoc Capite transferemus.

CAPVT LII.

Funerum apud Romanos, & alias gentes diuerſa genera, deq; eam ob rem luctu, varijſq; ad ea ritibus.

DVplex potiſſimum apud Romanos funus; *Tacitum & publicum.* Illud erat ſine vlla pompa. Seneca de Tranquil. animi: *Minus moleſtiarum habet funus taci-*

Cap. 2.

tacitum: Iſtud, in quo Præco deſignator, cuius erat ſignare ritus, & modos funebres, imagines, ludos apparatiſſimos, in quibus plerumque multa dimicabant paria gladiatorum. Ad hæc funus ad certum diem indicebat, quod videmus in funere Cæſaris, de quo ità Sueto: *Funere indicto, rogus eſt extructus in campo Martio iuxta Iuliæ tumulum, & pro Roſtris aurata ædes ad ſimulachrum templi Veneris genitricis collata, intraque lectus eburneus, auro, & purpurâ ſtratus, & ad caput, tropbæum cum veſte, in qua occiſus fuerat.* Cap. 84. Præcedebant autem funalia & faces quibus cerei accendebantur. Vide Lipſium in 3. Annal. Taciti, & ad cap. vlt. opuſc. Senecæ de Breuitate vitæ, quia noctu cadauera efferebantur. *Funus*, inquit Iſodorus, *dictum à funibus accenſis, quos ante feretrum papyris circumdatis ferebant.*

Apuleius: Lib. 4.

Tædis, lucernis, cereis, ſebaceis: Nocturni luminis inſtrumentis clareſcant tenebræ.

Virgilius: *Auerſam tenuere facem.* Lib. 6.

Suetonius: *Quamuis lugentis habitu, & funus Tiberij proſequens, tamen inter altaria, & victimas ardenteſque tædas, denſiſſimo, ac lætiſſimo obuiorum agmine inceſſit, &c.* Calig. c. 13.

Sed & tubæ canentes, teſtor Poëtam: *Cantabat mæſtis tibia funeribus.*

Neque enim fuiſſe funeralia ſine cantu docet Macrobius lib. 2. in ſomno Scipionis.

Ad hæc, procedebant qui ferrent nobilium maiorum imagines ad viuum expreſſas è cerâ, vultus & ora, ad pectus vſque extremum, eaſque oblongis impoſitas haſtis, aut ſi miles, Dux, aut Imperator fuiſſet, ſpolia Vrbiumque captarum imagines, & incompta ſigna, vt Tacit. ſcribit, armorumque cuſpides ad terram obuerſas, auerſas etiam faces, & faſces, qui interdum, erant fracti, vt & illæ extinctæ teſte Franciſco Bencio. Orat. 26.

Porro, exportabatur cadauer per forum, cremandum extra Vrbem, pueris tamen exceptis, qui non cremantur vt auctor eſt Lipſius, & quidem duobus millibus paſſuum, vel propter ignis periculum (inquit Bencius) vel nè funeſtarentur ſacra Ciuitatis, de quo lex erat XII. Tabul. *Hominem mortuum in Vrbe nè ſepelito, nevè vrito.* In Senec. de Breu vit. c. vlt. Vnde Adrianus Cæſar pœnam ſtatuit 40. aureorum in eos qui in Ciuitate ſepulchrum faciunt, quàm & fiſco inferri iuſſit l. 3. ff. de ſepul. viol. Exſtat etiam lex iſta Iulij Pauli: *Corpus in Ciuitatem inferri non licet, nè funeſtentur ſacra Ciuitatis, & qui contra ea fecerit, extra ordinem punitur*, quod intellige de ignobilioribus: Nam alij, ſuis in ædibus ſepeliebantur teſte Seruio. *Apud maiores*, inquit, *omnes homines* (ante ſcilicet leges XII. Tab.) *in ſuis domibus ſepeliebantur.* Vndè ortum eſt vt *lares* colerentur in domibus, & *lararia* in Decembri colerentur, id eſt feſtum Deorum *Larium*. In 6. Æneid. Itaque potentiores, quique Magiſtratu præclarè functi fuerant, in Vrbe ſepeliebantur. In publico autem Principium luctu, Iuſtitium indicebatur: Conſules vulgari ſede in Curia ſedebant, eis faſces præferebantur inuerſi: læta omnia vitabant, abſtinebant à publico. De Germanici funere Tacitus: *Hos vulgi ſermones audita mors adeo incendit, vt ante edictum Magiſtratuum ſumpto Iuſtitio, deſererentur fora, clauderentur domus, paſſim ſilentia & gemitus,* Lib. 3.

Aduerte quoque quod poſt efflatam animam, cadauer ad oſtium ponebatur, pedibus & facie publicum verſus: Suetonius: *A Bouillis equeſter ordo ſuſcepit Vrbique intulit, atque in veſtibula domus collocauit.* Itaque ad ianuam deponebant, donec poſt legitimos dies, id eſt ſeptem, efferretur (& quidem facibus, ac cereis accenſis) vt ex Senecà colligitur. Priùs tamen à propinquis & affinibus calida aquâ abluebatur & vnguentis vngebatur. Virgil.

Aug. c. 100.

4. Æneid.

——*Date vulnera Lymphis Abluam, &c.*

Ennius: *Tarquini corpus bona fœmina lauit & vnxit.*

Exindè conclamabatur & deferebatur ad buſtum, ſiue Pyram, quam incedebat qui eſſet mortuo cognatione proximus, iſque auerſus, vt id officium neceſſitatis eſſe oſtenderet, non voluntatis. Præferebantur interim inſignia honorum, quos geſſiſſet, vt faſces, ſecures, lictores, armaque, & dona militaria, coronæque omnis generis, quas in vitâ meruiſſet, vexilla atque vrbium dona & legionum, ſpoliaque hoſtium, expreſſo quoque cera, vultus, & decora maiorum, totiuſque familiæ longo ordine ſimulachra in oblongis perticis ſiue haſtis præferebant ab vltimâ origine, quanto cùm poterant apparatu: prætereà ſerui manumiſſi & libertate donati, & qui fide proba cogniti pleni lachrymarum , elatum corpus præcedebant pileati, aut albà lanâ capitibus velatis, qui quantò plures erant, tantò plus nominis laudiſque aſſequebantur. Nonnunquam illi, qui raſis capitibus triumphantem currum fuerant próſecuti, eiuſdem defuncti corpus pileati in pompa funeris præcedebant. Sequebantur porrò liberi, propinqui, affines, atque alij amici lugentium habitu, capillo demiſſo in veſte pullâ. Ac filij quidem velati, filiæ nudis capitibus paſſiſque crinibus incedebant , quæ ſingula ex Polybio lib. 6. Plutarc. Quæſt. Rom. alijſque accepta fero.

Dehinc, in Rogum (id quod primò omnium contigit Syllæ Dictatori) certatim ab ijs, qui dabant operam funeri, magna vis veſtium magni pretij, ſpoliorum & armorum hoſtilium, aromatum (de quibus poſteà) conijciebantur: Mactatarū etiam ouium multitudo, & pecudum maiorum, quin & canes, & equi interdum, & famuli, & res quæ fuiſſent viuentibus chariſſimæ. De veſtibus D. Hieron. in Tradit. Hebraicis dicit, *notandum eſſe quod Regibus, cauſa reuerentiæ, combuſtiones veſtimentorum, & aromatum fiebant.* Quod ipſum quoque teſtatur Liuius: *Purpurâ viri vtemur, prætextati in Magiſtratibus, in Sacerdotijs, nec vt viui ſolùm habeamus inſigne, ſed etiam, vt cum eo crememur mortui.*

Reſpergebant etiam vino vnguentiſque Rogum, vt & violis, myrrhaque, & cinnamomo inſtruebant, ſed & oleo, quo ſcilicet ignis facilius conciperetur, qui ritus etiam ad Chriſtianos perductus eſt, teſte Prudentio:

Nos tecta fouebimus oſſa, Violis, & fronde frequenti,
Titulumque & frigida ſaxa Liquido ſpargemus odore.

D. Hieron. ad Pammachium: *Cæteri mariti ſuper tumulos coniugum ſpargunt violas,*
Epiſt. 26. *roſas, lilia, floreſque purpureos, & dolorem pectoris his officijs conſolantur.*

Præfica

Præfica intereà, id eſt mulier quæ præficiebatur planctui, & mercede conducta, præibat, lugubri carmine (cuius fletum ſequebatur corona) tamdiu dum conſumpto corpore cineres, & oſſa cado, ſiue vrnæ, colligerentur. Lib. 3.

Tibullius : Eleg. 3.

Abſtineas mors atra precor, non hic mihi mater,
Quæ legat in mæſtos oſſa peruſta ſinus.

Atque, vt luctum ſuum intentiorem teſtarentur, non ſolùm capillos reſectos mortuorum tumulis apponebant, vt factum in funere Virgineæ, de quo Dionyſius Halicarn. & de Sororibus Narciſſi Ouidius 3. Metam. Lib. 11.

—— *Planxere Sorores Naiades, & ſectos fratri impoſuere capillos.*

Sed nec capiti ſuo pepercerint. Propertius : Lib. 1.

Illa meo caros donaſſet funere crines. Molliter, & tenera poneret oſſa roſa. Electra.

Sophocles; *Pyra reſectas conſpicor ipſe comas.*

Amplius, Regulos quoſdam barbam poſuiſſe, & vxores capita raſiſſe auctor eſt Suetonius, idque in argumentum magni luctus. Calig. cap 5.

Apud Iudæos quoque hunc morem inoleuiſſe ſacer Codex teſtatur: *Vocabit,* inquit, *Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum & ad planctum, ad caluitium & ad cingulum ſacci.* Alter Propheta: *Decaluare,* inquit, *& tondere ſuper filios deliciarum tuarum: dilata caluicium tuum ſicut Aquila.* Nempè. quia ſenio confecta veteres plumas toto corpore dimittit. Iſa. in. c. 22. Micha. cap. 1.

Quinimò, abſtinebant etiam à Conuiuijs. Paulus Iuriſcon. *Qui luget, abſtinere debet à conuiuijs, ornamentis, & albâ veſte.* Atra ſiquidem aſſumenda erat: ſed tamen ex SCto. vxoribus triſtior hic habitus quandoque, omittebatur. Lib. 1. Sent. tit. 21.

Inſuper coronas deponebant tam Græci, quàm Romani, quod collige ex verbis D. Hieronymi ad Heliod. in Epitaphio Neapot. *Proponimus,* inquit, *innumerabiles viros, & maximè Periclem, & Xenophontem Socraticum, quorum alter amiſſis duobus filijs coronatus in concione diſſeruit,* vt nimirum oſtenderet ſe non dolere, aut lugere: *Alter, cùm ſacrificans filium in bello audiſſet occiſum, depoſuiſſe coronam dicitur: & eandem poſteà capiti repoſuiſſe poſtquam fortiter dimicantem reperit concidiſſe.* L. Decreto Cod. ex quibus cauſ. infam. irreg.

Imò etiam apud Græcos, priuatim cibo, teſte Alexandro ab Alex. diu impaſtos fuiſſe, longamque tuliſſe inediam in ingenti luctu, qui mos ab Hebræis manauit qui ſpontaneo ieiunio magnum triſtitiæ ſuæ pondus oſtentabant, vt ſæpiùs indicauit Pſalmographus Regius. Genial. dier. lib. 3. cap. 7.

Lugebant autem diebus ſeptem, inquit Cornel. à Lapide, non quin pluribus diebus quàm ſeptem licêret lugêre mortuos, nam Moyſem planxerunt Hebræi per triginta dies, Iacobum per ſeptuaginta, ſed quod ſeptem dies ſatis ſint, ideoque apud Hebræos, quos poſteà ſecuti ſunt Chriſtiani, ſeptenarius hic luctus funeris fuerit vſu receptus: ſeptenarius enim numerus eſt plenitudinis, & reuolutionis: poſt hebdomadam enim ſeptem dierum, ijdem dies reuoluuntur, & in orbem redeunt. 2. Reg. 3. 3. Reg. 13. In Eccleſ. c. 28. Deutero. c. 34.

Porrò,

Digitized by Google

Porrò per *luctum* intellige ploratum, & planctum ſeptem, vt diximus, dierum quibus eiulabant: ſaccum, ſive cilicium induebant, caput cinere aſpergebant, publico abſtinebant; Adhibebantque Tibicines, & Præficas, id eſt, mulieres lamentatrices, quæ paſſis crinibus manus complodentes, pectora tundentes, & næniam lugubri voce modulantes, omnes excitabant ad planctum.

Vndè illud Poetæ: *Cantabat mæſtus tibia funeribus.*

Addebant Gentiles, præſertim Romani, lacerationes genarum, maledicta in Deos, laniationem comarum, lacertorum, & pectorum. Vndè Virgil. 4. Æneid. de Anna Didonis mortem deplorante: *Lib 4.*

Vnguibus ora ſoror fœdans, & pectora pugnis.

Saty. 3. Sed & per hos dies foco abſtinebant. Iuuenalis:

Tunc geminus caſus Vrbis, tunc odimus ignem.

Vbi vetus interpres. *Nec focum*, inquit, *in noſtra domo fieri patiemur, quod & lugentes obſeruare ſolent.*

Cap. 100. Annulos etiam mutabant, vt ex Suetonio liquet, qui Auguſto mortuo. *Exequiarum die quoſdam cenſuiſſe* ſcribit, *ponendos annulos aureos, ferreoſque ſumendos.* Liuius: *Quid aliud*, inquit, in luctu *quàm purpuram atque aurum deponunt?* *Lib. 34*

Aromata quoque rogo inferebant. Apertè Plutarch. de Catone minore, in funere Scipionis fratris: *Cùm iam fratrem mortuum*, inquit, *comperiſſet, grauius ferre viſus eſt, quàm Philoſopho conueniret. Nam non ſolùm lamentis, & planctu, ſed ſumptu funeris immodico, exquiſitiſque vaporibus & pretioſis veſtibus, corpus cremauit.* Tacitus de funere Germanici: *Atque vbi colonias tranſgrederentur, atrata plebes, trabeati equites pro opibus loci, veſtem, odores, aliaque funerum ſolemnia cremabant.* Vide latiùs Plinium, & Strabonem. *Lib. 3. Annal.* *Lib. 13. cap. 1.*

Lib. 11. Porrò, à proximiori amico oratio funebris habebatur, quâ is cuius iam crematum eſſet corpus laudabatur, quam orationem *Epicedium* vocabant, ità Iulium Cæſarem laudaſſe pro Roſtris amitam ſuam Iuliam, vxoremque Corneliam Suetonius anctor eſt, vt & Auguſtum Cæſarem auiam ſuam pro concione laudaſſe idem Sueto. refert. *Cap. 6.* *Cap. 8.*

His peractis *Præfica*, vt diximus, nouiſſimum illud verbum altâ voce pronunciabat, *Ilicet*, quod eſt ire licet, quo dicto qui comitati funus erant domum abituri extremum *Vale* altâ voce pronunciabant: *Vale, vale, vale, nos te, ordine quo natura permiſerit, ſequemur.*

Poſtea id eſt peractâ hac funebri pompâ, *cœnam publicam* inſtruebant, quam *funebrem* vocabant, præſertim Græci, & mox Romani, in eaque (dico de locupletioribus) fas erat omni populo conuiuari. Notaturque eo nomine apud Romanos M. Flauius, quem Liuius ſcribit parentaſſe matri ſuæ publicâ viſceratione datâ populo. *Viſcerationem* enim nuncupabant ſolemnes Epulas; vbi tauri integri exerto viſcere apponebantur populo conuiuaturo. Ità Titum Flaminium eiuſdem ac maioris animi gratitudinis ſymbolum parenti ſuo oſtendiſſe notat idem Liuius; *1. Decad. lib. 8.*

quippè

Digitized by Google

quippè qui viſceratione populo datâ per quatriduum ludos ſcenicos exhibuit: idemque propè P. Licinio factum poſt paullo oſtendemus.

Porrò, dicebatur etiam cœna illa *Nouendialis*, eò quod non ante diem nonum inſtruebatur quam Silicernium vocitatam fuiſſe Feſtus docet, vnde *Sicilernius* dictus, qui *Silicernio* dignus erat, vt pro eo *Silicernium* pararetur. Terentius Adelph. *Ego te exercebo hodie vt dignus es Silicernium.* Plura hac ſuper re videantur apud Marſell. de Piſe Capucinum. *Encyclop. lib. 3.* Hunc cœnæ apparandæ morem etiam ad Chriſtianos ſui æui tranſiſſe oſtendit Diuus Auguſtinus, non tamen corpora comburendi, vti notat Baronius. *Lib. 9 de Ciuit. Dei.*

Et quoniam veteres animas defunctorum, inquit Tertull. humano ſanguine propitiari exiſtimabant, captiuos vel malo ingenio ſeruos mercabantur, atque in exequijs immolabant, poſteà placuit quos parauerant armis, edicto die Inferiarum apud tumulos erogare. Ità mortem homicidijs conſolabantur. *Tom. 2. Annal. An. 216.* *Lib de Spectat.* Hinc Virgilius: *Lib. 11.*

Vinxerat, & poſt terga manus quos mitteret vmbris
Inferias, cæſo ſparſuros ſanguine flammas. *Æneid.*

His igitur confectis in vrnam cineres condebant, & oſſa in oſſuarium, ſiue aheneum conijciebant. Seneca: *Dignus fuit cui permitteret à conuiuio ad oſſa filij legenda diſcedere.* *Lib. 2. de Ira. c. 33.* Atque iſtæ vrnæ interdum aureæ. Valerius: *Oſſa Pyrrhi aurea vrna incluſit.* Capitolinus in Seuero: *Aliqui auream vrnulam tantùm fuiſſe dicunt Seueri reliquias continentem.* *In Seuer.*

De Iudæis, licet in multis viuerent moribus Romanorum, non videntur tamen cremaſſe corpora mortuorum, ſed ſepeliuiſſe, teſte Cor. à Lapide, nam Dauid, Salomon, & alij Reges mortui, non leguntur combuſti, ſed ſepulti: *In c. 14. Ierem.* Ità Rex Aſiæ dicitur ſepultus: incidebant tamen corpora ſua in luctu pro vſu Scytarum vti conſtat. 3. Reg. 18. & ex Luciano lib. de Dea Syra. *2. Parap. 10.* Certis notis inquit compunguntur omnes, alij quidem in vola manus, alij in ceruice, & inde eſt quod cuncti Aſſyrij notas iniuſtas habent. Noluit tamen Deus Iudæos tali luctu mortuos proſequi vt habetur Leuit. c. 19. verſ. 28. vetabatur etiam apud eos depillatio capillorum, vt Deuter. 14. habetur.

Apud Græcos vſu receptum erat teſte Homero, in Heroum funere detonſos crines deponere in cadauere, vt ſuo exemplo Achilles probat, qui Patroclo occiſo auream propriâ manu diſſecuit comam, tumuloque locauit. *3. Iliad.*

De Ægyptijs Mela, & Diodor. Sicul. aiunt illos luto deturpare ſolitos faciem, & pectore cooperto ità plangere Regem ſuum è viuis ſublatum. *Lib. 1. c. 9.*

Cæterùm, quod iam diximus Græcos in reſecandis crinibus luctum oſtendiſſe, notes tamen cœnam amicis neceſſarijſque apparaſſe, qui coronati lugentes adhortabantur, vt cibum caperent, quod quidem ipſi cunctanter faciebant, nè poſt chariſſimorum mortem vitam exoptare viderentur, vt latiùs probat Eruditus Vir Ioannes Guilielmus Stuckius, qui ex Liuio addit, in funere P. Licinij viſcera- *Lib. 1. antiq. Con.*

Digitized by Google

nimalium cap 25. Lib. 9. Decad. 4. tionem datam, & gladiatores centum viginti pugnaſſe, ludoſque funebres per triduum factos: poſt ludos epulum cum toto foro ſtrata triclinia eſſent, tempeſtas cum magnis procellis orta, coëgere pleroſque tabernacula ſtatuere in foro. Hactenus de varijs Funerum Ritibus, alios veterum Chriſtianorum ritus, qui noſce volet, legat infrà ſecundam Partem Cap. XLI.

CAPVT LIII.

De Bacchanalium origine, & amentiâ: quæ tamen exinde eliminata. Sed ad Chriſtianos priſcos illa deriuata, poſtea ad alios, præſertim Gallos; apud quos tandem Perſonatus interdicti.

De Verb. ſignif. BAcchanalia, Bacchi erant feſta, inquit Sex. Pompeius Feſtus, quæ in Italiam inuexit Melampus Amyrtheonis filius, poſtquam illa ad Græcos, & Ægyptios detuliſſet; quorum originem, turpitudinem, & inſaniam Liuius deſcribit his *Lib. 39.* verbis: *Græcus, inquit, ignobilis in Ethruriam primùm venit, nulla cum arte earum quas multas ad animorum, corporumque cultum nobis eruditiſſima omnium gens inuexit; ſed Sacrificulus, & Vates, nec is qui apertâ religione propalam, & quæſtum, & diſciplinam profitendo animos errore imbueret, ſed occultorum Antiſtes Sacrorum. Initia erant quæ primò paucis tradita ſunt, deindè vulgari cœpta per viros mulieresque; additæ voluptates religioni, vini, & epularum, quo plurium animi allicerentur.* Hiſque feſtis, poſtpoſito omni pudoris diſcrimine bacchatum per Vrbem viri mulieresque curſitabant. Succeſſu tamen temporis, Romæ, & per totam Italiam abolita fuerunt, vti teſtatur idem Liuius: *Senatuſconſulto, inquit, cautum eſt, ne qua Bacchanalia Romæ, nevè in Italia eſſent. Si quis tale ſacrum ſolemne, & neceſſarium duceret, nec ſine religione, & piaculo ſe id omittere poſſe, apud Vrbanum Prætorem profiteretur, Prætorque ſuper eo Senatum conſuleret.* ô benè factum!

Apolog. aduerſus Gentes. Conſentit Tertullianus *Liberum, inquit, Patrem, ſiue Bacchum, cum myſterijs Conſules Senatus auctoritate, non modò Vrbe, ſed vniuerſa Italia eliminauerunt.* Sacerdotes eorum ſacrorum, vtpotè tanti maleficij (quod maximum ſcelerum omnium ſeminarium fuiſſe Florus ſcribit) auctores cuſtodiri, & arctiſſimis vinculis conſtringi iubebantur, imò qui nefandis illis ſacris vitia alia miſcuerant, capite damnatos; *Lib. 8. Somniſt c. 6.* reliquos qui tantùm ipſis ſacris initiati fuiſſent, in vinculis relictos fuiſſe Ianus Langlæus ex Liuio notat.

Porrò, de iſtâ Bacchanalium laſciuiâ, ac veriùs inſania, plura ſcribit S. Auguſt. de Ciuit. Dei lib. 6. cap. 21. & 6. c. 9. quibus in locis iſta non celebrari ait feſta ſolita ſine furioſo tumultu, extrema rabie, & amentia, & tamen quas è Repub. ſua exegerant Romani, eas quadantenus Chriſtiani olim admiſerunt, de quo queritur magnus ille Theodorus Studita, Lumen Orientalis Eccleſiæ, vt inquit Baro- *Catheches 64.* nius verbis notatu dignis: *Fratres Patreſque præſentes plerique, ferias appellant per quas helluentur, vinoque bacchentur, ignari abſtinentiam eos profiteri carnium, non crapula, & ebrietatis*

ebrietatis functionem. Nam id Græcarum feriarum proprium eſt, Chriſtianorum vti frugalitate, nec corporis pro libidinibus curam gerere, quemadmodum Apoſtolus docet. Sed agat ſanè vt lubet mundus, quæ in legem abierit inſania, nos intemperantiam fratres, vel ijs, quæ iam veſci eſt permiſſum fugiamus, ſcientes eam eſſe peccati matrem.

Hactenus Theodorus. Apparet igitur illo æuo quanta fuerint Chriſtianorum Bacchanalia, id eſt inſana ac furioſa impietas, qui illa à Romanis ſublata ob illorum fœditatem, non dubitarunt quaſi poſtliminio reduces facere.

Cæterùm, legimus antiquos Gallos, vt alios omittam, Bacchanalibus plurimùm indulſiſſe, præſertim ludicro Troïæ, quod genus ludi *Torneamenta* vocabant, à voce priſca *Torneta* ſic dicta, quâ vtitur S. Theodoricus Abbas in vita S.ti Bernardi: *Propè erat ſacrum*, inquit, *Quadrageſimæ tempus cùm omnes ferè iuuenes dediti militiæ ſeculari, circumibant quærentes execrabiles nundinas, quas vulgo Tornetas vocant. Capit ergò ab eis petere S. Bernardus, nè intra paucos dies, qui antè Quadrageſimam ſupererant armis vterentur, ac nè quidem latius per Canonem Concilij Rhemenſis interdictis.* Nam per eas Matronarum, vel Virginum pudicitiæ inſidiabantur, aut aliud quippiam ſceleratum, adeòque cædes, & latrocinia, præſertim noctu, plerique moliebantur.

Quorum criminum pœnam nullo negotio vitaturos ſe confidunt tales dum faciem habentes appoſititiam quam Maskam vocamus, à nemine dignoſcantur, vt optimo iure à Franciſco Rege ſanctione latâ conſtitutum ſit, ne quis Perſonatus per Vrbes, vel agros vagari audeat, grauiſſimo ſupplicio conſtitutionis eius temeratoribus indicto: tametſi iam olim Regia illa lex exoleta in Gallijs & alijs locis videatur, attamen tales leges retractandæ eſſent in Orbe Chriſtiano, ſed magis ijs in partibus, vbi maximè Religio, & modeſtia, ijs diebus vigere deberent, quando Seruator generis humani præparat ſe ad mortem pro omnibus quidem, quorum tamen plerique fides in culinis calet, charitas in cacabis feruet, tota ſpes in ferculis iacet, & quæ pietatis opera tum frequentari deberent, in ludicris & Perſonis (de quibus infrà cap. 59.) in Sacri ieiunij veſtibulo, maximo cum animarum damno proh dolor exercetur. *Lib. 8. Semeſt. cap. 9.*

CAPVT LIIII.

De Iuuenalibus: deque Adoptione per comam.

IVuenales ludos primùm Nero inuenit, teſte Cor. Tacito. *Inſtituit*, inquit, *Ludos Iuuenalium vocabulo, in quos paſſim nomina data; non nobilitas cuiquam, non ætas, aut acti honores impedimento quò minùs Græci Latinivè hiſtrionis artem exercerent.* Duplicis autem erant generis: nam priores ad hiſtrionicam pertinent, quâ plurimum Imperatorum ille carcinoma delectabatur. *Iuuenalibus ludis*, inquit Suetonius: *Senes quoque conſulares anuſque matronas recepit ad luſum.* Vndè Æliam Catulam filiam nobiliſſimam atque ditiſſimam natam annos 80. ſaltaſſe ex Dione *Lib. 14. Annal.* *In Nerone c. 11. v. Sueto.*

Digitized by Google

ſcribit Xiphilinus. Poſteriores à Domitiano proceſsêre, iſtique ludi barbis iuuenum ponendis ab illo inſtituti, vt auctor eſt Dio: *Cæſar*, inquit, *tum primùm barbam radens, & ipſe diem eum planè feſtum habuit, & alijs publicam feſtiuitatem indixit, atque ex eo etiam ipſe genas ſuas leues habuit, ad exemplum reliquorum.* Detonſam autem barbam Deo alicui conſecrabant. Sueto. de Nerone: *Barbam primùm poſuit, conditamque in auream pixidem & pretioſiſſimis margaritis adornatam Capitolino Ioui conſecrauit.*

Lib. 48.

Cæterùm, per domos tantùm atque hortos Iuuenales ludi agebantur, teſte Leuino Torrentio. Vetuſtiores tamen Romani barbati, & capillati erant. Iuuenalis:

In Suet.

——— *Dignum barba, dignumque capillis. Maiorum.*

Quin & illud obſeruatum, per comam adoptionem fieri apud Longobardos ſolitam, ſuper quo more, ſic Paulus Monachus de geſtis Longobardorum. *Circa hæc tempora*, inquit, *Carolus Francorum Princeps filium ſuum ad Luitprandum miſit, vt eius iuxta morem, capillum ſuſciperet, qui eius Cæſariem incidens, ei pater effectus eſt.* Plura de barbâ ſcripſimus ſuprà Cap. xxx.

CAPVT LV.

De Saturnalibus, quibus Domini ſeruis inſeruiebant, Gladiatores, & Quæſtiones in menſa miſcebantur. De Lupercalibus nonnulla. D. Chryſoſtomi Inuectiua contra Ludipetas.

ACtum agerem ſi eorum originem, inſtitutum, ritusque operoſo ſtudio exequar: Satis erit curioſo Lectori ſi breuiter, & per Satyram, quæ ex alijs, quorum ſtylus in hiſce ludicris ex profeſſo operatus eſt depromp ſerim. Itaque vt ab ipsâ verbi deriuatione exordiar: *Saturnalia* dicta ſunt à Saturno Inferorum Deo, cui placando propitiandoque, veteres in illa errorum nebula dies feſtos inſtituebant, qui Græcis *κρόνια* dicebantur, Latinis Saturnalia. Macrobius autem probat Cecropem primùm Saturno & Opiceū frugum atque fructuum repertoribus aram in Attica ſtatuiſſe, eoſque Deos pro Ioue & Terra coluiſſe, inſtituiſſeque vt Patresfamilias frugibus ac fructibus iam coactis paſſim cum ſeruis veſcerentur, cum quibus patientiam laboris in colendo rure tolerauerant: delectari enim Deum honore ſeruorum contemplatu laboris. Idcircò ipſo Saturni feſto veteris fuit inſtituti apud Romanos, vt ſeruis diſcumbentibus ſubſeruirent Domini.

Lib. 1. cap. 10.

De his ludis ſic ludebat Martialis: *Vnctis falciferi ſenis diebus.*
Regnator quibus imperat Fritillus, Verſu ludere non laborioſo
Permittis, puto pileata Roma, Riſiſti: licet ergo, nec vetamur.

Lib. 11. Epigrā. 7.

Cæterùm, ludos iſtos Romanos animi cauſa luſiſſe menſe Decembri teſtatur Seneca, atq; etiam in gratiam ſeruorum, quibus ius cum fuiſſe in Dominos, maximè in conuiuijs, nemini non perſpectum eſt: nam vt refert Athenæus: *Mos iſte apud Romanos*

Epiſt. 18. Lib. 4. Dipnoſ.

Digitized by Google

Romanos fuit, vt illi familiaribus conuiuium exhiberent, ipſiq; officio ſeruorum fungerentur. *Epiſt.47.*
Quod & videtur probare idem Seneca: *Inſtituerunt diem feſtum, quo non ſolùm cum ſeruis Domini veſcerentur, ſed quo vtique honores illis in domo gerere, ius dicere permiſerunt, & domum puſillam Rempub. eſſe iudicarunt.* Itaque à Dominis obſequia, quorum togis, & veſtibus (cœnatorijs dico) ſerui vtebantur; ſcholæque claudebantur. Vid. Martialem lib.5. Epigr. vlt. adeoque in Senatu nihil agebatur. Vid. Sueto. Auguſt. c.32.

Sed & diebus illis genio ſic dicatis, quæſtiones in menſa proponebantur, & qui tum cœnulam ordine ſuo curabat, præmium ponebat, librum veteris ſcriptoris, inquit Gellius, vel Græcum, vel Latinum, & coronam è lauro plexam, totidemque Conuiuator, quod erant Conuiuæ in medium afferebat quæſtiones, & vbi cuique eas omnes expoſuerat, rem, locumque dicendi ſors dabat. Quæſtione igitur ſoluta, corona & præmio donabantur. Non ſoluta autem tranſmittebatur ad eum qui ſorritò ſucceſſerat: idque in orbem vice pari ſeruabatur. Inſuper feſta iſta gladiatoribus, ludiſque Circenſibus (quibus equi, pugileſque exercebantur) deſtinata fuiſſe perſpicuum eſt. At de numero gladiatorum ſi quærat quis, ſciat innumerum penè fuiſſe, nec credendum, niſi apertè Dio adſtrueret. *Et ſpectacula*, inquit, *120. dierum edidit Traianus: in quibus feras, cicureſque animantes interdum ad decem millia interfecta ſunt: Gladiatorum autem decem millia pugnarunt.* Otho Imperator duo millia gladiatorum contra Vitellium armauit, ſed hæc rariſſimè. *Lib.18. Noct. Att.*

Verùm, nolo iſtis immorari, ne videar quæ fidem tantùm non ſuperant, ſcriptis prodere. Laudo auctorem meum Lipſium, qui hæc ſcribit, & quidem ex claſſicis & antiquis hiſtorijs, & inſuper diſtinctè diuerſa ludorum genera fuiſſe, nempè Gallicum, Dacicum, ludum magnum, Mamertinum, ludum matutinum, meridianum, quibus omnibus ſui erant Curatores, Laniſtæ, Medici, Doctores, loca etiam propria, forum videlicet, Amphitheatrum, Circus, vici, & regiones, ſpoliarium. Hiſce ludis cruentis fœminas etiam operam dediſſe, & quandoque in ludum deſcendiſſe, adeòque depugnaſſe legimus. Quis non deteſtetur feritatem hanc imbello etiam ſexui placuiſſe? Aduerſus hos gladiatores ſic inuehitur D. Cyprianus (vigebat enim impius ille mos, etiam tempore naſcentis Eccleſiæ.) *Paratur*, inquit, *gladiatorius ludus, vt libidinem crudelium luminum ſanguis oblectet: homo occiditur in hominis voluptatem, & quis poſſit occidere, peritia eſt, vſus eſt, ars eſt: ſcelus non tantùm geritur, ſed docetur.* *Lib. Saturn.* *Ad Donatum.*

Sed audite barbarorum crudelitatem, in ſorte quæ dabatur ad depugnandum. *Gladiatori*, inquit A. Gellius, *hæc propoſita ſors, aut occidere ſi occupauerit, aut occumbere ſi ceſſauerit.* Nam hiſce certaminibus gladijs vſos fuiſſe, & quidem acutiſſimis, quos *Druſianos* vocabant, nimirum, quia crudelis ille, & cruentes Editor acutiſſimos eos ſemper exigebat: contrà, leuiſſimos Imperator Marcus, qui adeò à cæde abhorruit, quod refert Dio, vt & Gladiatores Romæ tanquam Athletas, ſine periculo, aut noxa pugnantes cerneret: ferrum enim acutum nemini eorum commiſerat, ſed obtuſis & velut orbiculatis gladijs omnes pugnabant. *Noct. Attic.*

At priori illo & ferali æuo, vidêre erat quandoque millenos ludis illis lethiferis cadere. Vndè neceſſariò in ijs Libitynæ, à quibus certa in amphitheatro porta *Libitinenſis* dicta per quam occiſorum corpora efferrentur, teſte Dione. Tuba denique ante gladiatorum commiſſiones occinebatur.

Quintilianus: *Sonabant clangore ferali tuba.*

Virgilius: *At tubâ commiſſos medio canit aggere ludos.*

Medio aggere: quia in medio arenæ aggerulus erat ſtructus, vbi Tibicines, Æneatores, Cornicines eminebant. Plinius de quodam Spurina cui triumphalis ſtatua decreta à Senatu, *licet is numquam caſtra vidiſſet, nunquam tubarum ſonum, niſi in ſpectaculis audiſſet.* Atque iſtæ tubæ ſigna commiſſionis erant veræ pugnæ, verùm antè illam gladiatores inter ſe componebantur, ità enim loquebantur. Seneca: *Ignominiam iudicat gladiator cum inferiore componi, & ſcit eum ſine gloriâ vinci, qui ſine periculo vincitur.*

Lib. 2. Epiſt.

Non minor erat inſania in Lupercalibus, quæ Februario Menſe à nobilibus iuuenibus celebrabantur, de quibus ſic Plutar. *Multi ex nobilibus, & claris iuuenibus, nudi per Vrbem diſcurſant, & ſcuticis hirſutis obuios per luſum, & riſum cædunt. Quinetiam multæ imprimis claræ mulieres data opera illis obuiam eunt, & ſeipſas plagis tanquam in ſcholâ offerunt, manus his prabentes: perſuaſæ eas plagas prægnantibus ad faciliorem partum, ſterilibus verò ad fœcunditatem.* Ità ille.

In Cæſare

De his quoque Ouidius lib. II.

Tertia poſt Idus nudos aurora Lupercos
Aſpicit, & Fauni ſacra bicornis erunt.

Eorumque originem deinceps explicat:

Tranſtulit Euander ſylueſtria Numina ſecum, *Hîc vbi nunc vrbs eſt, nunc locus vrbis erat.*
Indè Deum colimus, deuectaq; ſacra Pelaſgis, *Flamen ad hæc priſco more Dialis erat.*

Saturnaliorum porrò mentionem facit Tertullianus Apologet. c. 42. *Non lauor,* inquit, *diluculo Saturnalibus, nè & noctem & diem perdam. Attamen lauor honeſta hora & ſalubri quæ mihi & calorem & ſanguinem ſeruet.* Et alibi ſui æui Chriſtianos culpat & reprehendit quod Ethnicorum feſta mutuis muneribus, ludis atque conuiuijs celebrarent. Verùm ab iſtis errorum nebulis tranſgrediamur ad alium.

CAPVT LVI.

De Maiuma. A quo ſit ſublatum iſtud ſpectaculum? poſteà tamen reſtitutum.

SEd & priſcis aliud inſaniæ genus vulgò receptum; *Maiuma* dictum, nobis non ſatis cognitum, eratque feſtiuitas, vt Suidas inquit, quæ Romæ celebrabatur Maio Menſe: Nam Romani maritimam Vrbem adeuntes Hoſtiam, inter aquas voluptatibus incumbebant, inuicem ſeſe inuadentes, & in eas inijcientes. Nam ſicu-

Digitized by Google

ſicut Menſe Auguſto ſuſpendebantur canes, & a iſerum feſtum à populo Romano celebrabatur, ob ſeruati Capitolij memo iam: ità Menſe Maio conſueuiſſe veteres ad maritimam Ciuitatem Hoſtiam ſecundo Tyberi deſcendere, & ibi mutuò ſeſe inuadere, & aquas iaculari, ſeque inſpergere, profuſa quadam lætitia. Verùm, quàm fœdum atque indecorum fuerit ſpectaculum, indè colligito, quod Arcadius Imperator feſtum iſtud ſuſtulerit, ſuaſu (vt opinatur Card. Baronius) Diui Ioannis Chryſoſtomi, qui fœdas iſtas recreationes mirum in modum inſectabantur: Licet poſteà Arcadij & Honorij conſtitutione fuerit reſtitutum, vt patet titul. Cod. Theod. de Maiumâ, his verbis: *Clementiæ noſtræ placuit vt Maiuma prouincialibus lætitia reddatur: ità tamen vt ſeruetur honeſtas, & verecundia caſtis moribus perſeueret.* De hoc impio ritu, legat qui volet Alciatum, & de Maiuma Ciuitate, Nicephorum lib. 10. c. 4. à quâ Ciuitate nomen accepiſſe ludicrum iſtud ſpectaculum exiſtimat Baronius; tametſi putem menſe Maio Maiumam deriuatum, cui poſteà Dea eius nominis dedicata. Satis enim conſtat eo in loco coli conſueuiſſe Maiumam, cuius ſimulachrum impudicum adhuc integrum exſtabat Anno ſalutis 399. teſte P. Iacobo Gretſero Societ. Iesv Theologo.

Anno Christi 399. *Lib. 11.* *Lib. 5. Parag. cap. 5.* *Not. ad Martyrol.* *Lib. 3. Var. c. 4.* *Homil. de Dauid & Saule.*

Cæterùm, quantoperè impia iſta ſpectacula Philoſophus Seneca damnarit, legat illum Epiſt. 7. vbi ſcribit nihil eſſe damnoſius quàm ſpectaculis aſſidêre, quando per voluptatem faciliùs ac procliuiùs obrepunt vitia, quibus adde D. Chryſoſtomum ad ſui æui Christianos: Non metuis, inquit, non expaueſcis, dum oculis, quibus illic lectum (qui eſt in Orchæſtra) ſpectas, vbi deteſtandæ adulterij fabulæ peraguntur, iiſdem hanc ſacram menſam intueris, vbi tremenda peraguntur myſteria? dum iiſdem auribus audis, & ſcortum obſcœnè loquens, & Prophetam, Apoſtolumque ad arcana Scripturæ introducentem? dum eodem corde, & letalia ſumis venena, & hanc ſanctam hoſtiam ac tremendam ? An non ſunt hæc vitæ ſubuerſio, coniugiorum corruptelæ, bella, pugnæque, & rixæ in domibus? Cùm enim ſpectaculis illis diſſolutior ac mollior, laſciuiorque, omniſque pudicitiæ factus hoſtis, domum redieris, vxoris aſpectus minùs erit iucundus qualiſcumque etiam illa fuerit. Siquidem inflammatus illâ concupiſcentiâ, quam in ſpectaculis hauſiſti, & ab illâ nouâ ſpectatione, quæ te dementauit, captus, ſobriam, & modeſtam vxorem, victuque plebeio contentam deſpicis, contumelia afficis, innumeriſque probris aſperis; non quod quicquam habeas, quod in illa culpes,
ſed quod erubeſcas confiteri morbum, quod pudet vulnus oſtendere
quo in ſpectaculis ſauciatus rediſti domum. Hæc ille,
& plura ori aureo conſentanea,

CA-

CAPVT LVII.

De Feſtis Quinquatribus,& Lagenoſorijs.

Aliud,ſed non æquè obſcænum,recreationis genus priſcis *Quinquatrium* dictum,ſed pueris aſſignatum,vt potè quibus quinque dies feſti indulgebantur,erantque Mineruæ(quæ ſcientijs,& artibus præeſt)ſacri dicti autem *Quinquatrus*,ſeu *Quinquatrua*, teſte Varrone, de L.L.quod eſſent poſt diem quintum Idus Martij,vel vt alij Kal.Martij, vel Idibus Iunij. De iſto Mineruæ feſto eleganter Iuuenalis:

Eloquium aut famam Demoſthenis aut Ciceronis
Incipit optare,& totis Quinquatribus optat.
Quiſquis adhuc vno partam colit aſſe Mineruam.

Horum etiam meminit Ouidius,3.de Faſt.

Vna dies media eſt,& fiunt ſacra Mineruæ Nomina quæ à iunctis quinq; diebus habent.
Sanguine prima vacat,nec fas concurrere ferro; Cauſa,quod eſt illa nata Minerua die.
Altera,treſq; ſuperſtrata celebrantur arena, Enſibus exerta,bellica læta Dea eſt.

Quod autem Poëta ait primam diem puram à ſanguine,intellige vt pugnauerint quidem,ſed rudibus,non ferro.

Sunt qui dicant hos dies munuſculorum quoque eſſe, quo tempore matronæ inter ſe inuicem munera miſſitabant,& ſeruis cœnas apponebant,vt viri Saturnalibus,de quibus ſuprà.

Proximè accedunt *Lagenſoria* feſta,quæ idcircò dicebantur, quod quiſque cœnaturus apud amicum lagenam ferret. Cœnantes enim in lectulis decumbebant (id quod ſuprà Cap.IX.fusè oſtendimus) atque ex domo lagenam quique ſecum
Lib.7. Diphnoſ. c.1. ferentes ex eâ bibebant,teſte Athenæo.A quo more non videntur etiam nunc abhorrêre Agrippinenſes.

CAPVT LVIII.

De Feſtis Quinquennalibus:quando,& à quo inſtituta? Decennaliaque?

Qvinquennalia feſta inſtituta fuiſſe ab Auguſto poſt deuictum Antonium, &
Cap.18. partam victoriam apud Actium promontorium ſcribit Sueton.Poſteà, producta fuêre in Vrbe ad vota quæ in Quinquennium publicè nuncupabantur, habebanturque tum ludi pulcherrimi, quorum origo ex libris Sibyllinis (de quibus ſuo loco dicam) videtur emanaſſe,quibus tradebatur, vt in difficillimis Reipublicæ temporibus ver ſacrum vouerent, ſi nimirum ad Quinquennium proximum res ità ſaluæ, vti tunc erant, forent:cuius rei poſt Titum Liuium meminit Alcia-
Lib.32. tus(ad l.calumnietur 233.de verb.ſignificat.) qui ex Dione in Auguſti vitâ, Decen-

cennalia fuiſſe feſta refert hac occaſione inſtituta quod cùm Auguſtus Rempub. reſtituere vellet, reclamantibus cunctis non vltra decennium ſe imperaturum promiſiſſe: quo tempore elapſo precibus adactum inſequens decennium diſtuliſſe: atque idem in aliud. Quamobrem eius Succeſſores licet perpetuam adminiſtrationem acciperent, ſingulis tamen decem diebus ludos vouebant, quos celeberrimos faciebant tanquam Principatum tunc renouare inciperent. Id quod non alienum eſt modò à Ritu Romano, quo ipſo die Coronationis Summi Præſulis quotannis recurrente, feſta publica in Vrbe inſtituunt, lucernis feneſtras adornant, ignes miſſiles per Vrbem ſpargunt, tormenta bellica explodunt, aliaque in ſignum ſummæ lætitiæ expromunt. Porrò Quinquennalia iſta perſeueraſſe ad tempora vſque Conſtantij Imper. tradit Baronius Anno Chriſti 341. vid. Lipſium lib. 2. Epiſt. quæſt. 15. & Thomam Dempſterum Antiq. Roman. lib. 5. cap. 21.

CAPVT LIX.

De alio laſciuiæ ludo, quo perſonati per compita Vrbium, velut inſani diſcurrunt.

PErſonæ vocabulum hîc accipimmus pro tegmine quo os facieſque hominis tegitur: tegmen illud laruam, id eſt, fictum vultum nominamus: & laruati idem quod perſonati. Horat. in ſerm.

Nil illi larua, aut tragicis opus eſſe coturnis.

Cicero, *Quid eſt hoc? quid eſt autem cur ego perſonatus ambulem?* Inuentum autem iſtud ludicrum, ab ipſis Romanis acceptum ferre debemus: Herodianus: *Paſſim omnibus ludendi licentia permiſſa, ſic vt perſonas induant, quas cuique libitum: nullamque non Magiſtratuum quoque imaginem, prout cuiuſque ſtudium repræſentent.* Et huic inſaniæ etiam diebus Minorum Quinquatruum vacabant. *Lib. 5. ad Att.*

Et iam Quinquatres iubeor narrare minores, Nunc adeſ ô cœptis flaua Minerua meis. *Ouid. 5. Faſtor.*
Cur vagus incedit totâ tibicen in Vrbe? Quid ſibi perſonæ? quid toga longa, volunt?
Callidus vt poſſet ſpecie, numeroque Senatum Fallere? perſonis imperat ora tegitis.
Admiſcetque alios, & vt hunc tibicina cœtum Augeat, in longis veſtibus ire iubet.

Verum, Chriſtianis poſtea ſublata fuit iſta ſcurrilitas, vti conſtat ex Concil Laodicen. can. 53. & Dachar. can. 80. *Si quis*, inquit, *balationes* (id eſt ſaltationes) *ante Eccleſias Sanctorum fecerit, ſeu quis faciem ſuam transformauerit, in habitu mulıebri, vel mulier in habitu viri, emendatione pollicitâ tres annos pœniteat.* Sed & pleriſque alijs inſtitutũ iſtud reprobum exſtitit. Vndè apud Anglos, ſi quis perſonam induerit, quod ſub iſta deliſandi licentia, ſexcenta flagitia nonnulli patrent, cædes, expilationes, & latrocinia, præſertim noctu committant, Capitale erat, teſte Lud. Viues, cuius verba non pigebit referre: Inuentus eſt, inquit, mos non ita pridem, vt viri, & fœminæ perſonati, vrbem totam circumcurſitent, ſaltantes per celebres domos, quales ſunt procerum, diuitum, aut in quibus aliqui conuiuantur, ſeu potant verius, atque huic ludicro ita quidem ſunt dediti, vt nihil affirment eſſe paris oblectamenti quàm cum capite obuolu- *De Inuent. rer. 5. 6. 8.*

“ uoluto,domos circumire, vident enim ipſi & noſcunt omnes à nemine cogniti;vt
“ infantes pueruli,qui magnam capiant voluptatem,cùm admotis ori manibus pu-
“ tant ſe ab alijs non cerni,& audiunt ſe ab alijs requiri.Sed ſub larua eiuſmodi multa
“ deliteſcunt flagitia.Primum, curioſitas immodica mulierum, quæ ſcire quid vbi-
“ que agatur vehementer auent:qui conuiuentur,quo ordine, quomodo ornati,quã
“ ſplendido apparatu:Vndè naſcitur inuidentia, loquacitas, detractatio, infamatio.
“ Amicum quis credit ſe recipere,tectâ facie hoſtis eſt,& quidem capitalis,qui explo-
“ ratum ingreditur, quâ noceat, & inimicum retectum licet excludere, hunc oper-
“ tum non licet. Tum habenæ laxantur impudentiæ muliebri:quæ enim aliquo pro-
“ ficiſci,& ſaltare erubeſceret cognita,non vereretur id facere laruata, eoque nullus
“ eſt illic reſpectus ætatis,dignitatis,fortunæ,exiſtimationis. Nec ſolum audiunt ob-
“ ſcœna,& te indigna,ſed dicunt intrepidè, quæ nec cogitare quidem auderent, ſi
“ noſcerentur.verùm omnia exæquat oculis ſpectantium larua, velut tenebræ quæ-
“ dam obiecta;ita aſſueſcunt paulatim impudentiæ,vt detrimentum quod ſub per-
“ ſonâ accepit verecundia,citra perſonam proferat,& oſtendat.Hactenus ille.

Vt meritò edicto Franciſci Regis Galliæ, alijſque ampliſſimi Senatus placitis cautum ſit,nè quis perſonatus per Vrbes vel agros vagari audeat,aut perſonas illas,ſiue facies ementitas diuendere grauiſſimo ſupplicio conſtitutionis eius temeratoribus indicto. Nam priorum licentia Regum ſic inualuerat (Bacchanalium maximè tempore)vſus iſte laruarum, vt ipſimet Reges in ijs animi laxamenta ponerent,vt in Carolo VI.animaduerſum,quem legimus villoſas veſtes carbaſo pice compactas cum quinque Aulicis,quò nuptiali cuiuſpiam epulo ſeſe,alioſque oblectaret,ſumpſiſſe,fortè autem accidiſſe,vt ſcintilla face emiſſa carbaſum petente, duo ex illis Comitibus circa incolumitatem Regis adnitentibus, ambuſti fuerint. quâ de re plura ſuprà Cap.53. diximus.

Sed Angli expertes ſunt iſtius inſaniæ, apud quos capitale eſt,ſi quis perſonas indueret. Vndè legitur in hiſtorijs Britanniæ, Anglos Ioannam illam puellam omnibus ſæculis admirandam Rhotomagi viuam combuſſiſſe, quod ipſa virili veſte vſa fuiſſet, Teſte Tiraquello,quem vide,vt & Ianum Langlæum lib.8.Semeſtr.cap.9.Sed iam luſiſſe ſatis,& quia extrema gaudij luctus occupat,idcirco ad luctum & funera deſcendamus.

CA-

Digitized by Google

CAPVT LX.

De luctu apud Romanos, deque mutatione veſtis: de ritu collocandi mortuos. Rei capitalis noxa barbam, & comam alebant.

A Ludis, & ludicris venio iterum ad luctum Roman. in quo animaduerſum, primò lugentes in conuiuijs verſari non licuiſſe cum ornamentis vllis, aut veſte albâ: ſiquidem purpuram, & monilia ponebant, ſumebantque veſtes atras. Ita Althea apud Ouidium cum conſpiceretur fratres extinctos: *Metamorph. 8.*

Quæ plangore dato mæſtis clamoribus Vrbem Implet, & auratis mutauit veſtibus atras.

Liuius: *Quid aliud in luctu quàm quod ornatum & purpuram ponant?* Id cum eluxerunt, reſumunt. *Lib. 23.* Piſani in obitu I. Cæſaris filij Augusti edicunt, *Vt omnes Piſani ciues ſint pullis amicti.* D. Hieron. ad Saluinam: *Tu verò quæ in tumulo mariti ſepeliſti omnes pariter voluptates, quæ vittam ceruſſa, & purpuriſſo faciem ſuper feretro eius lacrymis diluiſti, quæ pullam tunicam, nigroſque calceos, candida veſtis, & aurati ſocci depoſitione ſumpſiſti, &c.* Vxoribus tamen triſtior hic habitus quandoque ex Scto. remittebatur, vt in l. Decreto, Cod. ex quibus cauſis infam. irrog. v. Iulium Paul. Recept. ſent. lib. 2. tit. 21. de Sepulturis: *Qui luget*, inquit, *abſtinere debet à conuiuijs, ornamentis, & alba veſte.* Quâ de re plura videantur ſuprà Cap. 52. de Funeribus apud Romanos.

Tempus autem luctus diuerſimodus. Nam puerum trimo minorem lugeri votuiſſe; natu grãdioribus decem menſium ſpatium conſtitutum fuiſſe, teſte Seneca, *Conſol. ad Heluiam cap. 16.* quod intellige in lugentibus viros, quæ nemini ante legitimum illud tempus nubere poterant niſi id à Magiſtratu aut Principe impetraſſent. Cæterum, in parentum luctu, aut agnatorum, totus annus dabatur. Apud Iudæos, & Anglos tempus luctus triginta diebus finiebatur, teſte Polid. Vergilio de Rerum Inuent. lib. 6. c. 9. Sed præter atram veſtem, aduerte barbam quoque & capillum ſubmiſiſſe pro maiori mœroris indicio. Suetonius de Auguſto Cæſare: *Adeo conſternatum ferunt, vt barba, capilloque ſubmiſſo, caput interdum foribus illideret, vociferans, Quintili Vare redde legiones, diemque cladis, quem damnis mæſtum ac lugubrem habuerat memorans,*

Ouidius: *Aſpice demiſſos lugentis more capillos.*

Seneca (Conſol. ad Polyb.) *Idem ille Caius Cæſar furioſa inconſtantia, modo barbam capillumque ſubmittens.* Quod ſummo dedecori Romanis erat: ſoli enim lugentes, & rei capitalis iudicij, barbam & comam alebant, vt notat Cuiacius. *In Obſeruat.* Iuuenalis: *Satyr. 18.*

Plorare ergo iubet cauſam lugentis amici, Squalloremque Rei pupillum ad iura vocantem.

Mos enim erat accuſatis veſtem mutare, & ſquallida toga indui.

Martialis: *Lib. 1.*

Si det iniqua tibi triſtem fortuna reatum, Squallidus barebo, pallidiorque Reo.

Gellius, de Scipione Africano, *cùm eſſet Reus, neque barbam deſiſſe radi, neque candida veſte vti, neque fuiſſe cultu ſolito Reorum*, id eſt, in pulla veſte. *Lib. 3. Noct. Attic. c. 4.*

Aduerte quoque ab obitu, corpus abluiſſe, vnxiſſe, coronatum ad ianuam depo-

Digitized by Google

ſuiſſe,donec poſt legitimos dies efferretur ad Buſtum(quod vino reſpergebant)id que à filijs,aut certè hæredibus,vt in cadauere Pallantis expreſſit Virgilius:

——— ———*Recipitque ad limina greßum,*

Lib.11. *Corpus vbi exanimi poſitum Pallantis Acetes Seruabat ſenior.*

Quo vero in habitu,docet Apuleius:*Nam illis quoque*,inquit,*videret hominem præ-*
Lib.1. Florid. *ſidère,hominem depugnare;togam quoque parari,& voto,& funeri.Item Pallio cadauera,operiri,& Philoſophos amiciri*: Clarius Artemidorus:*Cadauera in honeſtißimâ veſte efferri mos erat:quæ in vulgo ciuium,& in tacito funere,toga vulgata fuit;in Magiſtratibus toga prætexta.*
Lib.2.c.3. Hunc ritum tantùm non adhuc ſeruari in Italia,adeoque Vrbe ipſa Roma ſciunt, qui illius vſuram habuêre.

Cæterum,morem alium apud veteres vſitatum taxat D.Hieron.Epiſt.ad Paulam,qui ſcribit luctibus conſueſſe incidere lacertos & caluitium facere, quod etiam Iobum feciſſe legimus,hicque ritus ad Romanos defluxit.Plaut. Trucul.

Thetis quoque etiam lamentando leßum fecit filo.

Leſſum vocabant lugubrem lamentationem: qui poſteà fuit ſublatus,lege lata:
Cic.Lib. 2.de leg. *Mulier genas nè carpito,neuè leßum funeris ergò habeto*,ſed poſtliminiò redijt temporibus S.Hieronymi,vt ipſe teſtatur in Hieremiam:*Hic mos*, inquit, *vſque hodie permanet in Iudæa,vt mulieres ſparſis crinibus,nudatiſque corporibus,voce modulata,omnes ad fletum concitent.*

Cap.9. Alij aliarum gentium ritus quibus in ſepeliendis mortuis vtebantur,licet prorſus horrendi,& deteſtandi varijs tamen hiſtoricis notantur.Quales ferè ſunt,quod gentes quædam,defunctorum corpora vulturibus,quædam canibus dilauianda, alij in mare,paludes,& flumina,proiecerunt: Apud alias,ſenes viui de rupibus in mare ſalierunt,vt de Hyperboreis ſcribit Plinius: Alij viuos incenſis rogis,flammis iniecerunt. Procopius de Erulorum ſepultura:*Seneſcentibus ſuis*,inquit, *& morbo*
Lib.4. cap.12. *affectis,vitâ frui apud hos fas non erat in poſterum:ſed vbi primum ex his quiſquam vel conſenuiſſet,ſiue infirmâ corporis valetudine rapiretur,protinus cogebatur à propinquis efflagitare ſe vt*
Lib.2 de Bello Gothic. *quantocius ex humanis delerent,tum illi lignorum in altitudinem ſtrue ingenti congeſta,deſuperque vt in ſummo faſtigio impoſitum hominem morti iam deſtinatum,Erulorum quempiam mittunt,vt pugione conficiat,ſed ſanguinis illi propinquitate penitus alienum:Non enim fas erat,vt propinquus aliquis,& neceßarius hunc interficeret.Vbi vero qui hominem illum occidit,ad eos deſcendit,mortuo illi cognatione iuncti,ab infimo ad ſummum culmen Pyra incenſa;vbi flãma demum reſedit,collecta è rogo iam oßa,ſub terram ociùs condunt.Erulo itaque viro defuncto neceſſe erat,vt vel vxor ipſa,quæ virtutis exiſtimationem aliquam ſuißet ad id tempus adepta, vel ſibi gloriam relinquere impoſterum vellet,laqueo apud Viri ſepulchrum non longe poſt,vitam finiret;ei verò,quæ non ita ſe geßißet,relinquebatur de cætero ignominiæ nota,odijque in viri propinquos conuincebatur.Adde,quod alij mortuos in flumen præcipitant,alij circumfuſo vitro domi ſeruant,alij in fictilibus alueolis eos circa templum defodiunt,vt de Meroidis ſcribit*
Lib.7. Geographi *Strabo*.Plura alia quæ ad funera & luctum ſpectant,videbantur ſuprà Cap.LII.Omiſſis ergo iſtis tranſeamus ad alia minus obuia.

CAPVT LXI.

Mira animæ rationalis vis in corpus: & ſtupenda eius rei exempla.

ADmirationem, & ſtuporẽ habent quæ Sanctus Auguſtin⁹ de vi, & potentia animæ rationalis ſcribit, verbis iſtis: Hominum quorundam naturas nouimus, multum cæteris diſpares, & ipſa raritate mirabiles, nonnulla vt volunt de corpore ſuo facientium; quæ alij nullo modo poſſunt, & audita vix credunt. Sunt enim, qui & aures moueant vel ſingulas, vel ambas ſimul, ſunt qui totam cæſariem capite immoto, quantum capilli occupant, deponunt ad frontem, reuocantque cùm volunt, ſunt qui eorum, quæ vocauerint incredibiliter plurima, & varia paululum præcordias contractis, tanquam de ſacculo, quod placuerit integerrimum proferunt. Quidam voces auium, pecorumque, & aliorum quorumlibet hominum ſic imitantur atque exprimunt, vt niſi videantur, diſcerni omninò non poſſint. *Lib. 14. de Ciuit. Dei c. 24.*

Quid de mouentibus aures ſcribit Auguſtinus indè fieri autumant Andreas Veſalius, quod quibuſdam raris fibris carnalis membrana, quam carnoſam vocamus, ſupra aures augeatur, quæ aurem motu aget arbitrario. Idemque alibi ſcribit ſe vidiſſe Patauij vnum Forouilienſem, alterum Genuenſem, quibus aures mouerentur hanc ob cauſam Iuſtinianum Imper. ab aduerſarijs, præſertim Praſinis, aſinum vocari ſolitum, quod nimirum aſinorum ritu aures ei mouerentur. *Lib. de Humani corp. fabrica. c. 13. Procopius.*

Idem Auguſtinus ſe expertum refert quendam flere ſolêre cum vellet, ſubijcitque: *Notum eſt quosdam flêre cum volunt, atque vbertim lachrymas fundere. Iam illud eſt multò incredibilius, quod plerique fratres memoriâ recentiſſimâ experti ſunt: Presbyter fuit quidam nomine reſtitutus in Parochia Calamenſis Eccleſiæ, qui quando ei placebat, miranda perpetrabat: rogabatur autem vt coram ijs illa faceret, qui rem mirabilem ſcire cupiebant ad imitatas: ergò quaſi lamentantis cuiuslibet hominis voces, ita ſe auferebat à ſenſibus, & ita iacebat ſimillimus mortuo, vt non ſolum vellicantes atque pungentes minimè ſentiret, quin etiam aliquando igne vreretur admoto ſine vllo doloris ſenſu, niſi poſtmodum ex vulnere, non autem obtinendo, ſed non ſentiendo non mouere corpus, & indè probabatur, quod tanquam in defuncto nullus inueniebatur anhelitus; hominum autem voces ſi clarius loquerentur, tanquam de longinquo ſe audire poſteà referebat.*

Simile de quodam ex Plinio refert Iacobus Gretſerus, cuius anima relicto corpore vagabatur, & quæ in longiſſimis Regionibus viderat, narrare ſolebat. Cæterum, de iſtis Exſtaticis ſuprà ſcripſi Cap. XXVI. vbi exemplum à me viſum narro. Idem Gretſerus Plutarchum ſcribentem adducit, quendam Parmenionem, *Animalium voces porcorumque grunnitum ſcitiſſimè imitari, & exprimere ſolitum*. Qualem & ego vidi hominem, arundines, grues, philomelas, alaudas, capras, porcos, voce ſic aſſimilantem, vt ſi extra conſpectum fuiſſet, ipſos animalium cantus, & voces fuiſſe planè dixiſſes. Alij dum gallum conſpiciunt, priuſquam cantum edat, alas excutere; ipſi quoque conſimiliter brachia mouent, mox & canunt ad inſtar galli canentis. *Lib. 2. Rer. var. cap. 9.*

Iungo his, ſolertiam mulieris mancæ, de quâ ſic Giraldus: In Vrbe Ceſtrenſi viſa *Lib. 2. c. 11.*

Digitized by Google

eſt noſtris diebus mulier manca, manibus carens à natiuitate, cui tamen contra defectum iſtum tale natura remedium dederat, vt pedes tam flexiles, tam delicatos haberet articulos, quod articulorum proceritate pariter, & flexibilitate, non minus ſubtiliter, quam aliæ mulieres acu ſuere conſueuerit, & quidquid filo, ac forfice manibus fieri ſolet circa defectum omnem, cum intuentium admiratione pedibus iſta compleret. Similis ei vir. Halæ Sueuorum ante viginti, & aliquot annos, magno cuidam Principi illac iter habenti, iucundum ſpectaculum exhibuit, pedibus ſuendo, ſarciendo, ſcribendo, & alia agendo, quæ alij manibus peragunt.

Denique, ad iſtam rationalis vim pertinent iſta quæ ſcriptis ſuis prodidit doctiſſimus, ac amœniſſimi Vir ingenij Henricus ab Heer Tongrenſis, Medicus peritiſſimus, qui perhibet ſe vidiſſe nonnullos, qui viſà rana, vel audito coaxatu eius, animo linquunt, diuque exanimes iacent, dum generoſo vino libato ad ſe redeant. Aliam item quæ ab Empyrico quodam edocta nidorem pennarum vpupæ accenſarum, ranas momento fugare, earumque coaxatum compeſcere credebat. Vndè nunquam rus concedebat, quin ijs ancillam inſtructiſſimam comitem haberet, quibus fumantibus, malo ſe non corripi adſeuerabat. Ibidem ſcribit virum quemdam hic primarium fuiſſe, qui viſa anguilla *Lipo-thymiâ* graui corripiebatur: imò etſi cruſtis artocrearum anguilla incluſa menſæ inferretur; mortui inſtar concidebat, nec ad ſe redibat, niſi ablata anguilla. Multa talia paſſim enarrãtur, nec ſine admiratione, hodieque viſuntur: & mult magis quæ proximo Capite ſubijciuntur.

CAPVT LXII.

De Prodigioſis hominum apparitionibus ſub forma brutorum animantium.

PRodigioſas hominum tranſmutationes fieri in belluas neminem latet qui priſci æui hiſtorias, vel extremis labris deguſtarit. Nam & Pomponius Mela, & Herodotus in eam iuête ſententiam Neruijs Schytæ ſtatum deſignatumque quotannis tempus eſſe, quo ſi velint in lupos, & rurſum in priſtinam formam mutentur. Quod & teſtimonio Diui Auguſtini lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 18. P. Petrus Thyreus è Societati IESV probat ſuo tempore fuiſſe in Italia mulieres quaſdam ſtabularias, quæ viatoribus caſeum dabant, neſcio quibus veneficijs infectum; quo ſumpto illi protinus vertebantur in iumenta, & onera portabant. Teſtatur hæc à Præſtantio Viro fide digno audiuiſſe, eundemque Præſtantium retuliſſe patrem ſuum eiuſmodi maleficis cibis per has mulieres correptum, ſtatim graui ſomno indormiuiſſe; ac poſt multos dies (quarum ſpatio expergiſci nullis remedijs vnquam potuit) narraſſe ſe per id tempus equi ſpeciem habuiſſe, ac ſemper frumenta tuliſſe: addidiſſe etiam portandi tempus, locumque & modum quo tuliſſet.

Lib. 2. cap 9. *Lib 4.* *Lib 1. de var. appari.*

Ad rem hanc etiam facit quod Palladius refert: Ruſtici cuiuſdam vxorem adulter amabat: cumque illam in ſuam ſententiam pellicere nequiret, Magi auxilium implo-

In vita Macharij

implorat,qui vel maritum necaret,vel vxoris erga ſe amorem excitaret, Magus vxorem in equam conuertit;qualis & marito,& diſcipulis Macharij ad quos à marito adducta fuit viſa eſt. Ita ille.

Legimus apud Gulielmum Tyri Archiepiſcopum, Iuuenem quendam Anglum in Cypro,vbi militabat,à Maga fuiſſe transformatum in aſinum,cumque ad *Bodinus.*
ſuos redire volens,vnà cum ſocijs nauem ingredi tentaret, ab ijs tanquam aſinum repulſum eſſe,& ad Magam reuerſum,vſa eſt illa adoleſcentis aſini opera ad triennium, donec in Eccleſia viſus eſt,in genua procidere,& ea quæ ab animante bruto fieri nequeunt facere. Tum enim in ſuſpicionem venit Maga, & ad Iudices rapta, omnem rem confeſſa eſt, atque reſtituto priſtinæ formæ adoleſcente, dignas pœnas perſoluit. Ità Bodinus.

Refert quoque Olaus Magnus in Pruſſia, Liuonia, atque Lithuaniâ frequens *De Me-*
eſſe, vt in feſto Natiuitatis Chriſti ſub noctem ſtatuto in loco,quem determinatum *nem.c.6.*
habent, homines maxima multitudine conueniant,& ibidem in lupos conuertantur,qui mox eadem nocte mira ferocitate in animalia,atque adeò in quas poſſunt ſæuiant,ædificia oppugnant,cellaria ingrediuntur,cereuiſiam exhauriunt,vaſaque transferant.

Alijs quoque exemplis confirmat idem Olaus,quorum vnum eſt Ruſtici cuiuſ- *Lib.18.c.*
dam,qui cum fame premeretur,vnà cum ſocijs in lupum conuerſus proximum o- *vlt.*
uium gregem inuadit, & ad ſuos ouem vnam defert Lupi forma depoſita. Alterum eſt cuiuſdam ſerui nobilis fœminæ. Hic impunitate ſibi promiſſa,homo cellarium ingreditur,& mox regreditur lupus;cumque eum canes inſequerentur,oculumque eruiſſent,vbi rurſum hominis formam aſſumpſit,monoculus apparuit.

Alia plurima generis eiuſdem omittuntur breuitatis cauſa,quibus tamen vnum è Sacra Pagina addo,nè longius vagemur, quod maximum robur addit propoſitioni noſtræ. Prædictum erat Nabuchodonoſori Regi(vt habet Prophetia Danie- *Daniel.4.*
lis)quod eijciendus eſſet ab hominibus, & habitationem habiturus communem cum feris beſtijs: quod tanquam bos fœnum eſſet comeſturus,& rore cœli perfundendus. Prophetiam effectus conſecutus confirmauit. Ex hominibus abiectus eſt Rex,vt ibidem dicitur: fœnum vt bos comedit,rore cœli corpus eius eſt perfuſum: capilli in ſimilitudinem aquilarum creuerunt,& vngues eius vnguibus auium ſimillimi effecti ſunt. Et nè quis non reuerà mutatũ Regẽ eſſe putet, docent Dorothæ' in Synopſi,atque Epiphanius in vitâ Dan. eundem anteriori parte corporis ſpeciem bouis,poſteriore autem Leonis retuliſſe,vt ſcilicet hac ipſa forma daretur intelligi Regem priori ſua ætate ventri,& libidini deditiſſimum, poſteriori autem immanitati,crudelitati,rapinis, ac cædibus hominum vacaſſe. Vt non immeritò dixerit *Lib.5.*
Beatus Gregorius Nabuchodonoſor Regem in animal irrationale mutatum *Moral.*
fuiſſe: quod an reuera in illo, alijſque acciderit proximo dicemus Capite.

CA-

CAPVT LXIII.

Diſcutitur hic an verè homines in beſtias tranſmutentur.

Lib. 8. c. 22. IN eo omnes conueniunt (ſi tamen à Plinio diſcedamus, & Ioanne VVierio (fieri tranſmutationes hominum in belluas, ſed diſſentiunt in modo. Diputat enim De Præſtig. Dem. c. 9. prolixè P. Thyræus Societatis IESV, an anima proprium corpus deſerat humanum, & an faciat ſibi anima egreſſa corpus proprium belluinum? item an duæ in vno corpore ſint animæ, hoc eſt, an cum hominis animâ, bruti anima coniungatur? item an totus homo in totam beſtiam mutetur? & ex homine verâm beſtiam, lupum, aut aſinum fieri credendum ſit? & an anima hominis ſic tranſmutati maneat in prodigioſo animantis corpore? Item an illi qui in beſtias conuerſi fuerint, vbi humanam receperunt formam eorum reminiſcantur quæ dum beſtiæ eſſent patrârunt? Has igitur, ſimileſque quæſtiones indiſcuſſas tædij vitandi cauſa relinquemus: ſatis ſit curioſum Lectorem ad eundem Petrum Thyræum remiſiſſe, & cum illo concludere, De Spir. & anim. cap. 10. prodigioſam iſtam metamorphoſim in beſtias per faſcinum fieri, nec ex humano corpore fieri belluinum, quod probat auctoritate Sancti Auguſtini his verbis: *Humana, inquit, opinio habet; quod quadam arte mulierum, & poteſtate dæmonum homines conuerti poßint in lupos, & iumenta, & quæcumque neceſſaria portare, & poſt peractâ operâ iterum ad ſe redire: nec fieri in ijs mentem beſtialem, ſed rationalem, humanamque ſeruari. Hoc ſic intelligendum eſt: quoniam Dæmones naturas non creant, ſed aliquid tale facere poſſunt, vt videantur eſſe, quæ non ſunt. Nullâ enim arte, ſed nec poteſtate, animus, ſed nec corpus quidem aliqua ratione in membra, vel lineamenta beſtialia veraciter conuerti poteſt.* Ita B. Auguſt.

Cap. 1. Idem videtur docêre Concilium Anquirenſe, verbis his: *Quiſquis credit poße fieri aliquam creaturam, aut in melius, aut in deterius immutari, aut transformari in aliam ſpeciem, vel aliam ſimilitudinem, niſi ab ipſo Creatore qui omnia fecit & per quem omnia facta ſunt: procul dubio infidelis eſt, & pagano deterior.*

Exemplis etiam pluribus demonſtrari poteſt, eos qui ſe in beſtias conuerſos putârunt, in beſtias immutatos non eſſe: ſed eo loco, vbi vel vnguenta ſua, quæ in hac tranſmutatione adhibuerant, vel certis vſi ſunt, in grauiſſimum ſomnum lapſos, veluti mortuos ſub propria hominis forma permanſiſſe, atque vbi tandem à ſomno excitati fuerunt, retuliſſe ſe, & in lupos fuiſſe conuerſos, & greges ouium diſſipaſſe, & grauia tam pecoribus, quàm hominibus damna attuliſſe.

Fauet huic ſententiæ quod in vita Macarij legimus, exemplum mulieris quæ in equam conuerſa dicitur, procul dubio, ſi in veram equam operâ Magi commutata fuiſſet, non niſi forma equæ ſe Macarij conſpectui obieciſſet. At in propria hominis forma mulierem vir Sanctus conſpexit, quàm alij nequitia Dæmonis illuſi, non niſi ſub equæ forma intuebantur.

Magnum quoque hinc argumentum ſumitur, quod ſi quando vis prodigioſis beſtijs affertur; ſi pes illis auferatur, aut manus; non beſtiæ, ſed homini pes, vel manus

Digitized by Google

nus ablatus inueniatur, etſi interficiantur, atque diſcerpantur; non beſtia, ſed homo interfectus, atque diſcerptus reperiatur. verùm ſi beſtia hîc fuit; cur inflicta vulnera, aut illata mors non beſtiæ, ſed homini accidiſſe deprehenditur? Nempè, quia verus homo eſt & non beſtia, qui vulnera excipit, & cui mors infertur, quamuis non homo, ſed beſtia, aut brutum animal videatur.

Quocircà, non malè Plinius, *Homines*, inquit, *in lupos conuerti, rurſumque reſtitui ſibi, falſum eſſe confidenter exiſtimare debemus, aut credere omnia, quæ fabuloſa tot ſeculis comperimus.* Idem poſtquam quomodo Arcades mutentur, narraſſet, *Mirum eſt*, inquit, *quò procedat græca credulitas. Nullum tam impudens mendacium eſt, vt teſte careat.* Sed vt contrarijs reſpondeat argumentis P. Thiræum audiamus ipſo pœnè Capite ſequenti. *Lib. 9. cap. 22.*

CAPVT XLIV.

Reſpondetur argumentis, & exemplis per eos productis, qui adſtruunt veram hominum in beſtias fieri metamorphoſim.

IMprimis quoad exemplum ſociorum Vlyſſis, qui à Circe Maga in varias beſtias tranſmutati dicuntur, reſpondetur non eos dici tranſmutatos in belluas, quin conſtanter cum B. Auguſtino negamus, qui illud ceu fabulam admittit, aut certè hominum ſenſibus putat impoſitum, vt ſcilicet videre ſibi viderentur, quod reuerà non videbant. Idem Auguſtinus negat Diomedæas aues ex hominibus eſſe factas, ſed vult permutatis hominibus (vt eius verbis vtamur) aues operâ diaboli ſuppoſitas, quemadmodum, inquit, cerua pro Iphigenia Regis Agamemnonis filia, quæ cùm ad aram occidenda ſtaret, ictui, miſeratione Dianæ, ſubtracta eſt, & cerua ſubſtituta. At aues illæ, dicent aliqui, in Diomedis templum aquam roſtris afferunt, & aſpergunt, blandiuntur etiam Græcigenis, alienigenas perſequuntur, & quorundam capita tam grauibus ictibus vulnerant, vt perimant, quæ non ſunt officia ſuppoſitarum auium. Eſto non ſint officia ſuppoſitarum auium, ſed tamen neque ſociorum Diomedis in aues conuerſorum ſunt officia; quorum igitur? ſunt officia diaboli, cuius inſtinctu, & motione veræ, atq; ſuppoſitæ aues illa fecerunt. Intereſt enim diaboli perſuadere (inquit D. Auguſtinus) Diomedem Deum eſſe factum ad decipiendos homines, vt falſos Deos cum veri Dei iniuriâ multos colant, & hominibus mortuis, qui nec cùm viuerent verè vixerunt, templis, altaribus, ſacrificijs, Sacerdotibus, (quæ omnia non niſi vni Deo viuo, & vero debentur) inſeruiant. *Lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 18.*

Apuleium Magum fuiſſe quidem aſſerunt, verſum tamen in aſinum putandum non eſt, ſed is à quo ille ſuum argumentum eſt mutuatus. Lucianus ſcripſit cùm eſſet in Theſſaliâ magicæ cognoſcendæ cauſa, ſe in aſinum mutatum, dum vellet in autem, non quod hoc ei contigerit, ſed quia huiuſmodi argumentis delectabatur,

S

Digitized by Google

tur nec veris,nec veriſimilibus,id opus fecit ſic Latinû Apuleius,vt ad verbum expreſſerit pleraque omnia additis plurimis,quò iucúdior eſſet lectio ijs qui Mileſijs fabulis delectabantur. Hactenus Ludouicus Viues in Auguſtinum.

Quæ de Arcadibus in lupos conuerſis refert grauis auctor Euanthes,confidenter cum Plinio falſa eſſe exiſtimare debemus,aut credere omnia, quæ fabuloſa tot ſæculis comperimus. Quod ſi cum Varrone quis ijſdem fidem velit adhibendam, non neceſſe eſt vt credat veram corporum factam eſſe tranſmutationem, cùm eo modo videri poſſint iu lupos conuerſi Arcades,quò in varias beſtias ſocij Vlyſſis.

Proferuntur etiam ſtabulariæ mulieres, quarum operâ homines in lupos conuerſi dicuntur. Hanc rem, etſi non velit negare D. Auguſtinus,negat tamen vlla Dæmonum arte fieri potuiſſe,vt homines illi in membra, vel lineamenta (vt ipſe loquitur) beſtialia conuertantur,quidquid hîc factum eſt, operâ diaboli putat factum.

Sic non veram tranſmutationem factam eſſe in muliere,quæ ad Macarium adducta dicitur,de quâ ſuprà cap.proximo. Hoc ipſum probat, quod quam cæteri equam putabant,illam non ſub equæ,ſed propriâ, & humanâ formâ intuitus ſit Macarius,qui aliorum ſenſibus impoſuit Dæmon, Viro ſancto illudere non potuit.

Idem ad Wilhelmi Tyri Archiepiſcopi de quo ſuprà cap.61. idem ad Vincentij Olaij Magni, Crantzij,& quæcumque producta ſunt, produciuè poſſunt exempla,reſpondêre licet. Sunt tamen alij modi,quibus hæc mutatio fieri,aut videri facta dici poteſt:de quibus,quia ſuo loco plura dicenda ſunt, hîc multa afferre neceſſe non eſt.

Reſtat vt ad Nabuchodonoſoris Babyloniorum Regis exemplum reſpondeamus,ad quod, quia maius ſuæ cauſæ præſidium in eo ponunt qui contrariæ ſunt ſententiæ,plura dicenda videntur. Primùm,non negamus diuina virtute fieri potuiſſe,vt etiam ſalua mente,& anima Nabuchodonoſoris Regis corpus, in verum bouis corpus tranſmutaretur,nonnè vxorem Loth in ſtatuam ſalis, aquam in vinum,virgam Moyſis in ſerpentem eſſe conuerſa,ſacra teſtatur Hiſtoria? Magna Dei virtus,quemadmodum hominis animam ſub hac, quam circumgerimus, ità ſub bouis,& cuiuſuis animantis ſpecie conſeruare poteſt.

Sed non hîc quid Deus poſſit,ſed quid fecerit inquirimus. Optimè,quid igitur fecit? Non conuertit Deus Nabuchodonoſorem in bouem:neque verum ipſi bouinum corpus tribuit. Nunquam enim hanc tantam,tamque inuſitatam tranſmutationem ſcriptura tacuiſſet,quæ tam ſubtiliter,tam diſtinctè, & explicatè commemorat multò leuiora, quæ in mutatione contigerunt. Accedit quod Nabuchodonoſor agnitus non fuiſſet (externa ſcilicet forma mutata) idem qui antè fuiſſet:nec adeò manifeſtè iuſtitia Dei eius ſcelera vindicantis pernotuiſſet omnibus. Cùm verò Deus in ipſo exemplum ſuæ iuſtitiæ conſtituere decreuerit,omninò

nō agnoſci debuit,& non in peregrina bouis forma circumuagari. Itaque minimè à nobis probatur, quam hîc Dorothæus, atque Epiphanius tranſmutationem prodigioſam effingunt.

Addimus, nec eorum nobis ſententiam probari, qui quamuis negent verè in bouem tranſmutatum eſſe Regem, volunt tamen in ſpeciem, & ſimulatè mutationem factam eſſe: quia ſcilicet Deus ſic immutabat, inquiunt, & afficiebat ſenſus eorum, qui Regem ſpectabant vt omninò beſtiam ſe videre crederent, vel potiùs, quia circa corpus ipſius circumpoſuit figuram quamdam beſtiæ, ſub qua cùm cerneretur ab alijs beſtia videbatur. Quid? An non hominibus Deus hac ratione impoſuiſſet? nonnè Regis peccatum ſic in alijs potiùs, quam in ipſo Rege eſſet vindicatum? Sed & Scriptura, ità hanc mutationem recenſet, vt nihil ſimulatè hic accidiſſe crederede beamus. *V. Pedia. de rectaſ. de lib. 2. cap. 7.*

Sunt qui dicunt, vt alicubi D. Thomas indicauit, Nabuchodonoſorem Regem, nec reuerà, nec æſtimatione aliorum, qui ipſum conſpiciebant in beſtiam mutatum eſſe, ſed ſua tantùm opinione, & imaginatione, vt quæ adeò corrupta fuerit, & deprauata, vt omninò beſtia ſibi eſſe viſus ſit. Hoc etſi probabilius, quàm cætera dicatur, aliquam tamen habet difficultatem: propterea quod Scriptura, eundem, aliorum etiam opinione, vt beſtiam habitum eſſe inſinuet; cùm ob illam cauſam à ſuo illum conſortio ſeparauerint & eiecerint. *Lib. 2. de Regim. Princip. cap. vlt.*

Dicamus igitur, nec verè in beſtiam conuerſum eſſe Nabuchodonoſorem, nec humana tantum opinione, nec ſua tantum imaginatione, nec vtrorumque æſtimatione beſtiam habitum, ſed beſtiam dictum, vel habitum ob efferatos quoſdam motus, & ſigna hominis planè feri; & ad ſtatum, atque conditionem beſtiarum redacti. Quæ verò illa ſigna? ſex ſunt præcipua. Primum fuit habitus ferinus magis, quàm humanus: Etenim ſemper nudus ingrediebatur, rori, & nubibus, ac alijs cœli iniurijs more beſtiarum obnoxius. Secundum, neglectiſſimus corporis cultus: ſiquidem adeò prolixi illi excreuerant capilli, vt totum ferè capillitium corpus contegeret. Vngues quoque & ad ſimilitudinem auium creuerant. Tertium eſt, motus, & greſſus, non enim modo humano ingrediebatur erecto vultu, rectoque corpore, ſed prono, ac curuo, quin etiam ad ſimilitudinem beſtiarum, manibus, & pedibus reptans. Quartum eſt victus ratio: Nec enim eo tempore delectabatur Nabuchodonoſor humanis cibis, ſed paſtu, & cibatu beſtiarumque potu. Quintum eſt, habitatio; fugiebat enim congreſſum & domicilium hominum: in ſyluis vagabatur, & cum beſtijs & feris conſociatus morabatur. Denique, oris & linguæ vſus, non enim humano more voces articulatas proferebat, ſed ritu beſtiarum, ſtridens inconditas voces edebat: has cauſas eſſe putarim, ob quas D. Gregorius Regem Nabuchodonoſorem in animal irrationale mutatum eſſe dixerit.

Sed quidquid ſit, cum diuina ſit factum virtute, non poteſt hæc pro Demoniaca conuerſione, vt nonnulli autumant, momentum habere, vt cenſet Matt. Delrio:

Digitized by Google

tio; qua de re plura videantur apud R. P. Cornelium à Lapide in c. 4. Danielis, qui etiam diuerſis probat argumentis, eundem Nabuchodonoſorem non verè tranſmutatum eſſe in beſtiam, ſed hominem manſiſſe. Alia quoque huius argumenti mira, nimirum, de phantaſtica transformatione hominum in beſtias, conſulat qui volet Ioannem Wierium de præſtig. Dæmon. lib. 2. cap. 27. & Tertullianum lib. de Anima, vbi aduerſus Pythagoræ & Empedoclis opinionem ſcribit animam humanam nullo modo in beſtiam poſſe transferri.

CAPVT LXV.

An translatio perſonarum de loco ad locum verè fiat, an verò per illuſionem. Hiſtoria eius rei recens.

ADhæreſcit nonnullorum animus, an malus genius humanam creaturam transferat de vno loco ad alium reipſa, hoc eſt, non illudendo ſenſibus, ſed applicando actiua paſſiuis per alterationem, & tranſpoſitionem veram? Dici poteſt, reipſa tranſpoſitionem fieri, etiamſi quandoque per illuſiones id euenire poſſit, quò referuntur ludificationes Zedechiæ Iudæi, qui fuit tempore Ludouici Pij. Is & hominem in aëra iactabat, & in membra diſcerpebat, & ea recollecta adunabat: currum etiam onuſtum fœno cum equis & agitatore, coram toto populo abſorbebat, vt refert Tritemius citatus P. Delrio qui multa id genus cumulat exempla.

Diſquiſ. Magic c. 2. & 16.

Sed his omiſſis, dicamus veras & reales (vt ſic loquar) corporum tranſportationes fieri, quod exemplis lubet oſtendere. Refert Alphonſus à Caſtro non procul ab Vrbe Roma, quendam Ruſticum fuiſſe, qui cùm nocte vxorem ſuam poſt vnctiones neſcio quas, ſubitò ex oculis diſparêre percepiſſet, nec domi ſuæ quæſitam inueniſſet, altero die tamdiu verberibus eandem vrſit, donec quod res erat confeſſa, ſe nocturnis quibuſdam conuentibus, ad quos beneficio vnguenti translata eſſet, interfuiſſe. Negat vxori fidem ruſticus: vult ſuo exemplo de tota re fieri certior, vxori placet viri propoſitum; veruntamen monet vt à Dei nomine toto tempore, quo Conuentus agitur, abſtineat. Indicta igitur die cum vxore, poſt conſuetas vnctiones ad maleficorum cœtum aduolat maritus, fit omnium quæ geruntur ſpectator: honoris qui diabolo exhibetur; ſaltationum & nefandorum congreſſuum: adhibitus eſt quoque cum alijs inſtructæ menſæ. Hic dum ſalem, qui in menſa deerat, vrget, & obtinet, præcepti vxoris immemor, in hæc verba, *Laus Deo*, pro conſuetudine prorumpit: & eccè mox omnis turba euanuit, & ſolus relinquitur Ruſticus: qui poſt octo dierum iter, tandem domum reuertit. Ità ille.

Simile huic eſt, quod de Lucretia quadam idem auctor refert. Cum in hac do-

domum reuehenda Diabolus occupatur, contingit ſignæ Campanæ populum ad orationem excitari: ſonum æris non ferens Diabolus, mulierem in medio itinere relinquit. Illa à quodam iuuene in agro deprehenſa, & agnita: qui iuuenis promiſſi immemor, factum poſt aliquot annos reuelat. Hinc quæſtionibus mulier ſubiecta, vt iuueni priùs, ità poſtmodum Magiſtratui hanc corporum translationem fieri poſſe declarauit.

Vidi ego Leodij ſub initium anni 1623. & plures Theologi mecum, puellam viginti quinque vel circiter annorum, quæ de numero erat Virginum ſpiritualem vitam ducentium ſub Directione PP. Minimorum: hæc ſueta erat, vt fatebatur, educi è proprio lectulo, & tranferri à Dæmone ad varia loca, & nonnullo die ad pontem maiorem huiuſcè Ciuitatis, vbi per crines pendula de ponte ſupra Moſam, iuſſa fuit fidem & Chriſtum negare, niſi aquis mergi vellet, cùmque perſiſteret, conſtans in fide illam teterrimus humani generis hoſtis, in flumen delabi ſinit, quæ Dei prouidentiâ ad ripam delata è regione Domus nunc Montis Pietatis, ſumpto animo, ædes ipſa ſuas madida reperijt, & quidem eadem nocte intempeſtâ. Sed ego ipſam & tales maleficio transferri à Diabolo reor, & non pauci Theologi mecum qui eius examini interfuêre.

Maneat ergò veras translationes fieri de loco ad locum: hirco etiam, vel alteri animali (phantaſtico vt plurimum, hoc eſt Dæmoni aſſumenti, & formanti corpus aëreum, vel etiam hominis in formâ, maleficas aliquando ternas, quaternaſque, vel etiam alias permiſſu Dei, aſportari) vel arundini veræ, ſcoparumvè baculo etiam verò, ſed acto, & ſubleuato à Dæmone inequitantes, & corporaliter *Lib. 2.*
conuentui nefario intereſſe: hancque ſententiam vti magis receptam, & proba- *Diſquiſ.*
bilem poſt magnam Doctorum, quà Theologorum, quà Iuriſconſultorum claſ- *Magic.*
ſem, ſequitur Eruditiſſimus Martinus Delrio Soc. IESV Sacræ Theologiæ Do- *& lib. 5. Sect. 16.*
ctor, & Profeſſor qui pleniore manu ex varijs deprompſit exempla huiuſmodi *nu. 4.*
admiranda.

CAPVT LXVI.

De Noctambulis, ſiue ijs, qui ſomno oppreſſi noctu ambulant. Mira de hoc hiſtoria.

FIdem omninò ſuperarent, quæ de Noctambulis dicuntur, leguntur que, niſi eſſent, qui certo referrent, & mira paruo temporis interſtitio vidiſſe ſe adſtruerent. Affirmant enim nonnullos eſſe, qui antelucano tempore excurrunt, lecto ſeſe ſubducente, quæque acceſſu, adituque vigilantibus eſſent difficillima, perficere, eaque tam inoffenſo pede peragere, vt nemini non ſpectantium admirationem, ſtuporemque incutiant; quod ſi illos non interpelles, nec ab incepto reuoces, ſenſim ſeſe denuò in lectum referunt. Cùm autem iſta obeunt, ſi illos notâ

“ uoluto,domos circumire, vident enim ipſi & noſcunt omnes à nemine cogniti;vt
“ infantes pueruli,qui magnam capiant voluptatem,cùm admotis ori manibus pu-
“ tant ſe ab alijs non cerni,& audiunt ſe ab alijs requiri.Sed ſub larua eiuſmodi multa
“ deliteſcunt flagitia.Primum, curioſitas immodica mulierum, quæ ſcire quid vbi-
“ que agatur vehementer auent:qui conuiuentur,quo ordine, quomodo ornatu,quã
“ ſplendido apparatu:Vndè naſcitur inuidentia, loquacitas, detractatio, infamatio.
“ Amicum quis credit ſe recipere,tectâ facie hoſtis eſt,& quidem capitalis,qui explo-
“ ratum ingreditur, quâ noceat, & inimicum retectum licet excludere, hunc oper-
“ tum non licet. Tum habenæ laxantur impudentiæ muliebri:quæ enim aliquo pro-
“ ficiſci,& ſaltare erubeſceret cognita,non vereretur id facere laruata, eoque nullus
“ eſt illic reſpectus ætatis, dignitatis,fortunæ,exiſtimationis. Nec ſolum audiunt ob-
“ ſcœna,& ſe indigna, ſed dicunt intrepidè, quæ nec cogitare quidem auderent, ſi
“ noſcerentur,verùm omnia exæquat oculis ſpectantium larua, velut tenebræ quæ-
“ dam obiecta;ita aſſueſcunt paulatim impudentiæ,vt detrimentum quod ſub per-
“ ſonâ accepit verecundia,citra perſonam proferat,& oſtendat.Hactenus ille.

Vt meritò edicto Franciſci Regis Galliæ, alijſque ampliſſimi Senatus placitis cautum ſit,nè quis perſonatus per Vrbes vel agros vagari audeat,aut perſonas illas,ſiue facies ementitas diuendere grauiſſimo ſupplicio conſtitutionis eius temeratoribus indicto. Nam priorum licentia Regum ſic inualuerat (Bacchanalium maximè tempore) vſus iſte laruarum, vt ipſimet Reges in ijs animi laxamenta ponerent, vt in Carolo VI.animaduerſum,quem legimus villoſas veſtes carbaſo pice compactas cum quinque Aulicis,quò nuptiali cuiuſpiam epulo ſeſe,alioſque oblectaret,ſumpſiſſe,fortè autem accidiſſe,vt ſcintilla face emiſſa carbaſum petente, duo ex illis Comitibus circa incolumitatem Regis adnitentibus, ambuſti fuerint. quâ de re plura ſuprà Cap.53. diximus.

Sed Angli expertes ſunt iſtius inſaniæ, apud quos capitale eſt,ſi quis perſonas indueret. Vndè legitur in hiſtorijs Britanniæ, Anglos Ioannam illam puellam omnibus ſæculis admirandam Rhotomagi viuam combuſſiſſe, quod ipſa virili veſte vſa fuiſſet, Teſte Tiraquello,quem vide,vt & Ianum Langlæum lib.8.Semeſtr.cap.9.Sed iam luſiſſe ſatis,& quia extrema gaudij luctus occupat,idcircò ad luctum & funera deſcendamus.

CA-

Digitized by Google

CAPVT LX.

De luctu apud Romanos, deque mutatione veſtis: de ritu collocandi mortuos. Rei capitalis noxa barbam, & comam alebant.

A Ludis, & ludicris venio iterum ad luctum Roman. in quo animaduerſum, primò lugentes in conuiuijs verſari non licuiſſe cum ornamentis vllis, aut veſte albâ: ſiquidem purpuram, & monilia ponebant, ſumebantque veſtes atras. Ita Althea apud Ouidium cum conſpicarerur fratres extinctos: *Metamorph. 8.*

Qua plangore dato mœſtis clamoribus Vrbem Implet, & auratis mutauit veſtibus atras.

Liuius: *Quid aliud in luctu quàm quod ornatum & purpuram ponant?* Id cum eluxerunt, reſumunt. Piſani in obitu I. Cæſaris filij Auguſti edicunt, *Vt omnes Piſani ciues ſint pullis amicti.* D. Hieron. ad Saluinam: *Tu verò quæ in tumulo mariti ſepeliſti omnes pariter voluptates, quæ vittam ceruſſa, & purpuriſſo faciem ſuper feretro eius lacrymis diluiſti, quæ pullam tunicam, nigroſque calceos, candidæ veſtis, & aurati ſocci depoſitione ſumpſiſti, &c.* Vxoribus tamen triſtior hic habitus quandoque ex Sc^to. remittebatur, vt in l. Decreto, Cod. ex quibus cauſis infam. irrog. v. Iulium Paul. Recept. ſent. lib. 2. tit. 21. de Sepulturis: *Qui luget*, inquit, *abſtinêre debet à conuiuijs, ornamentis, & alba veſte.* Quâ de re plura videantur ſuprà Cap. 52. de Funeribus apud Romanos. *Lib. 13.*

Tempus autem luctus diuerſimodus. Nam puerum trimo minorem lugeri votuiſſe; natu grãdioribus decem menſium ſpatium conſtitutum fuiſſe, teſte Seneca, quod intellige in lugentibus viros, quæ nemini ante legitimum illud tempus nubere poterant niſi id à Magiſtratu aut Principe impetraſſent. Cæterum, in parentum luctu, aut agnatorum, totus annus dabatur. Apud Iudæos, & Anglos tempus luctus triginta diebus finiebatur, teſte Polid. Vergilio de Rerum Inuent. lib. 6. c. 9. Sed præter atram veſtem, aduerte barbam quoque & capillum ſubmiſiſſe pro maiori mœroris indicio. Suetonius de Auguſto Cæſare: *Adeo conſternatum ferunt, vt barba, capilloque ſubmiſſo, caput interdum foribus illideret, vociferans, Quintili Vare redde legiones, diemque cladis, quem damnis mœſtum ac lugubrem habuerat memorans,* *Conſol. ad Heluiam cap. 16.*

Ouidius: *Aſpice demiſſos lugentis more capillos.*

Seneca (Conſol. ad Polyb.) *Idem ille Caius Cæſar furioſa inconſtantia, modo barbam capillumque ſubmittens.* Quod ſummo dedecori Romanis erat: ſoli enim lugentes, & rei capitalis iudicij, barbam & comam alebant, vt notat Cuiacius. Iuuenalis: *In Obſeruat.*

Plorare ergo iubet cauſam lugentis amici, Squalloremque Rei pupillum ad iura vocantem. *Satyr. 15.*

Mos enim erat accuſatis veſtem mutare, & ſquallida toga indui.

Martialis:

Si det iniqua tibi triſtem fortuna reatum, Squallidus barebo, pallidiorque Reo. *Lib. 2.*

Gellius, de Scipione Africano, *cùm eſſet Reus, neque barbam deſiiſſe radi, neque candida veſte vti, neque fuiſſe cultu ſolito Reorum*, id eſt, in pulla veſte. *Lib. 3. Noct. Attic. c. 4.*

Aduerte quoque ab obitu, corpus abluiſſe, vnxiſſe, coronatum ad ianuam depo-

Digitized by Google

fuiſſe, donec poſt legitimos dies efferretur ad Buſtum (quod vino reſpergebant) id que à filijs, aut certè hæredibus, vt in cadauere Pallantis expreſſit Virgilius:

——— ———Recipitque ad limina greſſum,

Lib. 11. *Corpus vbi exanimi poſitum Pallantis Acetes Seruabat ſenior.*

Lib. 1. Florid. Quo vero in habitu, docet Apuleius: *Nam illis quoque*, inquit, *videret hominem præſidere, hominem depugnare; togam quoque parari, & voto, & funeri. Item Pallio cadauera operiri, & Philoſophos amiciri*: Clarius Artemidorus: *Cadauera in honeſtiſſimâ veſte efferri mos erat: quæ in vulgo ciuium, & in tacito funere, toga vulgata fuit; in Magiſtratibus toga prætexta.*

Lib. 2. c. 3. Hunc ritum tantùm non adhuc ſeruari in Italia, adeoque Vrbe ipſa Roma ſciunt, qui illius vſuram habuêre.

Cæterum, morem alium apud veteres vſitatum taxat D. Hieron. Epiſt. ad Paulam, qui ſcribit luctibus conſueſſe incidere lacertos & caluitium facere, quod etiam Iobum feciſſe legimus, hicque ritus ad Romanos defluxit. Plaut. Trucul.

Thetis quoque etiam lamentando leſſum fecit filo.

Cic. Lib. 2. de leg. *Leſſum* vocabant lugubrem lamentationem: qui poſteà fuit ſublatus, lege lata: *Mulier genas nè carpito, neuè leſſum funeris ergò habeto*, ſed poſtliminiò redijt temporibus S. Hieronymi, vt ipſe teſtatur in Hieremiam: *Hic mos*, inquit, *vſque hodie permanet in Iudæa, vt mulieres ſparſis crinibus, nudatiſque corporibus, voce modulata, omnes ad fletum concitent.*

Cap. 9. Alij aliarum gentium ritus quibus in ſepeliendis mortuis vtebantur, licet prorſus hortendi, & deteſtandi varijs tamen hiſtoricis notantur. Quales ferè ſunt, quod gentes quædam, defunctorum corpora vulturibus, quædam canibus dilanianda, alij in mare, paludes, & flumina, proiecerunt: Apud alias, ſenes viui de rupibus in mare ſalierunt, vt de Hyperboreis ſcribit Plinius: Alij viuos incenſis rogis, flammis iniecerunt. Procopius de Erulorum ſepultura: *Seneſcentibus ſuis*, inquit, *& morbo*

Lib. 4. cap. 12. *affectis, vitâ frui apud hos fas non erat in poſterum: ſed vbi primum ex his quiſquam vel conſenuiſſet, ſiue infirmâ corporis valetudine raperetur, protinus cogebatur à propinquis efflagitare ſe vt*

Lib. 2. de Bello Gothis. *quantocius ex humanis delerent, tum illi lignorum in altitudinem ſtrue ingenti congeſta, deſuperque vt in ſummo faſtigio impoſitum hominem morti iam deſtinatum, Erulorum quempiam mittunt, vt pugione conficiat, ſed ſanguinis illi propinquitate penitus alienum: Non enim fas erat, vt propinquus aliquis, & neceſſarius hunc interficeret. Vbi vero qui hominem illum occidit, ad eos deſcendit, mortuo illi cognatione iuncti, ab infimo ad ſummum culmen Pyra incenſa; vbi flãma demum reſedit, collecta è rogo iam oſſa, ſub terram ociùs condunt. Erulo itaque viro defuncto neceſſe erat, vt vel vxor ipſa, quæ virtutis exiſtimationem aliquam fuiſſet ad id tempus adepta, vel ſibi gloriam relinquere impoſterum vellet, laqueo apud Viri ſepulchrum non longe poſt, vitam finiret; ei verò, quæ non ita ſe geſſiſſet, relinquebatur de cætero ignominiæ nota, odijque in viri propinquos conuincebatur. Adde, quod alij mortuos in flumen præcipitant, alij circumfuſo vitro domi ſeruant, alij in fictilibus alueolis eos circa templum defodiunt, vt de Meroidu ſcribit*

Lib. 7. Geographi *Strabo*. Plura alia quæ ad funera & luctum ſpectant, videbantur ſuprà Cap. LII. Omiſſis ergo iſtis tranſeamus ad alia minus obuia.

CA-

Digitized by Google

CAPVT LXI.

Mira animæ rationalis vis in corpus: & ſtupenda eius rei exempla.

ADmirationem,& ſtuporẽ habent quæ Sanctus Auguſtin⁹ de vi, & potentia animæ rationalis ſcribit, verbis iſtis: Hominum quorundam naturas nouimus, multum cæteris diſpares,& ipſa raritate mirabiles,nonnulla vt volunt de corpore ſuo facientium; quæ alij nullo modo poſſunt, & audita vix credunt. Sunt enim, qui & aures moueant vel ſingulas, vel ambas ſimul, ſunt qui totam cæſariem capite immoto, quantum capilli occupant, deponunt ad frontem, reuocantque cùm volunt, ſunt qui eorum, quæ vocauerint incredibiliter plurima, & varia paululum præcordias contractis, tanquam de ſacculo, quod placuerit integerrimum proferunt. Quidam voces auium, pecorumque, & aliorum quorumlibet hominum ſic imitantur atque exprimunt, vt niſi videantur, diſcerni omninò non poſſint. *Lib. 14. de Ciuit. Dei c. 24.*

Quid de mouentibus aures ſcribit Auguſtinus indè fieri autumant Andreas Veſalius, quod quibuſdam raris fibris carnalis membrana, quam carnoſam vocamus, ſupra aures augeatur, quæ aurem motu aget arbitrario. Idemque alibi ſcribit ſe vidiſſe Patauij vnum Forouilienſem, alterum Genuenſem, quibus aures mouerentur hanc ob cauſam Iuſtinianum Imper. ab aduerſarijs, præſertim Praſinis, aſinum vocari ſolitum, quod nimirum aſinorum ritu aures ei mouerentur. *Lib. de Humani corp. fabrica. c. 13. Procopius.*

Idem Auguſtinus ſe expertum refert quendam flere ſolêre cum vellet, ſubijcitque: *Notum eſt quosdam flêre cum volunt, atque vbertim lachrymas fundere. Iam illud eſt multò incredibilius, quod plerique fratres memoriâ recentiſſimâ experti ſunt: Præsbyter fuit quidam nomine reſtitutus in Parochia Calamenſis Eccleſiæ; qui quando ei placebat, miranda perpetrabat: rogabatur autem vt coram ijs illa faceret, qui rem mirabilem ſcire cupiebant ad imitatas: ergò quaſi lamentantis cuiuslibet hominis voces, ita ſe auferebat à ſenſibus, & ita iacebat ſimillimus mortuo, vt non ſolum vellicantes atque pungentes minimè ſentiret, quin etiam aliquando igne vreretur admoto ſine vllo doloris ſenſu, niſi poſtmodum ex vulnere, non autem obtinendo, ſed non ſentiendo non mouere corpus, & indè probabatur, quod tanquam in defuncto nullus inueniebatur anhelitus, hominum autem voces ſi clarius loquerentur, tanquam de longinquo ſe audire poſteà referebat.*

Simile de quodam ex Plinio refert Iacobus Gretſerus, cuius anima relicto corpore vagabatur, & quæ in longiſſimis Regionibus viderat, narrare ſolebat. Cæterum, de iſtis Exſtaticis ſuprà ſcripſi Cap. XXVI. vbi exemplum à me viſum narro. Idem Gretſerus Plutarchum ſcribentem adducit, quendam Parmenionem, *Animalium voces porcorumque grunnitum ſcitiſſimè imitari, & exprimere ſolitum*, Qualem & ego vidi hominem, arundines, grues, philomelas, alaudas, capras, porcos, voce ſic aſſimilantem, vt ſi extra conſpectum fuiſſet, ipſos animalium cantus, & voces fuiſſe planè dixiſſes. Alij dum gallum conſpiciunt, priuſquam cantum edat, alas excutere; ipſi quoque conſimiliter brachia mouent, mox & canunt ad inſtar galli canentis. *Lib. 2. Rer. var. cap 9.*

Iungo his, ſolertiam mulieris mancæ, de quâ ſic Giraldus: In Vrbe Ceſtrenſi viſa *Lib. 2. c. 11.*

eſt noſtris diebus mulier manca, manibus carens à natiuitate, cui tamen contra defectum iſtum tale natura remedium dederat, vt pedes tam flexiles, tam delicatos haberet articulos, quod articulorum proceritate pariter, & flexibilitate, non minus ſubtiliter, quam aliæ mulieres acu ſuere conſueuerit, & quidquid filo, ac forfice manibus fieri ſolet circa defectum omnem, cum intuentium admiratione pedibus iſta compleret. Similis ei vir. Halæ Sueuorum ante viginti, & aliquot annos, magno cuidam Principi illac iter habenti, iucundum ſpectaculum exhibuit, pedibus ſuendo, ſarciendo, ſcribendo, & alia agendo, quæ alij manibus peragunt.

Denique, ad iſtam rationalis vim pertinent iſta quæ ſcriptis ſuis prodidit doctiſſimus, ac amœniſſimi Vir ingenij Henricus ab Heer Tongrenſis, Medicus peritiſſimus, qui perhibet ſe vidiſſe nonnullos, qui viſa rana, vel audito coaxatu eius, animo linquunt, diuque exanimes iacent, dum generoſo vino libato ad ſe redeant. Aliam item quæ ab Empyrico quodam edocta nidorem pennarum vpupæ accenſarum, ranas momento fugare, earumque coaxatum compeſcere credebat. Vndè nunquam rus concedebat, quin ijs ancillam inſtructiſſimam comitem haberet, quibus fumantibus, malo ſe non corripi adſeuerabat. Ibidem ſcribit virum quemdam hic primarium fuiſſe, qui viſa anguilla *Lipothymiâ* graui corripiebatur: imò etſi cruſtis artocreatum anguilla incluſa menſæ inferretur: mortui inſtar concidebat, nec ad ſe redibat, niſi ablata anguilla. Multa talia paſſim enarrãtur, nec ſine admiratione, hodieque viſuntur: & mult magis quæ proximo Capite ſubijciuntur.

CAPVT LXII.

De Prodigioſis hominum apparitionibus ſub forma brutorum animantium.

Lib. 2. cap. 9.
Lib. 4.
Lib. 1. de Var. appa- rit.

PRodigioſas hominum tranſmutationes fieri in belluas neminem latet qui priſci æui hiſtorias, vel extremis labris deguſtarit. Nam & Pomponius Mela, & Herodotus in eam iuêre ſententiam Neruijs Schytæ ſtatum deſignatumque quotannis tempus eſſe, quo ſi velint in lupos, & rurſum in priſtinam formam mutentur. Quod & teſtimonio Diui Auguſtini lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 18. P. Petrus Thyreus è Societati IESV probat ſuo tempore fuiſſe in Italia mulieres quaſdam ſtabularias, quæ viatoribus caſeum dabant, neſcio quibus veneficijs infectum; quo ſumpto illi protinus vertebantur in iumenta, & onera portabant. Teſtatur hæc à Præſtantio Viro fide digno audiuiſſe, eundemque Præſtantium retuliſſe patrem ſuum eiuſmodi maleficis cibis per has mulieres correptum, ſtatim graui ſomno indormiuiſſe; ac poſt multos dies (quarum ſpatio expergiſci nullis remedijs vnquam potuit) narraſſe ſe per id tempus equi ſpeciem habuiſſe, ac ſemper frumenta tuliſſe: addidiſſe etiam portandi tempus, locumque & modum quo tuliſſet.

In vita Macharij.

Ad rem hanc etiam facit quod Palladius refert: Ruſtici cuiuſdam vxorem adulter amabat: cumque illam in ſuam ſententiam pellicere nequiret, Magi auxilium implo-

Digitized by Google

imploràt,qui vel maritum necaret,vel vxoris erga ſe amorem excitaret, Magus vxorem in equam conuertit;qualis & marito,& diſcipulis Machaiij ad quos à marito adducta fuit viſa eſt. Ita ille.

Legimus apud Gulielmum Tyri Archiepiſcopum, Iuuenem quendam Anglum in Cypro,vbi militabat,à Maga fuiſſe transformatum in aſinum,cumque ad ſuos redire volens,vnà cum ſocijs nauem ingredi tentaret, ab ijs tanquam aſinum repulſum eſſe,& ad Magam reuerſum,vſa eſt illa adoleſcentis aſini opera ad triennium, donec in Eccleſia viſus eſt,in genua procidere,& ea quæ ab animante bruto fieri nequeunt facere. Tum enim in ſuſpicionem venit Maga, & ad Iudices rapta, omnem rem confeſſa eſt, atque reſtituto priſtinæ formæ adoleſcente, dignas pœnas perſoluit. Ità Bodinus. *Bodinus.*

Refert quoque Olaus Magnus in Pruſſia, Liuonia, atque Lithuaniâ frequens eſſe,vt in feſto Natiuitatis Chriſti ſub noctem ſtatuto in loco,quem determinatum habent,homines maxima multitudine conueniant,& ibidem in lupos conuertantur,qui mox eadem nocte mira ferocitate in animalia,atque adeò in quas poſſunt ſæuiant,ædificia oppugnant,cellaria ingrediuntur,cereuiſiam exhauriunt,vaſaque transferant. *De Monstr. c. 6.*

Alijs quoque exemplis confirmat idem Olaus,quorum vnum eſt Ruſtici cuiuſdam,qui cum fame premeretur,vnà cum ſcoijs in lupum conuerſus proximum ouium gregem inuadit, & ad ſuos ouem vnam defert Lupi forma depoſita. Alterum eſt cuiuſdam ſerui nobilis fœminæ.Hic impunitate ſibi promiſſa,homo cellarium ingreditur,& mox regreditur lupus;cumque eum canes inſequerentur,oculumque eruiſſent,vbi rurſum hominis formam aſſumpſit,monoculus apparuit. *Lib. 18. c. vlt.*

Alia plurima generis eiuſdem omittuntur breuitatis cauſa,quibus tamen vnum è Sacra Pagina addo,nè longius vagemur, quod maximum robur addit propoſitioni noſtræ.Prædictum erat Nabuchodonoſori Regi(vt habet Prophetia Danielis)quod eijciendus eſſet ab hominibus, & habitationem habiturus communem cum feris beſtijs: quod tanquam bos fœnum eſſet comeſturus,& rore cœli perfundendus.Prophetiam effectus conſecutus confirmauit.Ex hominibus abiectus eſt Rex,vt ibidem dicitur : fœnum vt bos comedit,rore cœli corpus eius eſt perfuſum: capilli in ſimilitudinem aquilarum creuerunt,& vngues eius vnguibus auium ſimillimi effecti ſunt.Et nè quis non reuerà mutatũ Regẽ eſſe putet,docent Dorothæus in Synopſi,atque Epiphanius in vitâ Dan.eundem anteriori parte corporis ſpeciem bouis,poſteriore autem Leonis retuliſſe,vt ſcilicet hac ipſa forma daretur intelligi Regem priori ſua ætate ventri,& libidini deditiſſimum, poſteriori autem immanitati,crudelitati,rapinis, ac cædibus hominum vacaſſe. Vt non immeritò dixerit Beatus Gregorius Nabuchodonoſor Regem in animal irrationale mutatum fuiſſe:quod an reuera in illo, alijſque acciderit proximo dicemus Capite. *Daniel. 4.* *Lib. 5. Moral.*

CA-

CAPVT LXIII.

Diſcutitur hic an verè homines in beſtias tranſmutentur.

Lib. 8. c. 22. De Præſ. Dem. c. 9. IN eo omnes conueniunt (ſi tamen à Plinio diſcedamus, & Ioanne VVierio (fieri tranſmutationes hominum in belluas, ſed diſſentiunt in modo. Diputat enim prolixè P. Thyræus Societatis IESV, an anima proprium corpus deſerat humanum, & an faciat ſibi anima egreſſa corpus proprium belluinum? item an duæ in vno corpore ſint animæ, hoc eſt, an cum hominis animâ, bruti anima coniungatur? item an totus homo in totam beſtiam mutetur? & ex homine veram beſtiam, lupum, aut aſinum fieri credendum ſit? & an anima hominis ſic tranſmutati maneat in prodigioſo animantis corpore? Item an illi qui in beſtias conuerſi fuerint, vbi humanam receperunt formam eorum reminiſcantur quæ dum beſtiæ eſſent patrârunt? Has igitur, ſimileſque quæſtiones indiſcuſſas tædij vitandi cauſa relinquemus: ſatis ſit curioſum Lectorem ad eundem Petrum Thyræum remiſiſſe, & cum illo concludere, prodigioſam iſtam metamorphoſim in beſtias per faſcinum fieri, nec ex humano corpore fieri belluinum, quod probat auctoritate Sancti Auguſtini, his verbis: *Humana*, inquit, *opinio habet; quod quadam arte mulierum, & poteſtate dæmonum homines conuerti poßint in lupos, & iumenta, & quæcumque neceſſaria portare, & poſt peractâ operâ iterum ad ſe redire: nec fieri in ijs mentem beſtialem, ſed rationalem, humanamque ſeruari. Hoc ſic intelligendum eſt: quoniam Dæmones naturas non creant, ſed aliquid tale facere poſſunt, vt videantur eſſe, quæ non ſunt. Nullâ enim arte, ſed nec poteſtate, animus, ſed nec corpus quidem aliqua ratione in membra, vel lineamenta beſtialia veraciter conuerti poteſt.* Ita B. Auguſt. (De Spir. & anim. cap. 10.)

Cap. 1. Idem videtur docêre Concilium Anquirenſe, verbis his: *Quiſquis credit poſſe fieri aliquam creaturam, aut in melius, aut in deterius immutari, aut transformari in aliam ſpeciem, vel aliam ſimilitudinem, niſi ab ipſo Creatore qui omnia fecit & per quem omnia facta ſunt: procul dubio infidelis eſt, & pagano deterior.*

Exemplis etiam pluribus demonſtrari poteſt, eos qui ſe in beſtias conuerſos putârunt, in beſtias immutatos non eſſe: ſed eo loco, vbi vel vnguenta ſua, quæ in hac tranſmutatione adhibuerant, vel certis vſi ſunt, in grauiſſimum ſomnum lapſos, veluti mortuos ſub propria hominis forma permanſiſſe, atque vbi tandem à ſomno excitati fuerunt, retuliſſe ſe, & in lupos fuiſſe conuerſos, & greges ouium diſſipaſſe, & grauia tam pecoribus, quàm hominibus damna attuliſſe.

Fauet huic ſententiæ quod in vita Macarij legimus, exemplum mulieris quæ in equam conuerſa dicitur, procul dubio, ſi in veram equam operâ Magi commutata fuiſſet, non niſi forma equæ ſe Macarij conſpectui obieciſſet. At in propria hominis forma mulierem vir Sanctus conſpexit, quàm alij nequitia Dæmonis illuſi, non niſi ſub equæ forma intuebantur.

Magnum quoque hinc argumentum ſumitur, quod ſi quando vis prodigioſis beſtijs affertur; ſi pes illis auferatur, aut manus; non beſtiæ, ſed homini pes, vel ma-

nus

nus ablatus inueniatur, etſi interficiantur, atque diſcerpantur; non beſtia, ſed homo interfectus, atque diſcerptus reperiatur. verùm ſi beſtia hîc fuit; cur inflicta vulnera, aut illata mors non beſtiæ, ſed homini accidiſſe deprehenditur? Nempè, quia verus homo eſt & non beſtia, qui vulnera excipit, & cui mors infertur, quamuis non homo, ſed beſtia, aut brutum animal videatur.

Quocircà, non malè Plinius, *Homines*, inquit, *in lupos conuerti, rurſumque reſtitui ſibi, falſum eſſe confidenter exiſtimare debemus, aut credere omnia, quæ fabuloſa tot ſæculis comperimus.* Idem poſtquam quomodo Arcades mutentur, narraſſet, *Mirum eſt*, inquit, *quò procedat græca credulitas. Nullum tam impudens mendacium eſt, vt teſte careat.* Sed vt contrarijs reſpondeat argumentis P. Thiræum audiamus ipſo pœnè Capite ſequenti. *Lib. 9. cap. 22.*

CAPVT XLIV.

Reſpondetur argumentis, & exemplis per eos productis, qui adſtruunt veram hominum in beſtias fieri metamorphoſim.

IMprimis quoad exemplum ſociorum Vlyſſis, qui à Circe Maga in varias beſtias tranſmutati dicuntur, reſpondetur non eos dici tranſmutatos in belluas, quin conſtanter cum B. Auguſtino negamus, qui illud ceù fabulam admittit, aut certè hominum ſenſibus putat impoſitum, vt ſcilicet videre ſibi viderentur, quod reuerà non videbant. Idem Auguſtinus negat Diomedæas aues ex hominibus eſſe factas, ſed vult permutatis hominibus (vt eius verbis vtamur) aues operâ diaboli ſuppoſitas, quemadmodum, inquit, ceruа pro Iphigenia Regis Agamemnonis filia, quæ cùm ad aram occidenda ſtaret, ictui, miſeratione Dianæ, ſubtracta eſt, & cerua ſubſtituta. At aues illæ, dicent aliqui, in Diomedis templum aquam roſtris afferunt, & aſpergunt, blandiuntur etiam Græcigenis, alienigenas perſequuntur, & quorundam capita tam grauibus ictibus vulnerant, vt perimant, quæ non ſunt officia ſuppoſitarum auium. Eſto non ſint officia ſuppoſitarum auium, ſed tamen neque ſociorum Diomedis in aues conuerſorum ſunt officia; quorum igitur? ſunt officia diaboli, cuius inſtinctu, & motione veræ, atq; ſuppoſitæ aues illa fecerunt. Intereſt enim diaboli perſuadere (inquit D. Auguſtinus) Diomedem Deum eſſe factum ad decipiendos homines, vt falſos Deos cum veri Dei iniuriâ multos colant, & hominibus mortuis, qui nec cùm viuerent verè vixerunt, templis, altaribus, ſacrificijs, Sacerdotibus, (quæ omnia non niſi vni Deo viuo, & vero debentur) inſeruiant. *Lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 18.*

Apuleium Magum fuiſſe quidem aſſerunt, verſum tamen in aſinum putandum non eſt, ſed is à quo ille ſuum argumentum eſt mutuatus. Lucianus ſcripſit cùm eſſet in Theſſaliâ magicæ cognoſcendæ cauſa, ſe in aſinum mutatum, dum vellet in auem, non quod hoc ei contigerit, ſed quia huiuſmodi argumentis delectaba-

S tur,

Digitized by Google

tur nec veris, nec veriſimilibus, id opus fecit ſic Latinũ Apuleius, vt ad verbum expreſſerit pleraque omnia additis plurimis, quò iucundior eſſet lectio ijs qui Mileſijs fabulis delectabantur, Hactenus Ludouicus Viues in Auguſtinum.

Quæ de Arcadibus in lupos conuerſis refert grauis auctor Euanthes, confidenter cum Plinio falſa eſſe exiſtimare debemus, aut credere omnia, quæ fabuloſa tot ſæculis comperimus. Quod ſi cum Varrone quis ijſdem fidem velit adhibendam, non neceſſe eſt vt credat veram corporum factam eſſe tranſmutationem, cùm eo modo videri poſſint in lupos conuerſi Arcades, quò in varias beſtias ſocij Vlyſſis.

Proferuntur etiam ſtabulariæ mulieres, quarum operâ homines in lupos conuerſi dicuntur. Hanc rem, etſi non velit negare D. Auguſtinus, negat tamen vlla Dæmonum arte fieri potuiſſe, vt homines illi in membra, vel lineamenta (vt ipſe loquitur) beſtialia conuertantur, quidquid hîc factum eſt, operâ diaboli putat factum.

Sic non veram tranſmutationem factam eſſe in muliere, quæ ad Macarium adducta dicitur, de quâ ſuprà cap. proximo. Hoc ipſum probat, quod quam cæteri equam putabant, illam non ſub equæ, ſed propriâ, & humanâ formâ intuitus ſit Macarius, qui aliorum ſenſibus impoſuit Dæmon, Viro ſancto illudere non potuit.

Idem ad Wilhelmi Tyri Archiepiſcopi de quo ſuprà cap. 61. idem ad Vincentij Olaij Magni, Crantzij, & quæcumque producta ſunt, produciuè poſſunt exempla, reſpondère licet. Sunt tamen alij modi, quibus hæc mutatio fieri, aut videri facta dici poteſt: de quibus, quia ſuo loco plura dicenda ſunt, hîc multa afferre neceſſe non eſt.

Reſtat vt ad Nabuchodonoſoris Babyloniorum Regis exemplum reſpondeamus, ad quod, quia maius ſuæ cauſæ præſidium in eo ponunt qui contrariæ ſunt ſententiæ, plura dicenda videntur. Primùm, non negamus diuina virtute fieri potuiſſe, vt etiam ſalua mente, & anima Nabuchodonoſoris Regis corpus, in verum bouis corpus tranſmutaretur, nonnè vxorem Loth in ſtatuam ſalis, aquam in vinum, virgam Moyſis in ſerpentem eſſe conuerſa, ſacra teſtatur Hiſtoria? Magna Dei virtus, quemadmodum hominis animam ſub hac, quam circumgerimus, itâ ſub bouis, & cuiuſuis animantis ſpecie conſeruare poteſt.

Sed non hîc quid Deus poſſit, ſed quid fecerit inquirimus. Optimè, quid igitur fecit? Non conuertit Deus Nabuchodonoſorem in bouem: neque verum ipſi bouinum corpus tribuit. Nunquam enim hanc tantam, tamque inuſitatam tranſmutationem ſcriptura tacuiſſet, quæ tam ſubtiliter, tam diſtinctè, & explicatè commemorat multò leuiora, quæ in mutatione contigerunt. Accedit quod Nabuchodonoſor agnitus non fuiſſet (externa ſcilicet forma mutata) idem qui antè fuiſſet: nec adeò manifeſtè iuſtitia Dei eius ſcelera vindicantis pernotuiſſet omnibus. Cùm verò Deus in ipſo exemplum ſuæ iuſtitiæ conſtituere decreuerit, omninò

nò agnoſci debuit,& non in peregrina bouis forma circumuagari.Itaque minimè à nobis probatur, quam hîc Dorothæus, atque Epiphanius tranſmutationem prodigioſam effingunt.

Addimus,nec eorum nobis ſententiam probari;qui quamuis negent verè in bouem tranſmutatum eſſe Regem,volunt tamen in ſpeciem, & ſimulatè mutationem factam eſſe:quia ſcilicet Deus ſic immutabat,inquiunt, & afficiebat ſenſus eorum,qui Regem ſpectabant vt omninò beſtiam ſe videre crederent,vel potiùs,quia circa corpus ipſius circumpoſuit figuram quamdam beſtiæ,ſub qua cùm cerneretur ab alijs beſtia videbatur. Quid? An non hominibus Deus hac ratione impoſuiſſet? nonnè Regis peccatum ſic in alijs potiùs, quam in ipſo Rege eſſet vindicatum?Sed & Scriptura,ità hanc mutationem recenſet,vt nihil ſimulatè hîc accidiſſe crederede beamus. *V.Pedin. de reſtaſ. de lib.2. cap.7.*

Sunt qui dicunt,vt alicubi D.Thomas indicauit,Nabuchodonoſorem Regem, nec reuerà,nec æſtimatione aliorum,qui ipſum conſpiciebant in beſtiam mutatum eſſe,ſed ſua tantùm opinione,& imaginatione, vt quæ adeò corrupta fuerit, & deprauata,vt omninò beſtia ſibi eſſe viſus ſit Hoc etſi probabilius, quàm cætera dicatur,aliquam tamen habet difficultatem: propterea quod Scriptura, eundem,aliorum etiam opinione,vt beſtiam habitum eſſe inſinuet; cùm ob illam cauſam à ſuo illum conſortio ſeparauerint & eiecerint. *Lib.2.de Regim. Princip. cap.vlt.*

Dicamus igitur,nec verè in beſtiam conuerſum eſſe Nabuchodonoſorem,nec humana tantum opinione,nec ſua tantum imaginatione, nec vtrorumque æſtimatione beſtiam habitum,ſed beſtiam dictum, vel habitum ob efferatos quoſdam motus,& ſigna hominis planè feri;& ad ſtatum,atque conditionem beſtiarum redacti.Quæ verò illa ſigna?ſex ſunt præcipua. Primum fuit habitus ferinus magis,quàm humanus:Etenim ſemper nudus ingrediebatur, rori, & nubibus, ac alijs cœli iniurijs more beſtiarum obnoxius.Secundum,neglectiſſimus corporis cultus:ſiquidem adeò prolixi illi excreuerant capilli,vt totum ferè capillitium corpus contegeret. Vngues quoque & ad ſimilitudinem auium creuerant. Tertium eſt,motus,& greſſus, non enim modo humano ingrediebatur erecto vultu, rectoque corpore,ſed prono, ac curuo, quin etiam ad ſimilitudinem beſtiarum, manibus,& pedibus reptans.Quartum eſt victus ratio: Nec enim eo tempore delectabatur Nabuchodonoſor humanis cibis,ſed paſtu,& cibatu beſtiarumque potu.Quintum eſt,habitatio; fugiebat enim congreſſum & domicilium hominum:in ſyluis vagabatur,& cum beſtijs & feris conſociatus morabatur. Denique, oris & linguæ vſus,non enim humano more voces articulatas proferebat,ſed ritu beſtiarum,ſtridens inconditas voces edebat:has cauſas eſſe putarim, ob quas D. Gregorius Regem Nabuchodonoſorem in animal irrationale mutatum eſse dixerit.

Sed quidquid ſit,cum diuina ſit factum virtute,non poteſt hæc pro Demoniaca conuerſione,vt nonnulli autumant,momentum habere, vt cenſet Mart.Del-

domum reuehenda Diabolus occupatur, contingit ſignæ Campanæ populum ad orationem excitari: ſonum æris non ferens Diabolus, mulierem in medio itinere relinquit. Illa à quodam iuuene in agro deprehenſa, & agnita: qui iuuenis promiſſi immemor, factum poſt aliquot annos reuelat. Hinc quæſtionibus mulier ſubiecta, vt iuueni priùs, ità poſtmodum Magiſtratui hanc corporum translationem fieri poſſe declarauit.

Vidi ego Leodij ſub initium anni 1623. & plures Theologi mecum, puellam viginti quinque vel circiter annorum, quæ de numero erat Virginum ſpiritualem vitam ducentium ſub Directione PP. Minimorum: hæc ſueta erat, vt fatebatur, educi è proprio lectulo, & tranferri à Dæmone ad varia loca, & nonnullo die ad pontem maiorem huiuſcè Ciuitatis, vbi per crines pendula de ponte ſupra Moſam, iuſſa fuit fidem & Chriſtum negare, niſi aquis mergi vellet, cùmque perſiſteret, conſtans in fide illam teterrimus humani generis hoſtis, in flumen delabi ſinit, quæ Dei prouidentiâ ad ripam delata è regione Domus nunc Montis Pietatis, ſumpto animo, ædes ipſa ſuas madida repetijt, & quidem eadem nocte intempeſtâ. Sed ego ipſam & tales maleficio transferri à Diabolo reor, & non pauci Theologi mecum qui eius examini interfuêre.

Maneat ergò veras translationes fieri de loco ad locum: hirco etiam, vel alteri animali (phantaſtico vt plurimum, hoc eſt Dæmoni aſſumenti, & formanti corpus aëreum, vel etiam hominis in formâ, maleficas aliquando ternas, quaternaſque, vel etiam alias permiſſu Dei, aſportari) vel arundini veræ, ſcoparumvè baculo etiam verò, ſed acto, & ſubleuato à Dæmone inequitantes, & corporaliter conuentui nefario intereſſe: haneque ſententiam vti magis receptam, & probabilem poſt magnam Doctorum, quà Theologorum, quà Iuriſconſultorum claſſem, ſequitur Erudititiſſimus Martinus Delrio Soc. IESV Sacræ Theologiæ Doctor, & Profeſſor qui pleniore manu ex varijs deprompſit exempla huiuſmodi admiranda.

Lib. 2. Diſquiſ. Magic. & lib. 5. Sect. 16. nu. 4.

CAPVT LXVI.

De Noctambulis, ſiue ijs, qui ſomno oppreſſi noctu ambulant. Mira de hoc hiſtoria.

FIdem omninò ſuperarent, quæ de Noctambulis dicuntur, leguntutque, niſi eſſent, qui certo referrent, & mira paruo temporis interſtitio vidiſſe ſe adſtruerent. Affirmant enim nonnullos eſſe, qui antelucano tempore excurrunt, lecto ſeſe ſubducente, quæque acceſſu, aditúque vigilantibus eſſent difficillima, perficere, eaque tam inoffenſo pede peragere, vt nemini non ſpectantium admirationem, ſtuporemque incutiant; quod ſi illos non interpelles, nec ab incepto reuoces, ſenſim ſeſe denuò in lectum referunt. Cùm autem iſta obeunt, ſi illos notâ

agnitaque voce , aut eo nomine quo Chriſtianiſſimo ſunt inſigniti, ac baptiſmo initiati, compellare pergas, ex conſternatione, incuſſoque terrore, ac perturbatione decidunt, diſſipatis ſcilicet ſpiritibus, diſcuſsâque vi, ac facultate naturali, qua illa perfecerunt: Itaque permittendi ſunt ſuo motu ferri, atque in priores ſedes ſe ſponte recipere.

Cauſam huius paſſionis adſcribit Leuinus Semnius Medicus, tum ſanguini turgido ac ſpumanti, tum æſtuoſo feruidoque ſpiritui, quæ in mentis ſedem delata, animæ vim, ac facultatem, qua functiones ſuas perficit, parteſque inſtrumentarias ad actiones impellit, agitant, atque ad huiuſmodi motus, effectuſque concitant. Quod fit, vt corpus ſpiritus animalis impulſu, qui neruorum, ac muſculorum robur, hoc eſt, ſentiendi mouendique munus in cerebro continet, ac tuetur, in ſublime feratur, eiuſque vi etiam per ſomnum ad tales actiones incitetur. Exiſtimabam ego cum R. P. Delrio hoc contingere potiſſimum in his, quorum imaginatio vehementior eſt, & acriùs perturbari, ac tenaciùs apprehendere ſunt ſoliti; & ſufficere vt quæ imaginantur aliquando ſenſu aliquo perceperint, vel totum illud quod imaginantur coniunctim, vel per partes eius ſeorſim, vt cùm quis Chimæram vel Tragelaphum, aut ſimilia voluit imaginatione, nec enim neceſſarium arbitror, vt ſimul ſenſu percipiat; neque vt paullò antè perceperit; neque vt ad eum modum, quem imaginatio repræſentat perceperit ſenſu.

Lib. 1. Quæſt. Magic. cap. 3.

Sed plana hæc faciamus exemplo, quod in medium profert eruditus quondam celebriſque item Medicus Henricus ab Heers quondam popularis meus in ſuis obſeruationibus medicis, his verbis: Noui, inquit, ſenem ſomnambulonem, mihi à primis cunis ſocium fidum. Hic mira, & in ſomno fecit obſeruatione digna. Cùm admodum iuuenis in celebri Academia Poëſim profiteretur, atque interdiu mentem in omnia verſaſſet, vt verſum ad incudem reuocatum ſæpiùs, meliùs tornaret, quod vigil nequiuerat, noctu ſurgens, pluteum aperuit, ſcripſit, ſæpius alta voce, quod ſcripſerat relegit. demum cum riſu & cachinno ſibi ipſi applauſit, atq; contubernalem, vt ſecum plauderet, hortatus eſt, poſitiſque ſandalijs & veſte, clauſo pluteo chartiſque vt veſperi fecerat, repoſitis, lectum repetijt, ſomnumque dum excitaretur, protraxit, omnium quæ noctu geſta eſſent ignariſſimus. Manè, poſt oratiunculam ad ſtudia rediens, nondum viſis chartis, pridiana ſollicitudine adhuc laborans, quomodo hiatus verſuum impleret, cum chartas voluens, eas impletas ad ſuum libitum, idque ſua manu videret, ſyderato ſimilis, ſerioque ſollicitus boni an mali genij opus hoc eſſet; ſocios cachinnantes cum lachrymis rogabat, ſi qua poſſent via, hanc ſibi moleſtiam eriperent. Illis, quod geſtum erat (viderant enim vigiles) narrantibus, nec fidem noctambuloni facerent, ſequenti nocte, poſt ambulationem, in alienum lectum deducunt, caputque ceruicali (quod ad pedem lectum aptauerant) componunt, atque in talari veſte, quam caſu ſeruauerat, ſopitum dimittunt, non niſi adulta luce, ſponte expergefacto adſiſtunt: omniaque

omniaque, & maximè ſurrexiſſe ſe negantem, taliaque legiſſe, & ſcripſiſſe, facilè tot circumſtantijs conuincunt. Miror illum fœliciſſimæ alioquin memoriæ, tam longi in ſomno ſtudij, & ſcriptionis (obſeruaui enim aliquando tres, quatuorvè horas duraſſe) nullam reminiſcentiam habuiſſe. Sed hoc mirius, quod ambulatio eius nocturna, lectio, ſcriptio, pronunciatio, nec hilum à diurna differrent, cùm in alijs plerumque hæc omnia imperfectè, ſicut in ebrijs fiant, aut vt in pueris loqui, & incedere diſcentibus. Illud miriſſimum, meoque captu altius, cùm multis poſt annis relictis ſcholis vxorem duxiſſet omni virtutum genere eximiam, eam tamen vt fert coniugum conditio, quædam celaret, quoties noctu infantulum cunis ereptum, vt plurimum geſtans domum perambulabat, comitante per omnia vxore, ſecretiſſimos ipſi cordis ſinus, rogatus, patefaciebat ad omnia vxoris quæſita veriſſimè, & ſine amphibologia reſpondebat, ità vt à dormiente, quæ à vigili nullis extorſiſſet illecebris, aut artibus, quæque rogare erubuiſſet, ſimplici interrogatiuncula, ſyncere, & ſine fuco intelligeret, mirante ſæpiùs noctambulo, quomodo quæ ſuo vnius ſinui credita putabat, in vxoris linguam, corque veniſſent, vxor furtecturum ſæpè, vel arctis complexibus, vel blanda prece in lecto tenêre conabatur, ſed fruſtrà: amplexam enim ad ambulationem quoties loquebatur, vel trahebat, vel amicè compellabat: alias illa altius dormiente, ſolus noctu ambulabat ſub annum ætatis quadrageſimum quintum, cùm ſcilicet, & ſomni breuiores ipſi fieret, & ſomnijs quibus noctambulus carebat, minus perturbaretur, noctambulare deſijt, nec vnquam ſe ſopitum lecto mouit, niſi pridiano vino venas nimium inflaſſet; qui ambulantem & legentem viderant, & ſocij, & vxor obſeruare iuſſa, oculis apertiſſimis fuiſſe adſeuerabant, ſed de talibus proximo Capite dicemus, ſatis hoc loco fuit lepidam hiſtoriam ſtylo amici concinnatam ſub acumen mei calami commiſiſſe. Aliam ſed adhuc mirabiliorem *Lib. Diſquiſ. Magic.* narrat P. Delrio loco in ora citato, quem conſulere poterit, cui lubitum erit, vt & eruditiſſimum Theologum Libertum Fromondum S. Theologiæ Doctorem & *Lib. de* Profeſſorem in Academiâ Louanienſi, cuius ſcriptis conſinia iungamus. *Anima 3. c. 6.*

CAPVT LXVII.

De morbo imaginoſo, ſiue de ijs qui patentibus oculis dormiunt. Corybantiare quid? Alteratio ſenſuum in ebrijs.

AD eandem animæ rationalis vim pertinent illi, qui patentibus, & inconuiuis oculis dormiunt, quod prouenire autumant Medici ex imperfectâ concoctione, ex quâ neceſſariò craſſa vaporamenta commeant, & exindè, quia quando calor ad ima ſubterfugit frigeſcunt palpebræ, & frigefacta comprimuntur, & confluunt, atque tales *Imaginoſum* pati (ſubaudiendo morbū) dicebantur; Græcis dicitur morbus ille κορυβαντιασμὸς, ſiue φρενῖτις, cum φαντάσματα,

φαντάσματα, non occurrunt, quæ dicuntur Ciceroni *Species*. Eadem, inquit, eſt in ſomnijs ſpecies eorum quæ vigilantes vidimus. Vndè eos qui patentibus oculis dormiunt, atque indè interum ſomnum propter imagines habent, *Corybantiare* dicebant antiqui, idque à Corybantibus; qui cùm cuſtodes Iouis eſſent, non modò excubare, ſed etiam apertis oculis dormire cogebantur, qua voce etiam vſus eſt Plinius, ſcribens de nonnullis animantibus: *Dormiunt*, inquit, *Lepores, multique* *Lib.* 11. *c.* 37. *hominum, patentibus oculis, quod Corybantiam Græci dicunt*. Licet Adrianus Turnebus locum hunc Plinij corruptum credat, legatque quos Corybantia regrediunt, id eſt quos Corybantia in priſtinum ſtatum reuocant, & reſtituunt priſtinæ ſanitati, cùm eſſe ſani non videantur qui apertis, nec conniuentibus oculis dormiunt. Sunt autem Corybantia loca ſacris Corybantum dicata. At de his vide plura apud *Aduerſ.* *lib.* 13. *c.* 24. eundem Turnebum. Hoc morbi genere affectum quendam Cornelium Patauinum, quem quandoque proclamare ſolitum ſcribit Cœl. Rhodig. videre ſe in *Lib.* 13. *Antiq.* *Lect. c.* 6. mutuam cædem exercitus corruentes, pugnarique mox, ac deindè alios cædere, alios vrgere, cædem, fugam, tela volantia, prœlij inſtaurationem, gemitus, vulnera, perindè ac ſi in repræſenti verſaretur ipſe. Talia ſunt, quæ de viſionibus, & apparitionibus ebriorum narrat D. Ambroſius, Hinc vanæ, inquit, imagines ebrijs, " incerti viſus, inſtabilis greſſus: vmbras tranſiliunt ſæpè, ſicut foueas, nutat hic cum " facie terra, ſubitò erigi, & inclinari videtur, & quaſi vertatur, timentes, in faciem " ruunt, & ſolùm manibus apprehendunt, aut concurrentibus montibus ſibi vi- " dentur includi. Murmur in auribus, tanquam maris fluctuantis fragor, & reſo- " nantia fluctu littora. Canes ſi viderint, leones arbitrantur, & fugiunt, alij riſu " ſoluuntur incondito, alij inconſolabili mœrore deplorant, alij cernunt irrationa- " biles pauores, vigilantes ſomniant, dormientes litigant. Hactenus vir diuinus. " Ex quibus patet affectus iſtos ab animi plerumque malè affecto non rarò conti- " gere.

CAPVT LXVIII.

De Imaginibus, ſiue de antiqua Romanorum nobilitate: cui vſui Imagines iſtæ? vbi poſitæ ex quâ materiâ, & quibus conceſſa?

MVlta paſſim mentio Imaginum Illuſtrium Virorum, ſed quæ illæ fuerint, quibuſque in locis ponerentur, non omnibus eſt obuium. Imaginem Po- *Lib.* 6. lybius docet fuiſſe inſignis alicuius viri ſimulachrũ oris ſimilitudinem artificioſè effictam coloribus, pigmentiſque adumbratam. Conſtituebantur autem inter- *Lib.* 8. dum in templo Cùriâ ve, & quaſi dedicabantur, teſte Valerio Maximo, qui ſcri- *c.* 15. bit Imaginem Africani in Cellâ Iouis Opt. Max. poſitam fuiſſe, quæ quotieſcumque funus aliquod Corneliæ genti celebrandum erat, indè petebatur, vnique illi inſtar

inſtar Atrij Capitolium erat. Dixi etiam *in Curiâ.* Suetonius de Domitiano Imper. *Senatus adeò eius morte lætatus eſt, vt repleta certatim Curiâ non temperaret, quin mortuum contumelioſiſsimo genere laceraret; ſcalas etiam inferri, clypeoſque, & imagines eius coram detrahi, & ibidem ſolo effringi iuberet.* Tacitus: *Hortenſi imaginem poſitam inter Oratores*, id eſt in Curiâ in quâ Clariſſimi Viri. Cap. 13. Lib. 2. Annal.

Neque tantùm in locis publicis, verumetiam priuatis. Plinius: *Herennius Seuerus Vir doctiſsimus, magni æſtimabat in Bibliotheca ſua ponere imagines municipum tuorum Cornelij Nepotis, & Titi Caſsij, petitque, ſi ſunt iſtic, exſcribendas, pingendaſque delegem.* Ecce ergò in Bibliothecis: de quibus etiam idem Plinius: *Non eſt prætereundum, & noui tuum inuentum, ſiquidem ex auro, argentovè, aut certè, ex ære in bibliothecis dicantur illi, quorum immortales animæ in ijſdem locis loquuntur, quinimò etiam quæ non ſunt finguntur, pariuntque deſideria non traditi vultus, ſicut in Homero euenit, Aſinij Pollionis hoc Romæ inuentum, qui primus Bibliothecam dicando, ingenia hominum, Rempub. fecit.* De Aſinio Pollione idem Plinius: *Multum vbique librorum, multum ſtatuarum, multum imaginum, quas non habebat modò, verumetiam venerabatur.* Lib. 4. Epiſt. 28. Lib 35. Nat. Hiſt. Lib. 3. Epiſt 7.

Probatur inſuper auctoritate Ciceronis: *Malo,* inquit, *in illa vna ſeſſecula, quam habes ſub imagine Ariſtotelis ſedere, quàm in iſtorum ſella Curuli.* Lib. 4. ad Attic. Epiſt 9.

Sed & in ædium parte, in qua lares, & Dij domeſtici colebantur: qui locus religioſus erat, & *Lararium* dicebatur. Capitolinus de Imperatore Aureliano: *Tantum honoris Magiſtris ſuis detulit, vt imagines eorum aureas in Larario haberet.* De Tiberio Cæſare Suetonius ſcribit eum nonnullos Poëtas ibi nominatos adeo coluiſſe, *vt ſcripta eorum, & imagines publicis bibliothecis inter veteres, & præcipuos auctores dedicarit.* Cap. 70.

Denique, & in atrio poni ſolitas, vbi ſalutationes, & clientes quotidiè excipiebantur. Colligimus ex Martiale: Lib. 2. ad Quintū

Atriaque immodicis arctat imaginibus.

Seneca: *Qui imagines in atrio exponunt, & nomina familiæ ſuæ longo ordine, & multis ſtemmatum alligata flexuris in parte prima ædium collocant, noti magis, quàm nobiles ſunt.* Lib. 3. de Beneſ. c. 28.

Aduerte autem Imagines iſtas, cæreas quidem illas, humerum tenus oris ſimulachrum effinxiſſe; quippè quæ ſabertimè depictæ, vt magis magiſque vultum aſſimilarent.

Iuuenalis: *Stemmata quid faciunt? quid prodeſt Pontice longo,* Satyr. 8.
Sanguine cenſeri, pictoſque oſtendere vultus Maiorum?

Atque ab ijs imaginibus (quas nonnulli *fumoſas* propter antiquitatem appellabant) ſtemmata certis lineis vt hodie apud nos ducebantur, quibus genus maternum, aut paternum dignoſcebatur.

Statius Poeta:

Non tibi clara quidem ſenior placidiſsimæ gentis Linea, nec proauis demiſſum ſtemma.

Interim nota, Imagines iſtas in funere deferri ſolitas. *Vt eſſent*, inquit Plinius, *imagines, quæ comitarentur gentilitia funera.* Plin. Lib. 35.

Horatius: *Funus, atque imagines Ducant triumphales tuum.*

cap. 1. Od. 8. Epod. Itaque quoties Imaginum tibi mentio occurrit, intellige generis nobilitatem, vndè Cicero: *Obrepſiſti ad honores, errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum, quarum ſimile habes, nihil præter colorem.* Fumoſas imagines nuncupat, quæ ſtirpis erant antiquiſſimæ & nobiliſſimæ. *Subitæ* verò dicebantur, parum antiquæ, & quæ repentè fortunæ beneficio quæſitæ erant. Qui verò omnino imaginibus carebant, ignobiles erant. In hunc ſenſum Suetonius Flauia *gens obſcura, ac ſine vllis imaginibus.* Qui autem primi ex familiâ ſuâ Ædilitatem aſſecuti erant, ac imaginem ſui prodiderant, eos *nouos homines*, quaſi generis, ac poſteritatis ſuæ principes appellârunt: veluti M. illum Catonem Cenſorium, ſiquidem Pater eius cùm ignobilis eſſet ipſe nouus, poſteri eius nobiles extiterunt. Vndè Cicero dixit, non niſi in Ædilitate ius Imaginis ſe aſſecutum eſſe, & pro C. Rabirio: *Delectat*, inquit, *imago ipſa ad poſteritatis memoriam prodita.* Quid ità ad poſteritatis memoriam; quia nimirum indè nobilitas familiæ ducebatur.

In Piſon.

In Veſpaſ.

Orat. in Ver.

Inſuper aduerte, imagines iſtas capſulis, ſeu armarijs fuiſſe incluſas, illaſque diebus feſtis, & publicis ſacrificijs exornaſſe. Cicero (pro P. Sylla.) *Domus erit cedro exornata, aperientur maiorum imagines, &c.* Vopiſcus: *Tantùm illud dico, Senatores omnes eâ lætitiâ eſſe elatos, vt domibus ſuis omnes albas hoſtias cæderent, imagines frequentes aperirent.* Si quis verò domeſticorum eſſet mortuus, in funere illas extuliſſe, veſtibus exornaſſe, vt ſi Conſulares, aut cum imperio fuiſſent, prætexta, ſi Cenſorij purpureis, ſi triumphales, auro intextis, atque curru, faſcibus, & ſecuribus, alijſque Magiſtratuum inſignibus prælatis, in roſtra eſſe perlatas. Suppatia videantur apud Carolum Sigonium, Tiraquellum, & quæ ego copioſè ſcripſi in tract. ad Regulas Cancellariæ Romanæ.

In Floria.

Reg 30.

Denique, aduerte ius primum imagines ponendi ſolis Patricijs, id eſt, ijs qui Magiſtratus Curules geſſiſſent, quales fuerunt Ædiles, Prætores, Cenſores & Conſules: poſtquam autem hæ dignitates plebi communicatæ ſunt, eam ius ponendi imaginem ſimul accepiſſe credendum eſt, teſte Thoma Demſtero lib. 1. antiq. Rom. cap. 19.

CAPVT LXIX.

Ratio cuſtodiæ Reorum apud Antiquos quotuplices?

REi olim criminum poſtquam delati erant, vel in vincula & carcerem conijciebantur, vel militibus cuſtodiendi dabantur, teſte Cuiacio, at quis ritus iſte credendi reos militibus fuerit, minus ſatis conſtat. Comperio eos tantum, qui nefariorum, ac immanium conuicti criminum, vitæque turpitudine defamatiſſimi erant, ſolitos tradi militibus aſſeruandos. Forma autem talis erat, vt is qui in reos relatus fuiſſet, catenam manui dextræ alligatam haberet, quæ eadem militis ſiniſtram vinciret cuſtodiæ eius Præfecti. Seneca: *Quemadmodum eadem catena, & cu-*

In Paratit. de Cuſt. reor.

Epiſt. 5.

& cuſtodiam id eſt reum qui cuſtoditur) *& militem copulat; ſic iſta, quæ tam diſsimilia ſunt pariter incedunt.* Paulus ICtus. *Si pecunia accepta miles cuſtodiam dimiſerit, capite puniendus eſt.* Nota cuſtodiam pro noxijs, non aliter atq; operæ, pro ipſis operarijs, licet interdum pro ipſo carcere. Seneca: *Sed quid refert? eadem cuſtodia vniuerſos circumdedit, alligatique ſunt etiam qui alligauerunt niſi tu fortè leuiorem in ſiniſtra catenā putas.* Lib. Sen. De Tranq. animi c. 10.

Vinclis iſtis mancipatum fuiſſe S. Petrum Acta Apoſtolorum teſtantur, vbi habetur S. Petrum in vinclis exiſtentem dormijſſe inter duos milites vinctum catenis duabus. Ità S. Ignatius de ſe ipſo. *De Syria Romam vſque* (infit) *pugno ad beſtias in mari, & in terra, nocte dieque ligatus cum decem Leopardis,* id eſt, *decem militibus qui me cuſtodiunt.* Non talis ille miles, qui Agrippam Regem cuſtodiebat, de quo Ioſephus: *Centurionem illi ſatis benignum appoſitum, & militem cùm vinciretur humanum.* Hæc de cuſtodiâ militari. Cap. 12. Epiſt. ad. Rom. Lib. 15. c. 13.

Præter cuſtodiam hanc militarem, erat alia, quam *Liberam* vocitabant, cùm Viri Illuſtres, & magnæ exiſtimationis non in vincula conijciebantur, ſed vel in Oppido, vel in alienâ domo cuſtodiebantur, vt liberè per circumſcriptos terminos ambulare, nec tamen effugere poſſent.

De hac cuſtodiá Dio ſcribit Catilinam ſe cuſtodiendum Ciceroni Conſuli obtuliſſe, ſed Conſulem reſpuiſſe. Vt & S. Hieron. *Qui Senatoria,* inquit, *dignitatis ſunt, non inter homicidas teterrimo carcere, ſed in liberâ, honeſtaque cuſtodiâ in fortunatorum inſulis, & campis Elyſijs recludi.* Et Salluſtius: *Senatus decreuit, vti abdicato Magiſtratu Lentulus, itemque cæteri in liberis cuſtodijs haberentur. Itaque Lentulus P. Lentulo Spinthero, qui tum Ædilis erat, Cæthegus Q. Cornificio, Statilius C. Cæſari, Ceparius Gn. Terentio Senatori traduntur.* Atque hæc cuſtodia non ideò *libera* nuncupata, quaſi ſemper vinculorum immunes eſſent, vt rectè contrà Cælium Rhodig. notat Ianus Langleus, nam vinculis quandoque fuiſſe adſtrictos ex Dione elicimus. Lib. 37. Aduerſ. Vigil. Catil. Lib 17. antiq. cap. 9. Lib. 6. Semeſt.

CAPVT LXX.

De Capſarijs puerorum. Vox illa examinata. Chriſtiani olim dicti Capſarij.

INcidit mihi nuper in mentem reſponſum Vlpiani *tit. de Manumiſsis vindicta l.* 13. quo reſponſo vocat *Capſarium* eum qui portat libros puerorum. Atquî affines libri inquiunt nonnulli, cum capſa, aut potiùs, quid cum gerulo librorum capſa? Tandem curioſà indagatione deprehendi, ritum fuiſſe apud Romanos pueris ludum litterarium frequentantibus pedagogos dandi, qui libros ipſorum capſulâ incluſos portarent, quod diſce ex Iuuenale: Saty. 10.

Quiſquis adhuc vno partam colit aſſe Mineruam,
Quem ſequitur cuſtos anguſtæ vernula capſæ.

Catullus: *Sic vna de multis capſula me ſequitur.*

Sic S. Auguſtinus Iudæos vocat *Capſarios Chriſtianorum*, quod aſſeruandis ſacræ

T 2 paginæ

paginæ libris intendiſſent, quorum etiam opera ad illos perueniſſent. Inuenio etiam *Capſarios* dici, qui in balneis veſtimenta cuſtodiunt. De iſtis facetè ſuo more Martialis:

Epiſt. lib. 12. de Apro.

Lintea ferret Apro, vacuus cum vernula nuper; Et ſupra togulam luſca ſederet anus.

Vndè colligis difficilem fuiſſe veſtium in balneis cuſtodiam: ideòque anum illam ſupra veſtem ſediſſe, nè ſcilicet ſurriperetur. De his Capſarijs Ouidius lepidè:

Cum cuſtode foris tunicam ſeruante puellæ Celent furtiues balnea multa iocos;

Eodem collineat Paulus *in l. 3. §. aduerſus, de offi. to Præfecti Vigil. Aduerſus*, inquit, *Capſarios quoque, qui mercede ſeruanda in balneis veſtimenta ſuſcipiunt. Iudex eſt conſtitutus, vt ſi quid in ſeruandis veſtimentis fraudulenter admiſerint admiſerint ipſe cognoſcat.* Pars autem illa balnei in quâ cuſtodiebantur iſti Capſarij ἀποδυτήριον dicebatur teſte Cuiacio lib. 5. Obſeruat. cap. 17. vide Cæl. Rhodig. lib. Lect. Antiq. 25. cap. 20. & Ianum Langlæum lib. 8. Semeſtrium cap. 2.

CAPVT LXXI.

De Tyrocinio, & toga virili: quæ publicè & ſolemniter data. Tirocinij & Candidatus voces expenſæ.

PVerorum ſuperiori Capite factâ mentione, Iubet ſtylum diducere ad laudabilem morem apud eoſdem Romanos, quo pueri, qui ex Ephœbis exceſſerant, id eſt, anno ætatis decimo quinto, prætextram ponebant, & auſpicij causâ, ſolemni officio à propinquioribus in forum (vbi primùm eloquentiæ ſpecimen oſtendebant) deducebantur, ac indè in Capitolium, vt togam virilem ſumerent, quæ *pura* dicebatur, id eſt, nullis limbis aſſuta. Cicero: *Ego cum Laodiceæ venero Quinto ſororis tuæ filio togam puram iubebo dari.*

Epiſt. ad Attic. 5. Epiſt.

Catullus ad Manlium:

Tempore quo primùm veſtis mihi tradita pura eſt,
Iucundum cùm ætas florida ver ageret.

Orat. pro Seſtio. Cicero rurſum: *Cui ſuperior annus virilem Patris, & prætextam populi iudicio togam dederit.* Tacitus: *Interim anni principio Druſus ex Germanici liberis togam virilem ſumpſit.*

Lib. 4. annal.

Deducebantur autem, vt diximus, in forum. Suetonius: *Tertium decimum Conſulatum vltrò petijt, vt Caium & Lucium filios ampliſſimo præditos Magiſtratu, ſuo quemque tyrocinio deduceret in forum.* Idem in Tiberio: *Romam reuerſus deducto in forum filio Druſo ſtatim in hortos Mæcenatianos tranſmigrauit, totumque ſe ad quietem contulit.*

Auguſt. cap. 26. Cap. 15.

In Nerone cap. 7. Atque eo die congiarium, id eſt munera, & ſportulas populo dabant. Collige ex Suetonio: *Deductus in forum Tyro, populo congiarium militi donatiuum propoſuit*: Et

ex Tacito de eodem Nerone: *Quo primum die forum ingreſſus eſt, Congiarium plebi dedit.* *Lib.3. annal.*

Porrò, toga illa pura erat, vt diximus, candida, ſcribit enim ad Atticum Cicero in tyrocinio filij ſui togam illi puram dediſſe Arpini.

Tirocinij vox poſtea tranſlata eſt ad inexercitatos, & adhuc in diſciplina forenſi rudes, quod hoc nomine olim cenſerentur, qui eloquentiam in foro auſpicabantur, & quicumque animum non excoluiſſet diſciplinis, doctrinâ, & rerum vſu, teſte Langlæo: & contra, qui rem quampiam toto affectu ac omnibus animi neruis affectaret, *Candidatum* eum appellabant. Hinc Quintilianus: *Maius enim opus atque præſtantius ad quod ipſe tendit, cuiuſque eſt velut candidatus.* D. etiam Hieronym. Catechumenum fidei candidatum dixit. Et ad Pammachium: *Munerarius*, inquit, *pauperum & egentium candidatus ſic feſtinat in cœlum.* Et Plin. Paneg. *Candidatus gloriæ & immortalitatis.* Et Seneca. Hominem dicit multarum rerum candidatum. Vide Cœlium Rhodig. 14. lect. antiq. *Lib.1. Semeſt. c.4.* *Lib.12.*

CAPVT LXXII.

De hortis penſilibus.

Eò luxuriæ proceſſit antiquitas, vt naturam ipſam euertere conata ſit. Nam Babiloniæ hortos penſiles fuiſſe ab Aſſyrio quodam Rege fabricatos in gratiam pellicis auctor eſt Diodorus, & Cælius Rhodig. quos imitati Romani, in eandem inſaniam prolapſos eſſe conſtat: & idcircò ſic taxabantur à Seneca: *Non viuunt contra naturam, qui pomaria in ſummis turribus ſerunt? quorum ſylua in tectis domorum, ac faſtigijs nutant, indè ortis radicibus quo improbè cacumina egiſſent* ? Et alibi: *Alunt in ſummis culminibus mentita nemora, & nauigabilium piſcinarum freta*, Adde Senec. Tragædum, Thieſte: *Lib.3.* *Antiq. lect. lib. 23. c.6.* *Lib.5. controverſ. 55.*

> *Non thure colimur, nec mea excluſo Ioue Ornantur aræ, nulla culminibus meis Impoſita nutat ſylua.*

Plinius: *Antiquitas mirata eſt hortos penſiles, ſiue illos Semyramis, ſiue quos Aſſyria Rex Cyrus fecerit.* Euſtachius, ait, cacumina domorum aggeſtam ſuper trabes terram habuiſſe, & in eiuſmodi tectis cubari potuiſſe. Iulium Cæſarem legimus domum poſſediſſe faſtigiatam ob celſitudinem viri. Nam vbi de ſomnio vxoris eius; *Collabi faſtigium domus, eius Cornelia vxor ſomniauit.* Et hæc *Solaria* vocabant. Sueto. in Claudio, *Prorepſit ad ſolarium proximum.* v. legem penult. Cod. de Ædificijs. Verùm quoniam iſta pertinent ad potentiam, & magnitudinem Romanam, ſuper qua affatim ſcripſum eſt ſuprà, Cap. 31. Itaque pluribus non inſiſtam. *Lib.11.* *Lib.10. Odyſſ.* *Cap.10.*

Digitized by Google

CAPVT LVI.

De donis quæ aduenis, Legatis aut militibus dabantur apud Gentiles.

DIuerſa erant pro moribus gentium donatiua. Apud Perſas munera quæ Rex condonare ſolebat venientibus ad ſe Legatis, hæc erant: Vnicuique talentum Babylonicum argenti ſignati, quod conſtituebat ſeptuaginta duas minas Atticas, quarum vna duodecim & ſemis vncias conficiebat. At Iulius Pollux ſcribit talentum Babylonicum æſtimatum fuiſſe Drachmis 7000. id eſt totidem denarijs, aut
Cap 9. Iulijs Romanis, ſiue Regalibus Hiſpanicis, vti notaui in tractatu de re Nummariâ. Inſuper ijdem Perſæ donabant armillas, & acinacem, & torquem, denique ſtolam medicam, quam doryphoricam appellabant.

Apud Romanos verò, moris erat, vt ſi quem Legatorum munere afficere vellent, Cellam Curulem, & ſcipionem eburneum, inſignia nimirum Romani Conſulis, mitterent, quod patet ex Liuio, vbi de Eumene, & Salluſtio, quæ munera Cæſarem Arioviſto miſiſſe in Commentarijs de ſe ipſe teſtatur, eò quod Rex, inquit, *appellatus eſſet à Senatu, quod amicus, quod munera ampliſſimè miſſa. Quam rem & paucis contigiſſe, & à Romanis pro maximis hominum officijs conſueſſe tribui docebat*, inquit.

Quinetiam, memoriæ proditum eſt nonnunquam annulos, togaſque purpureas, & eiuſmodi Romanorum Nobilium notas, donauiſſe, de quibus vide Cæl.
In lib. antiq. Lect. Rhodig.

Porrò, *Dona militaria* quæ ſingulis militibus ob rem benè geſtam ab Imperatore triumphaturo dabantur, duplicis erant generis, *Minora*, & *Maiora*. Illa erant, quæ ob læſum, aut deiectum hoſtem deferebantur, veluti haſtæ, phaleræ, phialæ, ſiue pateræ; & hæc quidem ſi in excurſione, aut velitatione pati âſſet. *Maiora*, coronæ erant, & eæ plures, ob diuerſas ſcilicet cauſas, nempè *Ciuica*, quam militi, & obſeruatum ciuem dabant, & qui eodem tempore hoſtem occiderat. *Obſidionalis*,
Lib. 5. Noct. Att. c. 6. quam & ij qui liberati erant, dabant, & ei duci qui liberauerat teſte A. Gellio. *Caſtrenſis*, quam is accipiebat qui primus hoſtium caſtra pugnans ingreſſus erat. *Torques nauales*, quæ ei qui primus in hoſtium nauem armatus vi tranſilierat. Sed &
In voce Armillæ. *Armillæ* ex auro, quas viri militares ab Imperatoribus donari gerebant, eaſque ſic dictas eſſe exiſtimat Feſtus, quod antiqui humeros cum brachijs armos vocabant, vnde arma ab his dependentia ſunt vocata. Erant poſtremò, *Saturnalia dona*, de quibus Tertul. *lib. de fuga in perſecut.* Verum, plura ſuper hac re qui volet legat Lipſium lib. 5. de Militia Rom. & nos in Notis ad Onoſandri Strategicum, ſiue de Imperatoris inſtitutione. Sed quod dixi ſuprà de coronis, notes non ſolùm militibus ob rem ſtrenuè geſtam dari ſolitas, ſed etiam Scenicis: quanquam iſtæ non ex auro, ſed ex ductili ære in laminas concinnabantur. Iſidorus: *Coronarium æs ex ductili ære tenuatur in laminas, taurorumq; felle tinctum ſpeciem auri in coronis hiſtrionum præbet.*

CA-

CAPVT LXXIIII.

De ritibus Adoptionum, & diuerſis earum ſpeciebus.

ADoptionis ritu, Veteres apud Romanos nihil frequentius, cùm enim in alienam familiam, & in liberorum locum extranei aſſumerentur, aut per Prætorem fiebat aut per populum. Per Prætorem adoptio dicebatur ſub hac formulâ. *Hunc hominem* (quem tenebat adoptans) *filium meum eſſe aio, iſque mihi emptus eſt ære.* Naturalis autem Pater vſque ad tertiam mancipationem in iure cedebat: *Prætor verò præſentibus teſtibus addicebat.* Cæterùm, quod per populum (hodiè fit per Principem) lege Curiata expediebatur, dicebatur *Arrogatio*: ſed neceſſe erat, vt poſteà inſinuaretur Magiſtratui. Vtriuſque complura extant exempla cùm vetera, tum recentiora apud iuris auctores, legant curioſi Iuſtinianæi tit. de Adoptionibus, & l. 2. C. de Adoptio.

At poſteriori Cæſarum æuo, plerumque per arma filios ſibi adſciſcebant, quod fiebat per traditionem armorum, cuius adoptionis formulam habemus apud Caſſadorum, per quam Theodoricus Herulorum Regis Filius adoptatur. Ità & *Lib. 4.* Ælium Verum Adrianus adoptauit, ità etiam Iuſtinianus Athalarici patrem adoptauit, apud Caſſad. *Deſiderio Concordiæ factus eſt per arma filius, quia minus robis penè dicebatur æquæuus.* Idem Caſſad. *Genſimundus armis filius factus eſt.* *Lib. 8.*

Sed & per comam, ſeu capillos æuo iſto fiebat adoptio, de qua meminit Paulus Monachus de geſtis Longobardorum: *Circa hæc tempora*, inquit, *Carolus Francorum Princeps filium ſuum ad Linthprandum miſit, vt eius, iuxtà morem capillum ſuſciperet: qui eius cæſariem incidens, ei pater effectus eſt.*

Celebrabatur etiam adoptio, teſtamento, per quam adoptatus tranſibat in bona, & nomen teſtatoris: is enim hæres ſcribebatur, & nomen teſtatoris ferre iubebatur, vti ſcriptis prodidit celebratæ apud Gallos memoriæ Cuiacius lib. 7. Obſeruat. cap. 7. & nos alibi plura hac de re.

CAPVT LXXV.

De miris Proſtibulis apud Romanos. D. *Ludouicus Galliarum Rex totis ſui Regni Vrbibus, & Sixtus V. Pontifex Max. è Prouincijs ſuis Lupanaria exegit. Sequutores qui?*

INter tot Romanorum decora aſpergi ſunt næuę probrorum & nequitiarum, licet tamen non paſſim: nam probis adeò exoſa fuêre ſcorta, vt Q. Antiſtius repudium vxori ſuæ renunciarit non aliam ob cauſam, quàm quod illam in publico

Digitized by Google

co cum vulgari libertinâ ſecretò loquentem vidiſſet. Indè conijciens honeſtæ pudicitiæ eam non eſſe, quæ cùm impudicâ commercium haberet. Itaque veteribus Romanis tetrum hoc prolubium: nam vulgaribus etſi peſſimè, licitum erat pudicitiam proſtituere modò apud Ædiles profiterentur: non tamen matronis. Iccircò Ædilibus curæ erat, publica ſcorta, eorumque nomina veluti in album referre, nè ſi matronæ corpus vulgarent, immunes à pœna ſtupri eſſent, cæteræ de vulgo impune, proh pudor! regno Veneris mærebant cœcæ illæ mentes: quinimò ædium portis, ſiue illarum cellis inſcribebantur nomina, quis credat?

Val. Max. lib. 6. tit. de Seuer.

Audi Iuuenalem de Meſſalina: ——*Titulum mentita Lyciſcæ.*

Saty. 6.

Martialis: *Intraſti quoties inſcriptæ limina portæ.*

Lib. 11.

Tertullianus: *Liberalitas iſta remiſſionis proponitur in ipſis libidinum ianuis, ſub ipſis promulganda, vbi delinquentia ipſa verſabitur.*

Lib. de Pœnitent.

Atque tales proiecti pudoris fœminæ à matronis cultu corporis diſtinguebantur, teſte eodem Tertulliano: *Infœliciſſima libidinum victima à matronis cultu corporis diſtinguebantur*, ſed hoc de matrónis non ſimulatis. Iccircò ibidem queritur Tertull. *Video, inquit, & matronas, atque proſtibula nullum de habitu diſcrimen relictum.* Ex lege autem Athenienſium, ſcorta iubebantur ἀνθινὰ φορεῖν veſtes floridas ferre.

Apolog. c. 6.

Cæterum, cum primariæ Matronæ corpus vulgaſſent, grauiter mulctabantur ad ſeruandum ſcilicet publicum decus. Siquidem quæ comperta eſſet ſtuprum commiſiſſe cedere debebat dignitate matronali, & ornamentis. Imò in exilium mittebantur; Crede Liuio: *Vilius, Tapullus, & Marcus, Fundanius, Ædiles plebis aliquot matronas apud populum probri accusârunt; quaſdam ex eis damnatas in exilium egerunt.*

Liu. lib. 25.

Neque id tantum, ſed etiam habitu, vt dictum, priuabantur, etiam Edicto Tiberij: Suetonius: *Famina famoſæ, vt ad euitandas legum pœnas, iure, ac dignitate matronali èxſoluerentur, lenocinium profiteri cœperant: quas ne quod refugium in tali fraude cuiquam eſſet, exilio Cæſar affecit.*

Tib. c. 35.

Poſtea ſat erat profiteri ſe talem, Tacitus: *Eodem anno grauibus Senatus Decretis, libido fœminarum coërcita; cautumque ne quæſtum corpore fáceret, cui auus aut pater, aut maritus Eques Romanus fuiſſent, Nam Viſtilia Prætoria familia genita, licentiam ſtupri apud Ædiles vulgauerat, more inter veteres recepto, qui ſatis pænarum aduerſum impudicas in ipſa profeſſione flagitij credebant.*

Lib. 2. Annal.

Veſpaſianus autem videns libidinem, atque luxuriam coërcente nullo inualuiſſe, *Senatus fuit auctor decernendi*, ita Suetonius, *vt quæ ſe alieno ſeruo iunxiſſet, ancilla haberetur*. Sic etiam Domitianus, vt auctor eſt idem Suetonius: *Probroſis*, inquit, *fœminis, lectica vſum ademit, iuſque capiendi legata, & hæreditates.*

Cap. 11.
Cap. 13.

Quinimò adeò deteſtabantur ſordes iſtas, vt de vna Matrona notetur à Tacito: *In ipſis Principijs* (quæ illa? dicetur infrà Cap. 80.) *ſtuprum auſa ſit committere.* Quò magis culpandi ſunt Chriſtiani, qui cum ab œſtro libidinis alieniſſimi eſſe deberent, plerumque tamen tolerant in ſuis Vrbibus proſtibula, & iuuentuti facem præbent ad audendum quæ Paganis erant pudori.

Lib. 1. Hiſt.

Enim-

Enimuerò, in Republica benè ordinata, tolluntur loca illa in quibus datur occa-
ſio prolubij. Hinc Diuus Ludouicus Galliarum Rex Sanctiſſimus, meretrices om-
nes Regni ſui Oppidi exegit, & nè lupanaria in Vrbibus eſſent, lata lege conſtituit,
teſte Langlæo. Sixtus etiam V. Pontifex Romanus ſeueriſſima Conſtitutione anno *Lib. Se-*
Pontificatus ſui ſecundo, adulteros omnes, lenones, & ſcortatores puniuit, Vrbe *meſt.*
que eliminauit. Et rectè. Nam vt demus legibus Imperatorum tolerata lupanaria, *Lib. 8. c. 8.*
non ideò Chriſtiani Principes, deteſtanda illa loca ferre debent: vt enim adulteria,
& ſtupra, ita & lupanaria apud Deum ſunt maledicta, teſte Tertulliano. Hinc D. *Lib. de a-*
Hieronymus Epitaphio Fabiolæ: *Aliæ ſunt, inquit, leges Cæſarũ, aliæ Chriſti, aliud, quod* *nima.*
Paulus noſter præcipit. Apud illos viris impudicitiæ fræna laxantur, & ſolo ſtupro, atque adulte-
rio condemnato, paſſim per lupanaria & ancillas libido permittitur, quaſi culpam dignitas faci-
at, non voluntas. Apud nos, quod non licet fœminis, æquè non licet viris. Et alibi: *Non hic ſcorta,* *Lib. 1. ad-*
non hic lupanaria condemnantur, de quorum damnatione nulla dubitatio eſt. *uerſ. Iouinia.*

Certè, vt ſcriptis ſuis prodidit Ianus Langlæus, conſtat & Theodoſium lupana-
naria ſuſtuliſſe, ædeſq; ipſas, in quibus exercebantur, funditꝰ diruiſſe, quod & Nicepho- *Lib 8. Se-*
rus, Eccleſiaſticæ ſcriptor hiſtoriæ, teſtatur, ſed & Iuſtinianum, eorum vſum inter- *meſt. c. 8.*
dixiſſe aſſerunt, dum conſtituit, nè cui liceret lenocinium exercêre, domiq; vel in lu-
ſtris concluſas mulieres habêre, & publicè proſtituere ad libidinem, graui pœna *Lib. 11. c. 21.*
non in illum tantùm ſtatuta, ſed in eum etiam, qui in ſuis paſſus fuerit ædibus ali-
quem lenocinium exercere aut habere aliquem ei negotio præpoſitum, & qui non
illicò re ad ſe delatâ & cognitâ, ex ipſis eũ ædibꝰ expulerit. Et quoniã mulieres tam
proiectæ erant impudicitiæ, maritus vxori ſuæ cuſtodem apponebat, quem Apu-
leius *Sequutorem* appellat, quod vt vmbra corpus, ſic matronam ille ſequeretur. Vid. *Lib. 9. de Aſin.*
R. P. Lobbetium in ſuo Specul. Eccleſiaſt.

CAPVT LXXVI.

De luxu mulierum Romanarum ſtupendo, ſcilicet in margaritis, & vnionibus, ac veſtibus. Immenſus Cleopatræ Reginæ in vna Cœna luxus.

ALius luxus in ſequiori iſto ſexu, nempè, quod tam deſpicatui haberent aurum,
vt etiam pedibus geſtarent, vt refert Plinius: Ideoque ad gemmas ventum, *Lib. 33. cap. 3.*
atque eò veſaniæ proceſſum vt vnam ſponſalium cœnam ſmaragdis, margaritiſque
opertam haberent. Teſtor eundem Plinium: *Polliam Paulinam, inquit, quæ fuit Caij* *Lib 9. c. 35.*
Principis matrona ne ſeriò quidem ac ſolemni cæremoniarum aliquo apparatu, ſed mediocrium
etiam ſponſalium cœna, vidi ſmaragdis, margaritiſque opertam, alterno textu fulgentibus, toto
capite, crinibus, ſpiris, auribus, collo, manibus digitiſque, quæ ſumma quadringenties H.S. colli-
gebat, id eſt, decies centena millia Pattaconum, ſiue Philippicũm, aut Ducatonum
Ital. atque paullo poſt addit *duos fuiſſe maximos vniones, per omne æuum, quos poſſidebat*
Cleopatra Ægyptij Reginarum nouiſſima, per manus Orientis Regum ſibi traditos. Hæc cùm ex-

Digitized by Google

quiſitis quotidiè Antonius ſaginaretur epulis, ſuperbo ſimul, ac procaci faſtu, vt Regina meretrix lautitiam eius omnem, apparatumque obtrectans, quærente eo quid adſtrui magnificentiæ poſſit, reſpondit vna ſe Cœna, centies H.S. abſumpturam (id eſt, ducenta quinquaginta millia Pattaconum, ſiue Philippicûm.) *Cupiebat diſcere Antonius, ſed fieri poſſe non arbitrabatur, ergò ſponſionibus factis, poſtero die quo iudicium agebatur, magnificam aliàs Cœnam, nè dies periret, ſed quotidianam Antonio appoſuit, irridenti, computationemque expoſtulanti. At illa corollarium id eſſe, conſumpturamque ſe eâ in Cœnâ taxationem confirmans, ſolamque ſexcenties Seſtertium cœnaturam, inferri menſam ſecundam iuſſit. Ex præcepto Miniſtri, vnum tantùm vas ante eum poſuêre aceti, cuius aſperitas viſque in tabem margaritas reſoluit. Gerebat auribus cùm maximè ſingulare illud, & verè vnicum naturæ opus. Itaque exſpectante Antonio, quidnam eſſet actura, detractum alterum merſit, ac liquefactum abſorbuit. Iniecit alteri manum L. Plancus, Iudex ſponſionis eius, eum quoque paranti ſimili modo abſumere, victumque Antonium pronunciauit.* Hactenus Plinius.

Sed hunc porrò luxum, mirum quantum taxat Tacitus, qui in perſonâ Tiberij Cæſaris fœminis inſultat, quod conquirendis lapidibus pecuniæ ad externas, aut hoſtiles gentes transferrentur, & multò acrius Seneca: *Video vniones*, inquit, *non ſingulos, ſingulis auribus comparatos (iam enim exercitatæ aures oneri ferendo ſunt) iunguntur inter ſe, & inſuper alij binis ſuperponuntur.* Idem Seneca de Conſtantia Sapientis: *Quid refert quantum habeat, quot Lecticarios, quàm oneratas aures*: Rurſum Plinius: *Vniones binos, ac ternos, auribus ſuſpendere, fœminarū gloria eſt.* Tribaccæ ergò iſtæ margaritæ erant, quæ auribus appendebantur. Vndè Horatius:

Lib. Annal. 3. *De Benef. c. 9.* *Cap. 14.* *Epiſt. 7 4*

Nec ſit marita, quæ rotundioribus Onuſta baccis ambulet.

Satyr. 6.

Et Iuuenalis: *Nil non permittit mulier, ſibi turpe putat nil,*
Cum virides gemmas collo circumdedit, & cum Auribus extenſis magnos commiſit elenchos.

De Remedijs Fort. Adde Senecam: *Duc benè inſtitutam, nec maternis inquinatam vitijs, non cuius auriculis vtrimque bona patrimonia dependent.*

Epiſt 74. Vanitatem hanc deriuatam ad tempora vſque D. Auguſtini ex illius Epiſtolis patet, vbi indignatur viros ipſos habuiſſe auribus pendulos vniones. Noſtro æuo nulli viri geſtant, rariuſculè mulieres, licet iſtæ morem iam hunc faſtidientes, implexos modò & aſcitos capillos geſtent.

Hæc in gemmis & margaritis. An non par luxus in auro? Certè: Nam anno poſt Cladem Cannenſem legem tulêre Conſules, *nè qua Romæ mulier plus ſemiuncia auri haberet, neuè veſtimento verſicolore vteretur.* dixiſſent etiam pellucido, quod in maximo pretio fuiſſe perditis iam moribus Seneca teſtatur verbis his: *Video ſericas veſtes, ſi veſtes vocandæ ſint, in quibus nihil eſt quo defendi aut corpus, aut denique pudor poſſet: quibus ſumptis mulier parum liquidò nudam ſe non eſſe iurabit.* Et alibi: *Nunquam tibi placuit veſtis quæ nihil amplius quam nudam componeret.* Et D. Hieron. de ſuo æuo: *Ingrediuntur expolitæ libidinis victimæ, & tenuitate veſtium nuda impudicis oculis ingeruntur.*

Lib. 7. Benef. c. 9. *Lib de Conſol. ad Heluiā.*

Sed quo dilabor, aut inuehor verbis alienis in ſequiorem ſexum? cum licentia hæc ab adoleſcentibus procacibus, aut parentibus nimiopere indulgentibus prouc-

ueniat

Digitized by Google

ueniat luxu; iſte, qui magis in ambiendis veſtimentis pretioſis & exoticis, quam virtutibus ſtudent, & quia ſuperbiæ & tumentis animi eſt indicium ſic veſtiri, idcirco pleræque incidunt in vetus conuitium quo tragicæ Simiæ nuncupentur. Viris quidem magnificus corporis amictus conceditur, quod auctoritatem conciliet, aſt muliebris & luxurioſus veſtitus, non corpus exornat ſed detegit mentem, ſic potè exornari cupientem, vt venuſtæ videantur.

CAPVT LXXVII.

Origo Auri & Argenti. Pecunia quando ex iis ſignata? Pecunia etiam olim è corio, plumbo, ferro, ære.

PLinius lib. 7. naturalis Hiſtoriæ Auri Inuentorem fuiſſe ſcribit Cadmon Phœnici ad Pangæum montem incolam. Argenti vero originem à Mercurio adſcribunt, vndè viuum argentum, Mercurium appellant. Quando vero ſignata fuerit pecunia, pleríque variant. Seruium Regem apud Romanos vſum pecuniæ cudendæ inueniſſe idem Plinius auctor eſt, ſcribitque Regem hunc ouium boumque effigie primùm æs ſignaſſe. In Aſiâ tamen Lydios nummum argenteum, aureumque primos inueniſſe, Herodotus prodidit. Alij nihilominus, veluti Xenophon, apud Perſas, Darium ex auro monetam percuſſiſſe tradit. Quin Phœnices primos cudendæ pecuniæ auctores fuiſſe plerique exiſtimant. Alij alios, quos recenſui in Libris de Re Nummariâ Antiquorum, & quas Polid. Vergilius notat. Itaque in incerto res eſt, quæ nationum gentiumque prima æs, argentum, aurumuè percuſſerit. Antequam autem in vſum pecuniæ aptarentur, compertum eſt Corium, ferrum, plumbum fuiſſe materiam ſignandæ pecuniæ. *De Corio* Iſidorus: *Pecunia* inquit, *à pecudibus, & proprietatem habet, & nomen: de corio enim pecudis, nummi incidebantur, & ſignabantur.* Ex illo formabant orbiculos modico quidem auro tinctos, qui pecuniæ vicem ſubibant. *De Ferreo* nummo, liquet Lacædemonios ſiue Spartanos ferreis, æreiſque vſos eſſe, ex Plutarcho, Xenoph. & Stobæo, oſtendi dicto tractatu. Huius autem nummi pondus magnum quidem erat, aſt eius pretium ferè nullum. Vndè *Nummū Spartanum* per Parœmiam enunciamus, de re conatus magni, ſed emolumenti nullius. *De plumbeo*, nihil notius, Romanos apud conflatos fuiſſe nummos plumbeos. Plautus: *Tace Faber, qui cudere ſoles plumbeos, nummos.* Idem alibi: *Cui homini hodiè peculij nummus non eſt, niſi plumbeus.*

L. 33. c. 3.

Lib. 1.

Lib. 2. c. 1.

Moſtell.

Aſina

His ſucceſſit æs, præſertim apud Romanos, vndè natæ loquendi formulæ: *Obſtrictus ære alieno* item, indè *Ærarium.* Huc Lucanus, *ære mœrent paruo,* & huius nota erat *Bos.* Indè inualuit prouerbium, *Bos in linguâ:* in eos iactari ſolitum, qui pecuniâ corrupti Iuſtitiæ ſacra deſerebant, aut veritatem loqui non auderent. Cæterum, ſi tanta erat æris potentia, quid in auro? licuit Poëtæ inſinuare:

Aurum cuncta mouet, Superi flectuntur ab auro, Gaudet, & aurato Iupiter ipſe thoro.
Aurum quiſquis habet, Superos mercatur, & aſtra, Captiuoſque tenet ſub ditione Deos.

Verùm,mittamus aurum,aut certè prauam illius cupidinem,ſolum curioſitatis cauſa dicamus,cuſos fuiſſe aureos nummos poſt duos & ſexaginta annos,quàm argenti,teſte Plinio,quod tempus incideret in annum Vrbis conditæ 545. ante Chriſti natalem 212.vt oſtendi in Tractatu de Rè nummaria, vbi expendo veteris aurei argenteique nummi pondera,& æſtimationem ad noſtri æui reductam. Itaque relicto auri Idolo,cui multi litant,ad aliud tranſeamus.

CAPVT LXXVIII.

De Idolo Carthaginenſium, Cæleſti dicto.

COEleſtis Idoli cognitio Antiquis ſatis frequens, apud quos tanta erat vanitatis exuberantia,& Religionum prodigioſa libido,vt vnicuique etiam Prouinciæ,& Ciuitati ſuus eſſet Deus.Itaque Romanis Dij fuerunt tantum non innumerabiles,& ſuis quidem nominibus deſignati,vt multis in locis refert Tertullianus Apologetico aduerſus gentes;& S.Auguſtinus libris de Ciuitate Dei.Aſt,Carthaginenſibus Deum legimus fuiſſe non ſatis notum,qui *Cæleſtis* dicebatur. Deum autem,ſed & Deam ipſam:de illo ſic Saluianus: *Quis enim non eorum qui Chriſtiani appellabantur Cæleſtem illum,aut poſt Chriſtum adorauit,aut quod eſt peius,multò antequam Chriſtum?* Hoc ipſum Idolum idem Tertullianus,vocat *Cæleſtem Deam,pluuiarum pollicitatricem*, Trebellius Pollio his adſtipulatus: *Afri*,inquit,*Celſum Imperatorem appellarunt,peplo Deæ cæleſtis ornatum.*

Lib.8. de Prouiden.

Apolog.c.27.

In 30.Tyran.

Cæterum, quando,& quomodo templum *Cæleſtis* euerſum fuerit,ità docet S. Proſper: *Apud Africam Carthagini Cæleſtis ineſſe ferebant templum nimis amplum,omnium Deorum Ædibus vallatum,cuius platea lithoſtrata,pauimento,ac pretioſis columnis,& mœnibus decorata,duobus ferè millibus paſſuum protendebatur. Cùm diutiùs clauſam incuria,ſpinoſa virgulta circumſeptum obruerent,velletque populus Chriſtianus vſui veræ Religionis vindicare, Dracones,aſpideſque illic eſſe ob cuſtodiam templi gentilis populus clamitabat. Quo magis Chriſtiani feruore ſuccenſi,eâ facilitate omnia amouerunt illæſi,quæ templum ſuo vero cæleſti Regi,& Domino conſecrarent. Nam cum ſancta Paſchæ ſolemnis ageretur feſtiuitas,collecta illic,& vndique omni curioſitate etiam adueniens multitudo Sacerdotum Pater,& dignæ memoriæ nominandus Antiſtes Aurelius Auguſtinus cæleſtis iam patriæ ciuis,Cathedram illic loco Cæleſtis,& habuit,& ſedit.* Hæc ille,ex quibus,& ijs quæ ſubiungit,patet ſatis quàm celebre fuerit Idolum iſtud. *Cæleſte* dictum,de quo pluribus S. Auguſtinus apud Baronium Anno Chriſti 399.vbi addit *Cæleſtis* huius imaginem fuiſſe ſicpotè depictam, vt Leones illam ferrent,& coronam in capite portaret.

Lib.3.de Prædict. c.28.

CAPVT LXXIX.

De iure Aſyli,ſiue immunitatis.Illius origo. Quid de hodierni æui Immunitate?

ASylorum notio omnibus peruia eſt,ſed non æquè illius intellecta origo,eam tamen nonnulli ducunt à Moyſe,qui vt auctor eſt Euſebius, ex tribus Vrbibus,

Digitized by Google

bus,quas ipſe condiderat dum Hebræum populum in patrium ſolum reduceret, conſtituit,quæ loco Aſyli eſſent:quod intellige pro ijs qui nolentes ſanguinem fudiſſent.Poſteà,ius illud defluxit ad Romanos.Nam ecce Romulus,vt plures Romani Imperij acciret incolas,Aſylum inſtituit,de quo Ouidius:

Lib. 4. Antiq.

Romulus vt ſaxo lucum circumdedit alto, Quilibet huc,inquit,confuge,tutus eris.

Verùm,cum propter Aſylorum impunitatem,multa committerentur facinora, obæratique aduerſum creditores, ſuſpectique capitalium criminum,receptarentur.Tiberius Cæſar immunitates Aſylorum abrogauit teſte Tacito. Inſiſtamus ſacris,perſpicuum eſt ſacram paginam legenti,Adoniam filium natu maiorem Dauidis,timentem Salomonem Regem,fugiſſe in tabernaculum Domini, eundemque Salomonem procedente tempore,excitato templo magnificentiſſimo,priuilegijs immunitatibuſque condecoraſſe:iuſſit quoque Deus ſeparari Vrbes refugij, tam filijs Iſrael,quam aduenis,atque peregrinis,vt confugeret ad eas, qui nolens ſanguinem fudiſſet,in quibus cum fuiſſet profugus,cognati occiſi non poſſent eum occidere,donec ſtaret in conſpectu multitudinis, & cauſa eius iudicaretur.

Lib. 3. Annal.

Pari iure immunitatis fruebantur Ethnici poſterioris æui,qui ad ſtatuas confugiebant Imperatorum,vt ex reſponſis Iuriſconſultorum conſtat.

L. Capital. §. ad ſtatuas ff. de Pœnis. l. Si quis ſit §. apud ff. de ædilitio edicto.

Neque ſeruis tantum ius illud competebat,ſed & ingenuis.Suetonius: *Antonium iuuenem ſimulachro Diui Iulij ad quod poſt multas,& irritas preces confugerat,abreptum interemit*;nimirum,quia per calumniam ea abuſus fuerat. plerique enim non innocentiæ tuendæ,ſed malitiæ velo his vtebantur,adeò vt eſſent, qui vt pœnæ exortes ſe redderent,Imaginem Cæſaris geſtarent.Vndè Tacitus: *Incedebat deterrimo cuique licentia impunè probra & inuidiam in bonos excitandi,arrepta imagine Cæſaris*:quam etiam eo fine geſtabant;id quod ex Philoſtrato compertum eſt: *Erat*,inquit, *apud Aſpendios,aſylū Tiberij,& ſtatua quæ ſanctiores illis in locis,venerabilioreſq; quā Iouis Olympi ſimulachrū habebantur,ita vt impietatis damnatus quidā fuerit,quod ſeruum ſuum verberaſſet,qui drachmam argenteam Tiberij imagine ſignatam geſtabat*.Sed hæc fuit caligo illius ſæculi.

In Auguſto c. 17. Lib. 3. Annal. De Vita Apoll. lib. 1.

Chriſtiani longè æquius ſartas & tectas ſeruant ſuas Immunitates,vt patet toto titulo Decretalium de Immunitate Eccleſiarum,adeò vt in præiudicium illarum ſæculi Principes nequaquam diſponere poſſint,nec fas ſit ipſis quemquam noxium ab illis educere, imo eductum vult Auguſtinus Eccleſiæ oblationes rapientes ab Eccleſia reſtitui,quin & interdicit,nè ſuſcipiantur,donec impoſita pro impio auſu pœnitentia per conſtitutum tempus impleretur. Sic in Concilio Moguntinenſi ſancitum eſſe in hunc modum legimus: *Reum ad Eccleſiam confugientem nemo extrahere audeat,neque indè damnare ad pœnam,vel ad mortem,vt honor Dei & Sanctorum eius conſeruetur,ſed Rectores Eccleſiarum pacem,& vitam,ac membra eius obtinère ſtudeant,tamen legitimè componant quod iniquè fecit*.Gelaſius quoque Papa ſacrilegium exiſtimat,hominem Reum ad Sanctuaria confugientem violenter abſtrahere,& ideo eos ab omnium Eccleſiarum ingreſſu,qui hoc auſi ſunt prohibet.Quærunt interim Conſulti iuris,an omnibus hæc concedatur immunitas?breuiter in eam itum eſt ſententiam,

Cap. Eccleſia S. Mariæ de Conſtit.

Ep. 187. ad Bonif.

In cap. Frater quæſt. 4.

publicos latores, in Eccleſia delinquentes, armatos ad illam confugientes, hæreticos, blaſphemos, læſæ Maieſtatis Reos, Clericos interficientes, aſſaſinos, decoctores, & iſtius farinæ criminoſos, hac immunitate non gaudêre, vt auctor eſt Rebuffus, & Eraſmus à Chokier de Iuriſdictione Ordinarij in Exemptos, vt & Anaſt. Germonius tract. de Sacris immunitatibus.

Tract. de Immunit. Eccleſ. *In 5 de ord cog.*

At, quis cognoſcet, an confugientes tales ſint? Iudex nè Eccleſiaſticus, an Sæcularis? Ille haud dubiè, ſi credimus Antonio de Burrio, atque ita mihi nuper vſu venit Traiecti ad Moſam, vbi miles, qui ad Eccleſiam FF. Dominicanorum confugerat, de homicidio voluntario accuſatus, & conuictus, ego ſuper eo aditus decreui cognitionem iſtam eſſe Iudicis Eccleſiaſtici, non Vrbis Præfecti. Ideò partes meas commiſi D. Decano B. Mariæ eiuſdem Oppidi, qui militem ſeptis Monaſterij eductum decreuit ad Præfectum Vrbis remittendum, prout etiam remiſſus fuit pro illius delicti executione.

Verum, alia praxis ſeruatur in Gallia, teſte Petro Gregorio Tholoſano lib. de Repub. vbi ſcribit Reum ex vinculis ante omnia cauſam dicere ſolitum, & ſi pronuncietur debêre gaudere immunitate, remittetur ad Eccleſiam; ſi verò repertum ſit non debêre eo priuilegio vti, id ipſum etiam primum pronunciabitur per ſententiam, & poſteà fit ei proceſſus. Atque hæc Peritis iuris obiter ſunt dicta.

CAPVT LXXX.

De Principijs Caſtrorum, & Aquilis, & quæ priſci in veneratione, à quibus lætum aut ſiniſtrum omen capiebant.

PRincipia in Caſtris Romanorum loca erant, quæ Principibus & fortiſſimis, quibuſque militibus aſſignabantur. Indè poſt principia eſſe, ideſt in tuto citràque periculum: Sumptum prouerbium à caſtris, in quibus tutiſſimus locus eſt poſt principia: ſiquidem prima acie ſtabant Haſtati, in ſecunda Principes, robuſtiores ætate & armis. hos ſequebantur ſcutati omnes maximè inſignes, poſt hos triatij, vti indicat Liuius Decad. 1. lib. 8, eratque locus iſte à fortitudine virorum, & modeſtia militum commendatus. Hinc Gellius in Noct. Att. *In Conuiuio liberi veſtri modeſtius erant, quàm apud Principia, in quibus ſcilicet nil niſi Religio ſeruabatur.* Statius: *Ventum ad Concilij penetrale, donumque verendum ſignorum.* Collige etiam ex Corn. Tacito: *In ipſis principijs ſtuprum Nauſa.* Deteſtatur flagitium, à ſanctimonia vt ſic dicam loci ἀσχεία, vt vocat Plutarchus.

Lib. 5. c. 12. *Lib 10.* *Lib. 1. Hiſt.*

Erant quippè ſpecies templorum, in quibus non ſolum armorum Numina, ſed effigies Cæſarum colebantur, teſte Sueto. & proptetea loca iſta pro Sacris habebãtur. Tacitus de Planco: *At niſi Aquilifer Calpurnius vim extremam arcuiſſet, rarum etiam inter hoſtes Legatus populi Rom. Romanus in Caſtris ſanguine ſuo Altaria Deûm cõmaculaſſet.*

Calig c. 14. *Lib. 1. Annal.*

Vndè vides *Aras* quoq; fuiſſe in iſtis Principijs, quod etiam Dionis auctoritate conſtat, qui inter ſigna Varianæ cladis refert, *quod haſta à Septentrione delata, incidere in Romana Caſtra videbantur, & apes circa Altari eorum cerificauerant.*

No-

Digitized by Google

Notes etiam in Principijs aquilas fuiſſe conſtitutas, non ſine Ethnicorum iſtorũ veneratione: ſiquidem in aquilis augurium ponebant, vt ex illo Taciti patet: *Lætum augurium Fabio Valenti, exercituique, quem in bellum cogebat, aquila leni meatu: prout agmen incederet, velut dux via præuolauit, longumq; per ſpatium. Is militum gaudentium clamor, ea quies interrita aliti fuit, vt haud dubium magna ac proſpera rei omen acciperetur.* In quo notandum talium auguriorum adeò obſeruatores fuiſſe Romanos, vt ſi ad dexteram bonum Augurium, ſi ad læuam malum iudicarent. Suetonius: *Præteruolans aquila dexteriore humero conſideret.* Sic Homerus, Priamum facit orantẽ Iouem, vt aquilam mittat, ità ait Thelemacho duas aquilas ab Ioue miſſas, cædis procorum nuncias. Silius. *Tunc nè à ſede Deûm, purumque per æthera lapſa* *Armigera Iouis ante oculos cæpêre volucres Æquoreas monſtrare vias, ac ducere claſſem.* Lib. 1. Hiſt. In lib. c. 9. Iliad. 23. Lib. 16.

Sed nè longius euager in iſtis Ethnicorum ſuperſtitionibus, ad alia tranſgredior, & primum ad Teſſeras inſignia Regum & Principum, in quibus iterum nonnullæ ambitiones.

CAPVT LXXXI.

Inſignia Regum & Principum qualia olim? eorum cultus & ambitio mira.

CApitis ornamentum, & inſigne Regum apud Perſas fuit *Tiara*, teſte Suida, quã ſoli Reges rectam ferebant: Duces autem inclinatam, Imperatores ſiue Principes Romani *Faſces* habuêre XII. pro nota ſuæ poteſtatis, nihilq; aliud erãt, quã faſciculi virgarũ, intra quas obligata erat ſecuris, ſic vt ferrũ in ſumo faſce extaret. Præferebant autem Regi lictores faſces, & ſecures, vt cum vitiorũ alia ſanabilia ſint, alia inſanabilia virgis corrigerẽtur, quæ emẽdari poſſent, ſecurib⁹ amputarẽtur immedicabilia. Porrò etſi faſcib⁹ olim vſi fuerint Conſules Romani, tamen vt conſultum eſſet honori Cæſaris Augusti, Senatus Roman⁹ anno Vrbis 735. ius faſcium XII. illi conceſſit qua poteſtate cæteri exindè Principes vſi ſunt, teſte Dione, quod quidẽ breuiter notandum cenſui, nè quis fortè vllum hallucinantẽ audiat, eiuſq; decipulo inuẽtus exerret. Nam quod in Liuio ſcribitur: *Omnia iura, omnia inſignia primi Cõſules retinuêre, id modò cautũ eſt, nè ſi ambo Faſces haberẽt, duplicatus terror videretur.* Quod minus officit: quia ab Auguſto faſces dati Principib. & quidẽ blandimenti cauſa laureati, quod collige ex Capitolino: *Indè Carthaginẽ venit cũ pompa Regali, & protectoribus, & faſcibus, laureatis.* De Traiano Plin. *Cum viatoribus tanta quies, tantus pudor faſcibus, vt plerumque aliena turba ſubſiſtere, & Conſulem & Principem cogeret.* Lib. 2. Capitol. in Maximo. In Paneg.

Iam in cultu, quis eis delatus, animaduerto inter cætera ignẽ eis præferri, illudq; Perſis primũ vſitatũ teſte Xenoph. deindè Romanis: Herodianus enim refert Imperatorẽ Comodũ ſorori ſuæ Lucillæ honores ſeruaſſe: Nam & in theatris ſella Imperatoria ſedebat καὶ τὸ πῦρ προεπομπεύειν αὐτῆς, id eſt, *& ignũ eã præcedebat*, Idque ex Iuſtiniani edicto VIII. verbis his: *Vtetur porrò præconis voce, & lampadibus quatuor* Herodianus de Pertinace: *Sic,* inquit, *venit in Senatum, neque ignem paſſus ſibi præferri, neque aliud vllum Principatus inſigne attolli*; Intellige ignem è lampadibus: nam vt in Deorum cultu adhibitæ lucernæ, ſic in Imperatorũ. Indè *Lampadarij* dicti, qui ignem ac- Lib. 1. Cap. 33. c. 4.

Gothofred. ad d. §. 4. accenſum deferrent: qua de re nonnulla adhuc ſuprà cap. 20. & cap. 31. diximus.

Sed, & aliud Regum inſigne *Diadema*, quod aliud non erat, quàm faſcia, ſeu vitta tenuis capiti circumdata, Seneca: *Epiſt. 80.* *Vides illum Schytiæ Sarmatiæue Regem inſigni capitis decorum? ſi vis illum æſtimare, totumque ſcire qualis ſit: faſciam ſolue, multum mali ſub illa latet.* Florus: *De Bello Jeruſali lib. 2. Lib. 1.* *Ipſe veſte purpureâ, argenteove baculo, & regium in morem fronte redimita.* Herodianus: *Antigonus, quo Liberum patrem repræſentaret, pro cauſſa, & diademate Macedonico, hederam capiti circumdata, thyrſumque pro ſceptro geſtare eſt ſolitus.*

Atq; iſtud diadema tum apud Mauros, tum apud Romanos albũ erat Siliũ audi: *Lib. 16.*

Induitur chlamydem, Regnique inſigne vetuſti
Geſtat leua decus cinguntur tempora vitta Albente, ac lateri de more adſtringitur enſis.

Poſtea, Diadema illud ex auro, quo vſus fuit Claudius, teſte Dione: item Theodoſius, auctore Cedreno, addidit gemmas fulgentiores.

Verum, vt apud Romanos *Diadema*, & *Purpura* ſolis Imperatoribus dabatur, ità apud Hæbreos Regibus regnaturis non ſolum diadema, ſed & armillæ dabantur de Saüle: *Tuli diadema quod erat in capite eius, & armillam de brachio eius*: & inſuper perfundebantur oleo. *Lib. 2 Reg.* Vndè & Saül Chriſtus dictus eſt, teſte S. Hieron. in cap. 46. Iſaiæ, & P. Serario in cap. 10 lib. 1. Reg. qui inter alias cauſas vnctionis, hanc ſcribit, vt ſignificaretur ipſis à Deo gratiam, & robur dari ad Religionis, & Eccleſiæ, populi, & hæreditatis Dei defenſionem. Qui mos defluxit poſtea in Imperatorem, & Reges, vti videre eſt in cap. Venerabilem de Electiõ. cap. cum veniſſet, de ſacra vnctione, eundemque duplici quaſi miraculo approbauit Deus, 1. cœleſti donatione, & conſeruatione ampullæ, quæ à pluribus ſæculis aſſeruatur, Rhemis quam ego ante 30. annos, & quod excurrit vidi, & cernuus cum deuotione veneraturus ſum. 2. poteſtate, quam ijdẽ Galli Reges in curãdis ſtrumis, acceptã à Deo ferunt, & quã miraculoſam curationem, ego quoque vidi, & admiratus ſum Lutetiæ Pariſiorum.

Denique, nonnullæ nationes, inter quas ipſi Perſæ cultum Latriæ ſuis Principibus deferebant: citra hanc adorationem non facilè ad Regem patebat aditus, teſte Q. Curtio: *Perſas*, inquit, *non ſolum piè, ſed & prudenter Reges ſuos inter Deos colere: Maieſtatem enim Imperij, ſalutis eſſe tutelam.* Auguſtus tamen Cæſar cultum hunc diuinum ſibi ſoli non vſurpauit, ſed coniunctim Vrbi Romæ, quæ etiam inter Deas referebatur. *In eius vita.* Suetonius: *Templa quamuis ſciret etiam Proconſulibus decerni ſolêre, in nulla tamen Prouincia, niſi communi ſuo Romaque nomine recepit.* Petulanrior Indici Regis adoratio, *Lib. 8. Var. c. 24.* de quo Cælius Rhodiginus ſiquidem vbi viſendum ſe publicè præbebat, apparebant argenteis thuribilis miniſtri per plures conſpicui. Iter vniuerſum quo vectabatur, odoribus vaporabatur. Ipſe aurea geſtabatur lectica, margaritis hinc indè propendentibus. Amictus auro interlucebat, ac purpura. Lecticam obmuniebãt corporis cuſtodes, è ramis cantillantibus auiculis, quas ità de more imbuebant, vt inter ſeria inſtreperent cantu; Regiam auratæ ſuſtulciebant colũnæ, auro vite celata obambiente.

Sed & priſca, & cœca illa antiquitas diuinum fecit Auguſtum, apud Prudentium:

Po-

Poſteritas menſa, atque adytis, & Flamine, & aris
Auguſtum coluit, vitulo placauit & agnâ
Strata ad puluinar placuit.

Plura eiuſmodi exempla petat qui volet è noſtris Politicis.

Sed quis non faſtum, & luxum nepotinum, aut potiùs inſaniam iſtorum admiretur? Nam de Domitiano tantam eius arrogantiam fuiſſe legimus, vt Deus dici, haberique voluerit, teſte Suetonio: *Pari arrogantia, cum procuratorum ſuorum nomine formalem dictaret epiſtolam, ſic cæpit: Dominus, & Deus noſter, ſic fieri iubet. Vndè inſtitutum poſthac, vt nè ſcripto quidem, ac ſermone cuiuſquam appellaretur aliter*: Sed hoc, non niſi per ſummam mentis impotentiam. Nam *Deûm honor* (etiam Ethnicorum ſenſu) *Principi non antè habetur, quàm agere inter homines deſierit.* Cap. 13. Tacitus 15. Ann.

Porrò, Ritum in Deos referendi more Paganorum exactiſſimè deſcriptum habes apud Herodianum. Illudque inter alia notatur quod inter Deos conſecrandis ſiue referendis nomina mutarentur. Ità Romulus poſt conſecrationem, Quirinus dictus eſt, & ſic de alijs. Plura ad hanc rem qui volet colligat apud Thomam Dempſterum lib. antiq. Rom. 3. Lib. 4. Hiſt. Rom.

Inſuper Principibus Spiculatores erant, quod ex Suetonio ſatis oſtenditur, de Claudio, verba Suetonij: *Neque conuiuia inire eſt auſus, niſi vt Spiculatores, cum lanceis circumſtarent.* Et alibi, de Galbâ: *Deſcendentem Galbam Spiculator impulſu turba lanceâ propè vulnerauit.*

Sed & Principum, ſeu Imperatorum imagines in Vrbibus adorari ſolitas Philoſtratus ſcribit; Siquidem Romani cùm longè latèque diffuſum Imperium obire non poſſent, imagines ſuas ad Vrbes mittere ſolebant, ità Conſtantini Magni Imagines Romæ ſunt receptæ, ità Aquileiæ Maximi, Balbini, Gordiani, teſte Herodoto. Qui quidem honos, ac potiùs ſuperſtitio in caſtris quoque vſurpabatur. Imagines enim Cæſarum inter Aquilas, & ſigna adorabantur, ſed & priuatis ædibus colebantur, coroniſque ac floribus ornabantur. Martialis: In vita Apollonij. Lib. 10.

Hac mihi quæ violis colitur pictura, roſiſque.

Stante etiam Repub. Acclamationes Principibus fiebant in Amphitheatro, quas cum lubentia excipiebant. Sueto. de Domitiano: *Acclamari etiam in Amphitheatro epulari die libenter audijt: Domino & Dominæ fæliciter.* Qui ritus videtur profluxiſſe in primitiuam Eccleſiam, vti cap. 11. part. 2. oſtendemus.

CAPVT LXXXII.

Crudelitas nonnullarum gentium in immolandis hominibus, adeoq; proprijs liberis, aquâ mergendis, aut exponendis.

CVm incidi in locum Cornelij Taciti lib. de moribus Germanorum ſcribentis Germanos ſui æui humanis hoſtijs litare ſolitos, demùm deprehendi

veriloquium illud quod vulgò iactatur, *Homo homini lupus*, vero verius eſſe. Legimus nihilominus Iudæos, qui lege neglectâ aberrauerant in valle Gehennon crudelitate pluſquam ferinâ, filios, filiaſque Iconibus deuouiſſe, immolaſſeque Dæmonio Moloch. Horum imitatioue Græcos & Romanos eò demùm inſaniæ, & inhumanitatis dementauit æſtus ille Dæmonis, vt ad ipſius iuſſa humano quoque ſacrificarent ſanguine. Hoc enim auctore, vaticinia Tireſiæ, & Calchantis iubebant mactare humanas victimas: ſauciebantque præſentem, εἰδωλομανίαν, atque prodigioſam illam de plurium Deorum numero opinionem. Tireſias pollicetur Thebanis victoriam: ſed eâ lege vt Creontis filius mactatus ſit victima pro patria. Calchas vaticinatur Troiæ excidio, & ſucceſſus ſpondet: at ſimul Agamemnonis filiam Iphigeniam immolari iubet. Iouibus remedium deſiderantibus ab oraculo Delphico aduerſus ſæuiſſimam luem in tota vicinia horribiliter graſſantem: reſpondet Delphicum numen, non remittendam peſtem, niſi offeratur Dianæ Triclariæ Menalippus cum Comethone, quam in Dianæ templo ipſe ſtuprauerat: & niſi annuatim eodem tempore pro Menalippo elegantiſſimus iuuenis, pro Comethone puella venuſtiſſima, ad Dianæ aram mactetur. In Salamine inſula, homo Agraualæ Oẽtropis filiæ cedebatur. Diomedi in templo Palladis, homo offerebatur, qui ab adoleſcentibus ter circum aram ductus, tandem à Sacerdote haſta percuſſus, rogo impoſitus cremabatur. Apud Cypros, humanam hoſtiam Ioui Tenorus immolauit, idque genus Sacrificij poſteris tradidit, ſed poſteà imperante Hadriano ſublatum fuit. Erat lex apud Tauros gentem Septentrionalem inhumanam feramque, vti Dianæ hoſpites immolarentur. Galli Heſum, atque Teutatem humano cruore placabant. Vnde Lucanus:

4. Paralip. 28. Leuit. 18.

Et quibus immitis placatur ſanguine diro
Teutates, horrenſq; feris altaribus Heſus.

Lacedæmonios etiam Apollodorus ſcribit, hominem Marti immolare ſolitos, Phœnices bellorum, aut peſtilentiæ calamitatibus laborantes, amiciſſimos Saturno ſolebant immolare. Hiſtrus qui res Cretenſium ſcripſit, auctor eſt Curetas olim Saturno puerorum hoſtijs ſacrificia feciſſe. Laodiceæ, quæ Syriæ Vrbs eſt, Palladi Virgo immolabatur. Et apud Arabas in ſingulos annos puer immolatus ſub ara ſepeliebatur. Item Thraces, Scythæ, Carthaginenſes, & omnes ferè Græci, cùm præſertim in bella eſſent ituri, hominem mactantes ſacrificabant. Item Gallis mos fuit, vt qui eſſent affecti grauioribus morbis, quique in prælijs, periculiſque verſarentur, aut pro victimis homines immolarent, aut ſeipſos immolaturos vouerent. Germanis itidem Mercurio certis diebus humanis litare hoſtijs fas erat, vt auctores ſunt Cæſar, & Tacitus. Quid quod illud idem omnes communiter factitabant barbari: ſiquidem Saturnus in Lario, eodem genere ſacrificij cultus eſt, non quidem vt homo ad aram immolaretur, ſed vti in Tyberim de ponte Miluio mitteretur, quod ex reſponſo quondam factitatum Varro auctor eſt, & è recentioribus Polyd. Vergilius lib. 5. de Inuentione rerum.

Præ-

Præter barbaras iſtas gentes, notamus etiam Nortmannos, & Danos, Menſe Ianuario Dijs ſuis immolaſſe nonaginta fermè homines, imitatione fortè an Romanorum, quos pro familiarium ſoſpitate pueros Maniæ Deæ Matri Larium mactaſſe Macrobius ſcriptum reliquit. Francos quoque priſcos huic barbarorum hominum albo, etſi iam Christum colerent, adſcribendos, humaniſque ad ſuum æuum hoſtijs vſos Procopius aſſerit. Ità Gothi referente Olao Magno, nouem diebus in menſe hominem, quem ſors ferret (etiamſi in Regem caderet) immolabant, eumque inter Deos translatum exiſtimabant, ac eandem crudelitatem vſitaſſe populum Iudæorum ſuprà oſtendimus: de quo Propheta Regius: *Et immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas Dæmonijs, & effuderunt ſanguinem innocentem, ſanguinem filiorum ſuorum, & filiarum ſuarum, quas ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaan.* Vbi Eminentiſſimus Cardinalis Bellarminus in Commentarijs, ſiue Explanationibus infit: *Semel Deus verus imperauit Abrahamo vt filium immolaret, quod tamen perfici noluit, contentus præparatione mentis ad obediendum. Dij verò falſi, Dæmones videlicet, inimici crudeliſſimi generis humani, inuidentes Deo, tanti ſerui ſui Abrahami obedientiam, non contenti promptitudine voluntatis, reipſa filios, & filias ſibi ſacrificari à proprijs parentibus voluerunt, quod ipſi deteſtantur Ethnici, veluti Cicero: Immanem, inquit, & barbaram conſuetudinem hominum immolandorum, etiam teneros pueros vix in lucem editos mactabant Dæmonibus.* Lib. 1. Saturn. cap. 7. Pſ. 105.

Ennius: *Ille ſuos Diuis mos ſacrificare puellos.*

Veriſimile porrò eſt etiam de hoſtijs illis humanis eſitaſſe, ſiquidem Sacrificia ſine Conuiuio non feciſſe, docet Euſebius de præp. Euang. lib. 4 cap. 4. *Extremas*, inquit, *reddes partes, atque igne cremabis: Quod ſupereſt propone tibi, dapibuſque reſerua.* Tertull. in Spect. de Idolothytis. *Neque de ſacrificato, neque de parentato edimus, quia non poſſumus cœnam Dei edere, & cœnam Dæmoniorum*; quibus verbis oſtendit barbarum hunc ritum ſolum Christianis interdictum, non alijs, *Dominus cædium ſacrificales epulas, cum Sacerdotibus* Dei (Pagani) *cœnitabat.* Heu dementiam! homines crudelitatem Dæmonis amplecti præ clementia ſui Conditoris.

Mittamus ſimulachra gentium, & tranſgrediamur ad aliam impietatem tam apud Græcos, quàm Romanos vſu receptam, vt nimirum ſuo quiſque arbitrio, & pro facultatibus aleret, aut perderet quod ſibi ex vxore naſcebatur, vndè ſæpiùs factum, vt nè ſuo ſe ſanguine polluere viderentur, liberos aut in flumen immergendos, aut exponendos mandarent, vbi vel fame, vel iniuria tempeſtatis perirent, niſi prius ab aliquo ſuſciperentur, vt in ſeruitium, vel lupanari alerentur. v. B. Rhenanum in Apolog. Tertullian.

***

Digitized by Google

CAPVT LXXXIII.

De priſco recitationis vſu.

MIttamus Romanorum religionem, ac potiùs irreligioſam crudelitatem, agè nunc ad alia lætiora tranſgrediamur. Itaque Mineruam ſectemur, quam Romani concinnè excoluêre, & in eâ cæteris nationibus antè ſtetêre. Igitur nè quid impingerent, eruditiores, præſertim Poëtæ, priuſquam lucubrationes ſuas publicarent, nihil ex officinâ ingenij ſui prodire patiebantur, quin antè lectum, recitatum, publicitus probatum fuiſſet.

Ad Piſonem. De quodam Quintilio ſic Horatius:

Quintilio ſi quid recitares, corrige ſodes, Hoc aiebat, & hoc: melius te poſſe negares:
Bis terque expertum fruſtrà, delère iubebat Et malè tornatos incudi reddere verſus.

In eius vita. De Auguſto Cæſare Suetonius: *Multa,* inquit, *varij generis priſcâ oratione compoſuit, ex quibus nonnulla in cœtu familiarium, velut in Auditorio recitauit.* De Nerone idem Suetonius: *Recitauit & carmina non modò domi, ſed in theatro, tantâ vniuerſorum lætitiâ, vt ob recitationem, Supplicatio decreta ſit, atque pars carminum aureis litteris Ioui Capitolino dicata.* Plinius de quodam Caninio: *Cùm vacaret, ſcribebat carmina maiori curâ, quàm ingenio, nonnunquam iudicia hominum recitationibus experiebatur.* Verùm, *Lib. 7. Epiſt. 17.* de toto hoc recitandi vſu, vide eundem Plinium. Illius etiam meminit Martialis:

Sepiùs adſurgam recitanti carmina, tu ſtas,
Et pariter geminas tendis in aſtra manus.

Lib. 1. Confeſſ. cap. 17. Quod ſcilicet eſt hominum admirantium, & nec de ſede ſuâ ſe tenentium. S. Auguſtinus quam de ſeipſo demiſsè? *Quid mihi recitanti acclamatur præ multis coëtaneis & conlectoribus meis.* Qui mos ad Caroli Magni tempora profluxit anno Chriſti 337. vti teſtatur Baronius, qui ſcribit Auguſtinum Conciones primùm ad populum, ſcriptis mandaſſe, deindè recitaſſe magnâ populi approbatione, imò & acclamationibus.

Cent. 2. Epiſt. 48. Cæterùm, recitatio iſta bifariam fiebat; *priuatim, & publicè*, vt oſtendit Lipſius nimirum quæ *priuatim* & domi inter amicos tantùm notoſque: *Publicè* quæ palam inter plures, & ignotos etiam aduocatos. De priori Suetonius in Auguſto: *Nonnulla* (è ſcriptis ſuis) *in cœtu familiarium velut in Auditorio recitauit.* Nota illud *Auditorio*: quia Auditoria erant publicæ recitationis; cui primus auctor, teſte eodem Lipſio, *Aſinius* Pollio ſub Auguſto Cæſare: nam cùm ingenia ſcilicet florerent, & ſe efferrent, ac paſſim proferrent varios & ſuaues illos fructus, *primus omnium Romanorum, aduocatis hominibus ſcripta ſua recitauit.* Tantam autem in illis recitantibus (quo ſuæ lucubrationes laudarētur) ambitionē fuiſſe ſcribunt, vt conducerent certos

tos qui σοφῶς acclamarent, idque certis denarijs, teſte Plinio iuniore: *Heri*, inquit, *duo Nomenclatores mei ternis denarijs ad laudandum trahebantur. Tanti conſtat, vt ſis diſertiſſimus. Hoc pretio quamlibet numeroſa ſubſellia complentur, hoc ingens corona colligitur, hoc infiniti clamores commouentur, cum μεσόχορος dedit ſignum: opus eſt enim ſigno apud non intelligentes.*

Verùm, antequam ſtylum ponam, lubet rurſum ſubnectere iſta Plinij, per quæ patefcit, *priuatam & publicam* iſtam recitationem fuiſſe vſu receptam: *Nullum*, inquit, *emendandi genus omitto, ac primùm quæ ſcripſi mecum, ipſe pertracto, deindè, duobus aut tribus lego: mox alijs trado adnotanda, notaſque eorum: ſi dubito, cum vno rurſus, aut altero penſito, nouiſſimè pluribus recito.* *In Epiſt.*

Itaque, laudanda prorſus elucubratio tot Doctorum virorum fuligine approbata. Enimuerò, ſi tam præcipiti ſtylo non fuiſſet vſus S. Hieronymus annos demùm triginta natus in interpretando Abdiam Prophetam, non erubuiſſet poſteà ſenex (vtor verbis Illuſtriſſimi Card. Baronij) id eſt annos tunc natus ſexaginta, aliam quàm priùs ediderat commentationem proferre, vt etiam de ſe ipſe in Præfat. in Abdiam ſcribit. Ità de Auguſtino dicere licet, qui libros Retractionum vtiliter ſcripſit. Tanti ergò retulit tum Recitationis vſum excoluiſſe. Ad alia progredior, & imprimis, animis digna curioſis.

CAPVT LXXXIV.

Amazonum origo, Studia, Etymon.

DE Amazonum origine multi multa comminiſcuntur, pleriſque placet à Scythis ortas eſſe, ſed falsò: cùm ſedes dumtaxat ibi ſuas fixerint. Veroſimilior opinio exiſtimantium à Gothis originem ſumpſiſſe, imò ipſas fuiſſe Gothorum fœminas ex Paulo Oroſio teſtatur Olaus Magnus in ſuâ hiſtoria Gothorum, vbi de origine Amazonum, deque illarum bellicâ virtute, ſic, inquit: Dum Gothi apud Cimmerios habitarent, regnoque poſt fata Regis vacanti prouidere vellent, ſuborta eſt inter eos de ſubſtituendo Rege, domeſtica & periculoſa controuerſia: quæ tantùm inualuit, vt iam non conſilijs, & perſuaſionibus, ſed armis res tranſigenda eſſet: duo enim Regij ſanguinis iuuenes, Filinus & Solaphitus, ſuffulti auxilio ingentis multitudinis, pro ſuo voto Regem creandum contendebant, ſed cùm in medio conatu ità periclitarentur, vt nec in ſeipſos, nec in alios ſuæ partis proceres Regiam Maieſtatem transferre poſſent, patriam ipſam, vel optimatum factione coacti, vel ſpontaneâ voluntate prouocati, cum totâ multitudine ſibi adhærente, nec non cum coniugibus, & liberis egrediuntur: nec priùs quieuerunt, donec Cappadociâ Ponticâ vi & armis occupatâ, ſedes in Campis Themiſcyreis iuxta fluentia Thermodontis collocarent, ſed non permiſſi ſunt æquè diuturnis atque optatis ſedibus perfrui. Nam finitimi cum comperiſſent *Cap. 16. In Epiſt.*

Digitized by Google

ſe,& ſua præde loco ab ipſis haberi, nec tutum eſſet contra inuictam eorum potentiam aperto marte decernere, ſtructis inſidijs eos adoriuntur, & occidunt. At vxores illorum etſi graui dolore terrent ſe non ſolum in exilio afflictas, ſed maritorum ſolatio,& auxilio deſtitutas, non tamen paſſæ ſunt animos ſuos penitus vſque ad deſperationem collabi , ſed memores Gothicæ virtutis quæ in vtroque ſexu præeminere ſolebat, ſtatuerunt formam ſuam in virilem habitum conuertere, omniaque reſidua temporum momenta ad excolendam militiam conferre, nè fortitudinis neruos illecebrarum contagione eneruari paterentur. Siquidem voluptuarium viuendi genus poſt virorum necem peroſæ, corpus, animumque patientia, ac labore firmare ſtatuerunt, totamque fœmineæ leuitatis mollitiem abdicantes, virili ſeueritate vti ſe coëgerunt. Sed & tanta cura rei militaris notitiam captabant, vt fœminas quiuis exuiſſe putaret: quippè, patiuæ conditionis immemores, rigorem blanditijs, bella baſijs prætulerunt, ſtatimque horrendo Martis amictu præcinctæ incharisſimorum Coniugum occiſores irreuocabili impetu irruerunt, ipſiſque trucidatis, fines Imperij ſui longè latèque extenſos inſigni atque inaudita fortitudine defenderunt. Augebant Rempub. ſine viris, in omnem ætatem virilis ſexus ſæuientes. Nam viros qui domi ab hoſtibus ſalui manſerant, vel qui caſu à bello intacti redierant, trucidarunt; vt par omnium orbitas paritatem in omni affectu, & propoſito conciliaret. Nubendi quoque animum penitùs abiecerunt, affirmantes non libertatem, ſed ſeruitutem Matrimonio ineſſe. Verumtamen, non multo poſt tempore, pace armis quæſita, cùm formidarent, nè prole rareſcente deficerent, nundinas ſemel in anno conſtituunt, in quibus externos concubitus vicinarum gentium admittunt, ea conditione adiecta, vt reuoluto anno eadem die viri reuertantur recepturi à matribus quidquid maſculini ſexus præterito anno peperiſſent, quidquid verò fœminini editum eſſet, Matres ad arma,& prælia erudirent. Neque enim Virgines earum ad penſa & fuſum exercebantur, ſed equis, & armis, & venationibus tempora terebant, vt ſanguinem, non oſcula delibantes, armorum potius, quàm amorum officia frequentarent, manuſque quas ad penſa, & colum aptare debuerant, telorum vſui exhiberent. Affirmant etiam nonnulli ipſas nouercali odio editis maſculis guttura confregiſſe. Quod fortè tunc accidere potuit, cum genitores ad deſignatum diem minimè redirent, abducturi filios quos genuiſſent. Alij dicunt, quod crudeli filiorum trucidatione, terrorem populis, & nationibus ingerere voluiſſent. Si enim Mater proprio filio non pepercisſet, quomodo in deuicto hoſtes ſe clementem exhiberet? Amazones verò dictæ ſunt, quaſi ſine mamma: Matres enim dextras mammas filiarum inurebant, vt eſſent pro more iaculandis haſtis, & torquendis ſagittis aptiores, vti etiam refert Cælius Rhodiginus. Alij verò indè dictas autumant, quoniam lacertis ac teſtitudinibus, & id genus beſtijs alerentur, quamobrem etiam Sauromatidas, ſiue Sauropatidas nuncupatas volunt: quia σαῦρας, id eſt lacertas conculcent, ac ijs veſcantur. Plura de Amazonibus legat qui volet librum de ijs ſingularem I. Goropij Becani.

Lib. 4. Antiq. cap. 3.

CAPVT

CAPVT LXXXV.

Cancellarij dignitas qualis? & illius origo.

VArij varia referunt circa Cancellarij Etymon, vt notaui ad Regulas Cancel- *Proœm.*
lariæ Romanæ: ſunt enim qui à cancellandis, & corrigendis Reſcriptis re- *nu. 20.*
ferunt, & in his quiſquam Poëta Gallus:

Hic eſt qui leges Regni cancellat iniquas,
Et mandata pij Principis æqua facit.

Alij à cancellis deducunt, teſte Cœlio Rhodigino, qui erant veluti ſepta quædam ex lignis tranſuerſim iunctis, obliquatiſque ad defendendam, hoc eſt repellendam turbam præſſim, agminatimque proruentem. Itaque extra Cancellos conſiſtebat turba illa turbulenta: vt facilè videri, interrogarique ſi qui admitti cuperent, intra verò cancellos Cancellarij agebant. Vnde agere cancellos, pro Cancellarium agere, apud Caſſiodorum de Marcellino loquentem. *Is adhuc Pa-*
tricius Iuſtiniani fertur egiſſe cancellos: ſed meliore conditione deuotus à tempore Theodoſij *Lib. 6.*
Principis vſque ad fores Imperij triumphalis Auguſti Iuſtiniani, opus ſuum, Domino iuuante, *de Vita.*
perduxit. In eundem ſenſum Erricus Monachus: *German.*

Velusianus erat præcelſo nomine quidam,
Vrbis patricius toti dilectus & Vrbi,
Atque à Cancellis priſco de more miniſter.

Vndè, non improbo opinionem exiſtimantium, quos nunc Secretarios dici-
mus, priſco, id eſt, Iuſtiniani æuo, Cancellarios fuiſſe dictos, nec adeò officium i- *In Corti-*
ſtud magnæ fuiſſe dignitatis, quod colligo ex Vopiſco: *Præfectum vnum vrbi ex* *no.*
Cancellarijs ſuis fecit: quo fœdiùs, nec cogitari potuit quidquam, nec dici. Budæus vocat of- *In Fo-*
ficium iſtud *diplomaticum*, vel *Reſcriptorum*, vt & Rebuffus. Succedente æuo, hæc *renſ.*
dignitas creuit, quod collige ex Caſſiad. *Reſpice quo nomine nuncuperis: latêre non po-* *Ad Conſt.*
teſt quod intra Cancellos egeris. Nouiſſimà verò noſtrà ætate, tantum dignitatis ac- *Reg.*
ceſſit huic honori, vt iam ſit aut ſummus, aut ſummo proximus honor, in Ciuili- *Epiſt. 6.*
bus & Aulicis dico.

Vndè in Germaniâ tres Principes Electores Cancellarij ſunt, quorum ea de cauſa peculiaris dignitas eſt, Vt & in Polonia magnus Cancellarius Regi proximus eſt: atque in alijs Principum Aulis veluti coryphæi ſunt Cancellarij, ac Principes Concilij; neque hoc munus cuiquam demandari ſolet, niſi ſpectatiſſimo à prudentia, rerumque experientia probatiſſimo. Hactenus de Cancellarij dignitate & etymo. Nunc vicino deflexu dicamus de Actis.

* *
*

CAPVT

CAPVT LXXXVI.

De Actis, eorumque origine, ac diſcrimine.

FRequens mentio *Actorum* apud Hiſtoricos cùm profanos, tum ſacros. Duplicia autem erant, *Senatus, populique*. Acta Senatus, alio nomine *Commentarij Senatus* dicebantur: quicquid enim in Senatu & apud Patres ageretur, velut in Ephemerides redigebatur, atque exindè diuulgabatur. Cuius inſtituti auctor fuit I. Cæſar teſte Sueto. in illius vitâ, vbi ſcribit eum initio Conſulatus primum omnium inſtituiſſe, vt tam Senatus, quàm populi diurna acta conficerentur, & publicarentur. Verùm, poſteà Auguſtus Cæſar, vetuit nè publicarentur, vt auctor eſt idem Suetonius.

Cap. 20.

Cap. 36.

Conficiendis autem iſtis actis præerat Senator vnus, cui tamen adiuncti ſcribæ, cenſualeſque, qui ab iſto exercitio *Actuarij* dicebantur. Tertullianus: *Planè*, inquit, *profiteri poteſt ſemetipſum quis: Verùm, profeſſio eius alterius auctoritate conficitur: alius ſcribit, alius ſubſcribit, alius obſignat, alius actus refert*. Ecce, diuerſa munia Actis conficiendis. Sed Actis Senatus vnus erat Præfectus: quod collige ex Spartiano in Hadriano: *Poſt Queſturam Acta Senatus curauit*. Populi verò acta, dicta *Publica Acta*: & in his continebantur res, rationeſque populi, iudicia publica, comitia, ædificia, natiuitates, mortes, matrimonia, diuortia, & alia generis eiuſdem. De Natiuitate, Apuleius: *Pater natum ſibi filium cæterorum more profeſſus eſt*.Ità Capitolinus de M. Aurelio Imper. ſcribit eum primum iuſſiſſe apud Præfectos Ærarij Saturni vnumquemque ciuium natos ſibi liberos intra diem tricesſimum nomine impoſito profiteri: ac per prouincias tabulariorum publicorum vſum inſtituiſſe, idemque fieret apud Ærarij Præfectos Romæ. Vide Leuinum Torrentium q. Vicarium Gen. Leodienſ. in Tranquillum Suetonium vita Tiberij Cæſaris.

Lib. 5. in Marcion.

Cap. 5.

CAPVT LXXXVII.

De priſco veterum more, quo verba facturi priùs ſcriptis mandarent, quàm dicerent.

LAudabilis quidem certè veterum ritus, meditatâ oratione politè, prudenterque eloqui, imò de ſcripto dicere, Cicero de ſeipſo, ſcribens ad Plancum, ait: *Id ex ipſo SCto poteris cognoſcere: ità eſt enim perſcriptum, vt a me de ſcripto dicta ſententia eſt*. Et alibi loquens de Oratione, quam habuit poſt reditum ab exilio in Senatu (pro Gn. Planc.) hæc verba profert: *Recitetur oratio, quæ propter eius magnitudinem dicta de ſcripto eſt*. Et ad Att. de Marcellino loquens: *Propoſita Marcellini ſententia, quam ille de ſcripto ità dixerat, vt totam cauſam complecteretur*. De Auguſto Cæſare Suetonius: *Neque in Senatu, neque apud populum, neque apud milites locutus eſt, vnquam, niſi meditata*

Epiſt. 13. ad Famil.

Cap. 8.

Digitized by Google

meditata & compoſita oratione, quamuis non deficeret ſubita extemporali facultate. Ac nè periculum memoriæ adiret, aut in ediſcendo tempus abſumeret, inſtituit recitare omnia. Augusti exemplo plerique Senatores, non memoriter, ſed de ſcripto dixerunt: vti Verginius Rufus apud Plinium, ac Plinius ipſe in Panegyr. recitauit. Imò Cicero Oratorum facundiſſimus veritus memoriæ lapſum, vt & plerique alij, memoriales libellos habebant, in quibus præcipua cauſarum capita continebantur, ad eoſque vacillante memoriâ recurrebant. Quod ad tempora vſque D. Gregorij deriuaſſe conſtat: quem quandoque Homilias coram populo protuliſſe, & interdum de ſcripto recitaſſe, modò eaſdem alijs legendas tradidiſſe, modò à Notarijs eo pronunciante exceptas fuiſſe multi ex ipſius ſcriptis colligunt Præfat. in Ezechiel. & vt in Homil. in Euang. Io. Diacon. 2. c. 18. & 4. c. 74. Card. Paleot. de S. Conſiſt. conſult. p. 5. q. 3.

Quin & illo æuo fuiſſe vſitatum in confeſſo eſt, vt non niſi in ſcriptis amicos alloqueretur, ſed Magnates maximè, cuius rei inuentor legitur C. Cæſar. *Ferunt*, inquit Plutarchus, *C. Cæſarem primum rationem reperiſſe amicos per litteras conueniendi, cùm coram agendi de rebus ijs, quæ pubitè incidiſſent, nec multitudo occupationum, nec Vrbis magnitudo ſemper ſpatium darent.* De Seiano refert Tacitus, cum licet arctiſſimam Lib. 4. Hiſtor. cum Tiberio familiaritatem, atque adeò auctoritatem haberet, ſcripto tamen ſemper illum adiuiſſe. *Moris quippè tum erat*, inquit Tacitus, *quanquam præſentem ſcripto adire.* Quem ipſum morem Auguſtum quoque Cæſarem ſecutum eſſe idem Cap. 84. Sueto. auctor eſt. *Sermones quoque*, inquit, *cum ſingulis, atque etiam cum Liuia ſua grauiores, non niſi in ſcriptis, & è libello habebat, nè plus, minuſve loqueretur ex tempore.* Mirum ſanè in tanto Cæſare, & tot negotijs circumſepto. Iungam hic de Modo conſulendi Senatum.

CAPVT LXXXVIII.

Vſus conſulendi Senatum per Principes priſcos. Mos recitandi Senatuſconſultum.

ANtiquitus Principes melioris notæ, antequam quicquam in re ſpiſſioris negotij ſtatuerent, pro more habebant, vt ipſi in Senatum venirent, atque ibi eâ de re in quam vellent partem, oratione habita, cenſendi arbitrium Senatoribus relinquerent. Quo facto, Senatuſconſultum in illorum complurimum ſententiam ſequebatur, & quidem interdum à Principe tanquam auctore, interdum à Conſulibus in gratiam Senatus, ſæpè etiam à re ipſa appellabatur, vt notat Leuinus Torrentius quondam Vicarius Leodień. Notis in Veſpaſiani Suetonium. Cap. 8.

Tanta interim erat Principis auctoritas, & maieſtas tanta, vt poſtquam Reſpub. in illius poteſtatem conceſſerat, ab eo tanquam auctore Senatuſconſultum Sueton. appellaretur. Ita Tiberius Cæſar per S. C. ſanciuit vt fœneratores duas patri- cap. 48. monij

Cap. 16. monij partes in ſolo collocarent, debitores totidem æris alieni ſtatim ſoluerent. Sed & idem Sueton. tradit Auguſtum Cæſarem auctorem fuiſſe multarum rerum, & in ijs, nè acta Senatus publicarentur. Vt & Veſpaſianum Cæſarem *auctorem fuiſſe Senatui decernendi, vt quæ ſe alieno ſeruo iunxiſſet ancilla haberetur.*

Porrò, Senatuſconſulta interdum in ipſo Curiæ veſtibulo recitabantur, ac pronunciabantur, hoc eſt in Comitio iuxta Senatum, id eſt loco, quo coïre Equitibus, & populo Romano licebat: interdum, cùm necdum perſcripta eſſent, memoriter exponebantur. Vtriuſque exemplum extat apud Liuium de S. C. aduerſus Rhodiorum Legatos deuicto Perſeo ad gratulandum Romam miſſos. *Poſtquam conſulti,* inquit, *ab M. Iunio Conſule Patres ſtantibus in Comitio Legatis, an locum lautia, Senatumque darent, nullum hoſpitale ius in ijs ſeruandum cenſuerunt, egreſſus è Curia Conſul, cùm Rhodij gratulatum ſe de victoria, purgatumque Ciuitatis crimina dicentes veniſſe, petijſſent, vt Senatus ſibi daretur, pronunciat: Socijs, & amicis, & alia comiter, atque hoſpitaliter præſtare Romanos, & Senatum dare conſueuiſſe, Rhodios non ità meritos eo bello, vt amicorum ſociorum numero habendi ſint:* Plura in hanc ſententiam vide apud Ianum Langlæum in libris Semeſtrium.

Lib. 45.

Aduerte tamen non omnia fieri Senatuſconſulta ex opinione Senatorum, ſed tantum, vbi eo numero fuiſſent, aut locus, & tempus adeſſet, vti à maioribus conſtitutum erat, nam alioqui conſilium quidem capiebant, & quod pauciores illi numero ſtatuiſſent, perſcribebatur, non tamen vim Senatuſconſulti obtinebat, ſed AVCTORITAS SENATVS dicebatur, quæ videlicet oſtenderet, quæ fuiſſet ſententia eorum, qui conſilio interfuerant Senatorum.

Dio. lib. 55.

CAPVT LXXXIX.

De more & ordine rogandi ſententias in Senatu, deque ratione aſſentiendi, & libertate dicendi.

Cap. 21. TRanquillus auctor eſt in Iulio Cæſare, mortem illius æui fuiſſe, vt queis ordinem interrogandi ſententias Conſul Kal. Ianuarijs inſtituiſſet, eum toto anno conſeruaret. Qui autem primus ſententiam rogabatur in magno erat honore, Princepſque Senatus dicebatur, quod ex Cicerone ſatis conſtat, dum Pub. Lentulum nunc Principem Senatus, nunc Principem Senatorum appellat, huncque honorem nonniſi ijs deberi qui auctoritatem, & gloriam maximis in Rempub. meritis, præſtantiſſimiſque rebus geſtis eſſent conſequuti, vt ex Plutarcho, & Cicerone, alijſque oſtendit Ianus Langlæus in Semeſtribus. *Tacita,* inquit Cicero *poterit eſſe in id dignitas noſtra? pati poterunt oculi mecum Gabinio ſententiam dicere? & quidem illum rogari prius?* Et alibi: *Primum igitur ſcito, primum me non eſſe rogatum ſententiam, præpoſitumque eſſe nobis pacificatorem Allobrogum, idque admirante Senatu.* Idem: *Eo die magna mihi fuit pro tua dignitate contentio*

Philip. 2. In Scipione. Lib. 10. ad Att. Lib. 1. ad Att. Lib. 10.

tentio cum Seruilio: qui cùm gratia effeciſſet vt ſua ſententia prima pronunciaretur, frequens eum Senatus reliquit.

Hunc tamen morem atque ordinem ſequutus non eſt Auguſtus Cæſar, in ne-
gotijs ſpiſſioris momenti, atteſtante eodem Tranquillo Suetonio: *Sententias de* Cap. 35.
*maiore negotio, non more, neque ordine, ſed prout libuiſſet prærogabat, vt perinde quiſque ani-
mum intenderet, ac ſi cenſendum magis, quàm aſſentiendum eſſet.*

Eodem animi propoſito Doctor Lyranus ſcribit in Pariſienſi ſchola, ſi quid du-
bii occurreret quod conſultatione dignum videretur, prius iuniores rogari, nè an-
te ſe dicentibus qui ætate, & doctrina præcurrunt, eorum ſententiis acquieſcant,
ijſque aduerſari indignum ducant, qua de re plura alibi ſcripſi, quibus adde Theo- Lib. 4.
doſii, & Arcadii Conſtitutionem apud Symmachum, qua veterem illum dicen- Polit.
darum ſententiarum ordinem reſtituerunt, conſtitueruntque, nè prior in Senatu cap. 2.
cenſeret, qui vel opibus, vel gratia cæteris anteſtaret, ſed cui muneris ratio id iuris
tribueret.

Iam ratio aſſentiendi in Senatu talis fuit, vt *aperta* eſſent ſuffragia, aut *ſecreta*. Illa quæ clara voce, aut externis aliis ſignis, vtpotè pedibus, vel manu, pedum in diſceſſione vſus, cùm nimirum duabus pluribuſvè diuerſis ſententiis dictis, Conſul compendii cauſſa diſceſſionem permittebat, id eſt ſinguli ſe ad ſubſellia conferrent, in quibus auctores ſententiarum ſedebant; id erat pedibus in ſententiam ire.

Manus etiam in ſeſſione, aut ſtatione cùm ea exporrecta ſignificarent talem
ſententiam ſe approbare: Vopiſcus in Aurelio: *Deinde alijs manus porrigentibus, alijs
pedibus in ſententiam euntibus, pleriſque verbo conſentientibus, conditum Senatuſconſultum.*
Liuius: *Quibus hæc ſalutaria videntur, agite dum in dextram partem pedibus tranſite.* At- Lib. 7.
que hæc ratio aſſentiendi, *Diſceſſio* dicebatur: Plinius, *Sed cùm fieret diſceſſio qui ſellis
curulibus adſtiterant in Cornuti ſententiam, ire cœperunt.* Rurſum Liuius: *Cùm omnes* Epiſt.
*laudibus modò proſequentes verum in ſententiam eius pedibus eò irent, tentata paulisper inter-
ceßio eſt.* Et alibi: *In quam ſententiam cum pedibus iretur, cæteri Tribuni militum nihil con-* Lib 9.
tradixere. Lib. 8.

Atque hactenus de modo aſſentiendi, & ordine rogandi ſententias. Hodie in pleriſque Collegiis quà ſacris, quà profanis, inoleuit ille vſus, vt non tam ætatis, aut dignitatis, quàm cooptationis ratio habeatur, cenſeaturque antiquior, non qui ætate cæteris anteeat, ſed qui priùs in Collegium allectus ſit, quod & æuo Leonis Imp. vſitatum fuit, vt habetur in l. 2. C. de Præfect. preto. *Sit ſedes*, inquit Leo, *prior ante prouectis locus conſpectior, decernendi, loquendique facultas antiquior, cui eſt ſplendor adepti Magiſtratus vetuſtior.*

Aduerte etiam Senatum interdum obligaſſe ſe Iuriſiurandi religione ſenten-
tiam ex animi ſententia dicturum: P*atres igitur*, inquit Liuius, *iurati ità cenſuerunt,
vt Conſules prouincias inter ſe componerent.* Lib. 30.

Notes denique Senatores in dicenda ſententia conſurrexiſſe, teſte Cicerone:

L. 1. ad Att.

Pompeius finire voluit: Nam vt ſurrexit, opera Clodianæ clamorem ſuſtinuit. Hactenus de more rogandi ſententias.

Lib. 7. cap. 6. Lib. 1. Epiſt. 7. Cic. fa- mil. lib. 1. Epiſt. 7.

Cæterùm parui tulerim quo ordine & modo ſententiam rogentur, aut ferant, dummodo in eandem conueniant & libertatem illius dicendæ in Senatu aſſequantur. Quâ de re Cicero ipſe non vno in loco conqueritur (vt in ſuis Semeſtribus annotauit Ianus Langlæus) veluti in Epiſtola ad Lentulum cùm ità ſcribit: *Quæ propoſita fuerant nobis cùm & honoribus ampliſſimis, & laboribus maximis perfuncti eſſemus, dignitas in ſententijs dicendis, libertas in Repub. capeſſenda, eâ ſublatâ tota, ſed nec mihi magis quam omnibus: nam aut aſſentiendum eſt nulla cum grauitate paucis, aut fruſtrà diſſentiendum.* Et alibi: *Intelligit populus Romanus tres eſſe Conſulares, qui quia de Repub. benè ſenſerint, liberè locuti ſunt, tutò in Senatum venire non poſſunt.* Et iterum ad Atticum: *Ego qui ſi loquar de Repub. quod oportet, inſanus: ſi quod opus eſt, ſeruus exiſtimor: ſi taceo, oppreſſus & captus: quod dolore eſſe debo?* Hæc ille.

Cic. fa- mil. ad Caſſium lib. 12. Epiſt. 2.

Parum ergò refert quo quiſque ordine ſententiam dicat, dummodò bonum publicum ſpectet, neque promiſcuè & tumultuosè non dicatur, nec praua æmulatione alter ab altero non diſſideat, libertaſque dicendi ab illo non tollatur, vt libro. 3. Polit. Aphoriſm. latiùs oſtendi. Iam ad alia ſtylum referamus.

CAPVT XC.

De Montibus flammigeris, mira de monte Veſuuio: De terræ motu, hiſtoria recens, alia recentior in Calabriâ.

Lib. 15. Lect. Antiq. cap. 15.

Mirari ſuccurrit quæ à me lecta de Montibus igniferis, qui nedum ignes, ſed & ſaxa, & cineres grandinatim euomunt, & excutiunt, qualis ille celebris Veſuuius à Neapoli diſtans duobus aut tribus milliaribus, quem ſcribit Cælius Rhodig. mugitui ſimilem ſonum edere, cineris ingentem vim eructare, non ſine prætereuntium horrore, ac diſcrimine. Quod ſi vehementior incubuerit ventus, ſublimis adeò ſurrigitur cinis, & in longinqua protruditur, vt vel Byzantum, ſiue Conſtantinopolim vſque delatum conſtet quandoque, omnibus ſic demùm conterritis, vt ad ſupplicationes multis annis ad iram Dei auerruncandam decurrant.

Conſimilem Montem habet Sicilia vulgò appellatum *Ethna*, qui licet ignes, & ſilices continuò non euomat, vti prior ille, attamen magnitudine ignium, & cinerum, plurium annorum moram facilè compenſat; Aſt Veſuuius ille, interpoſito multorum annorum curriculo, quibus ſæuitia eius deferbuiſſe videbatur, tempore Innocentij II. Pontificis Max. & Conradi III. Imperatoris, anno 1139. quo anno erat in Eccleſiâ Dei Schiſma, magnaque inter Prælatos, & Principes animorum diuortia, cœpit vires acerbitatis Diuinæ euomere, & emittere è penetralibus ſuis, ceù è fornace bulliente flammas, nedum montem ipſum, ſed & vicina populantes, adeò vt niſi ope S. Ianuarij Ciuitatis Neapolitanæ Patroni tutelaris,

Digitized by Google

telaris, antris ſuis coërcitæ fuiſſent, periculum erat nè confinia omnia Vulcano tradita fuiſſent.

Idem mons rurſum aliquot ab hinc annis, anno nimirum 1631. Decembris 16. & ſequentibus ad octauum vſque diem fauces ſuas (quâ parte mare reſpicit Meridiem verſus) tanto cum impetu aperuit, vt totus quaquaverſum concuteretur, terræque motus qui ad 36. horas perdurauit, immane quantum terrarum quateret, adeò vt nedum conterminamontis, ſed & confinia Neapoleos raperet in ſtuporem, maximè propter crebreſcentem fumum, fulgura, & ignes quibus inardeſcebat. Poſt ingentes tandem flammas, tantam cinerum copiam atque etiam lapidum ſurſum verſum euomuit, vt Sol ipſe, cœlumque obſcuraretur: qui rurſum recidentes, & quaſſantes iuga, & ima montis quam plurimos, vicinos incolas, atque iumenta enecabant, arbores radicitùs euellebant, domos, Prætoria, & caſtra funditus euertebant, idque trium milliarium latitudine. Neapoli autem tantam vim cinerum excuſſit, vt Vrbs tota cineribus illis albicantibus repleri videretur, totaque nox nedum Veſuuij montis flammis clareſceret, ſed ſtuperet horribili illius rugitu, atque etiam terræ motu nunquam antè audito. Cardinalis Buoncompagno Archiepiſcopus Neapolitanus, qui in quodam Prætorio mari vicino à Neapoli vno milliari diſtante inſtaurandæ valetudinis causâ ſeceſſerat, audito prægrandi montis ſucuſſu, citò gradu rediit Neapolim, vt placandæ iræ preces & ſupplicationes inſtitueret. Omnibus itaque Numini diuino reconciliatis, cœptæ iuxtà Eminentiſſimi Domini Cardinalis ſcitum crebræ ſupplicationes, in queis delatæ Reliquiæ S. Ianuarij, S. Thomæ Aquinatis, S. Ignatij, S. Franciſci Xauerij, B. P. Iacobi della Marca, & aliorum nonnullorum, quorum meritis tandem 18. eiuſdem Menſis cœpit deſæuire inflammatus atque ignitus Montis iſtius furor. Potuit certè lætior facta, Ciuitas dixiſſe cum Iſaiâ: *Conuerſus eſt furor tuus Domine, & conſolatus es me.* Loca autem quæ ambuſſiſſe dicitur ignis ille, iſta ſunt, turris Græco Ottayano, Pomigliono, Scaffati, Gora, Reſina Portice, Vara, Boſco, Turris Numanta, & S. Sebaſtiani. Denique, eo incendio, & terræ motu, perculſi Neapolitani ſuprà quinquaginta millia Vrbe exceſſerunt, & pericli vitandi, certa mapalia ſubitario opere ruri fabricata inſederunt, donec & quò vſque placatiores redditi eſſent Superi.

Quid dicam de horribili terræ motu, qui non ità pridem, nimirum anno 1638. in Calabria accidit, quò plurima Oppida, & ſupra ſex hominum myriades breui temporis ſpatio abſumptæ ſunt? niſi certam fuiſſe Numinis vindictam ſcelera populi punientis. Nam licet Philoſophi doceant terræ motum oriri ex cauſis naturalibus, tametſi plurimùm diſcrepant in illarum inueſtigatione, de quibus latè Seneca diſputat, an cauſa terræ motus ſit in aqua, qua portari terram nonnulli fabulantur, an ignibus, an in ſpiritu, an ex alijs cauſis naturalibus, cuius diſquiſitionem curioſis cum Seneca relinquo: ſolùm dico Deum propitium, vt peccatores ad orbitam vitæ melioris reducat, ſolère per cauſas iſtas ſecundas admira- *Lib. 6. Nat. queſt, c. 5. & ſeq.*

mirabilia operari,& ad miſericordiam ſui intentus mortales prouocare, cuius rei exempla non deſunt corrupto hoc ſæculo noſtro. Namque nos experti ſumus, adeoque Belgæ omnes ſub initium Menſis Aprilis anni 1640. paſſim terræ motum exortum,qui in ſui admirationem cunctos rapiebat. Rurſum, & alium maiorem in Calabria ſequente menſe Iunio eiuſdem anni.experti fuêre incolæ, adeò vt tria ad minimum Oppida vnico hiatu abſorpta fuerint. Denique in Martio 1641.in Oppido Trapanienſi feria ſexta primæ hebdomadæ Quadrageſimæ ob terræ motum Eccleſiam S.Sterionis pro concione, magna Auditorum frequentia,penitùs à fundamentis corruiſſe, & 800 homines partim terræ hiatu abſumptos,partim grauiter vulneratos,ac detruncatos, ſolo Eccleſiaſte (non ſine opinione miraculi)incolumi relicto certò audiuimus. Et quid iſta deſignant ? niſi vim,& potentiam Omnipotentis Dei, ad miſericordiam ſuam nos prouocantis? Tamen non admodum conſideranda ſunt iſta,præijs, quæ veteri memoria acci- diſſe legimus. Namecce prodidit Plinius ſub Tiberio Imp. ingenti terræ motu diruras eſſe in Aſia duodecim Ciuitates:quibus ſubleuandis ab eodem Imper.tributorum remiſſionem factam eſſe Sueto.& Dio,auctores ſunt,ille in Tiberio cap. 49.iſte,lib.58.Hiſt.

Nat. Hiſt. lib 12.c. 84.

CAPVT XCI.

De officio Ædilium apud Romanos,vt & Præfecti Vigilium.

FRequens,& obuia Ædilium in Hiſtoriarum monumentis mentio. Magiſtratum hunc fuiſſe in ſecunda ſpecie Magiſtratuum neceſſariorum, ſine quibus Ciuitas eſſe non poſſit.ſcribit Ariſtoteles.Romæ tamen inter minores erat Magiſtratus, & adoleſcentibus per hunc ad amplioris honoris gradum erat acceſſus, vti teſtatur Cicero,ſimplicique veſtitu à cæteris diſtingoebantur, vndè pannoſi dicebantur.Illi verò cognoſcebant de annonæ ratione, de Vrbis, viarum, aquarum,ædium,ſacrarum,ac priuatarum ſymmetria, & quidem de plano, ſummatim,& defunctoriè,id eſt.omiſſis iudiciorum ſolemnibus,neque pro tribunali ſedentes,tractabant,& definiebant.

Lib.6. Polit. Lib.2. de Leg.

Rerum quoque venalium curam habebant,vndè & menſuras,& pondera iniqua frangebant,merces improbas,& adulterinas deijciebant, aut diſcindebant, earumque negociatores ſummaria tantùm cognitione adhibita coërcebant. Audi Iuuenalem:

Saty.10.

Huius qui trahitur prætextam ſumere mauis? An Fidenarum Gabiorumq; eſſe poteſtas?
Et de menſurâ ius dicere? vaſa minora? Frangere,pannoſus vacuus Ædilis Vlubris?

Curæ etiam Ædilibus erat,nè quem ciuium Rom.paterentur in foro Circovè, niſi poſitis lacernis,togatum conſiſtere. Vulgus enim ſpreta toga,penulas, lacernas,aut tunicas ſolas eaſque coloris pulli aſſumebant.

Sueton. Auguſt. c.40.

Era

Digitized by Google

Erat etiam ipſis inſpectio popinarum, ganearum, balnearum, & aliorum locorum cura, vt illa valetudini apta, mundaque eſſent, teſte Seneca : *Nam hoc quoque nobiliſſimi Ædiles fungebantur officio intrandi ea loca, quæ populum receptabant, exigendique munditias, & vtilem ac ſalubrem temperaturam. Vndè & carni venali præerant, & ſi qua putebat in profluentem iaciebant*: Plautus, *Neptunus ità ſolet quamuis faſtidioſus Ædilis eſt, ſi quæ improba ſint merces.* Hinc *Carnales* videntur dicti *Ædiles* apud Varronem, cùm ſcribit: *Vix effatus erat cum more Maiorum vltrò Carnales arripiunt, de ponte in Tyberim deturbant*. Sed & vacabant incendijs extinguendis: Vndè Velleius Paterculus Egnatium Rufum magnam in Ædilitate extinguendis priuata familia incendijs populi gratiam collegiſſe ſcribit, licet quoque officio Præfecti vigilum cura hæc incumberet, qui cum cohortibus ſuis Vrbem oberrabat cum hamis & dolabris, vt notat ICtus Paulus (l.3. ff. de Offic. Præf. Vigil.

Epiſt. 86. Rudente.

Cæterùm, quod diximus illos curam etiam viarum habuiſſe, intellige intra Vrbem. Nam extra, Curatorum erat aduigilare, vt viæ publicæ ſartæ tectæ eſſent, & digniores erant iſti Curatores Ædilibus: quia in vias illas grandes extra Vrbem ſumptus, & moles maior, & erant Redemptores harum viarum, qui & *Mancipes* dicebantur. Higinius: *Viæ publicæ & Curatores accipiunt, & per Redemptores muniuntur.* Lapis Romæ in hortis Carpenſibus : CN. CORNELIO. CN. F. SAB. MANCIPI VIÆ APPIÆ. Plinius: *Receſſeram in municipium, cùm mihi renunciatum eſt Corn. Tertullum accepiſſe Æmilia via curam*. Fuiſſe etiam Ædiles alimentarios, & qui menſuris præeſſent notat Turnebus lib. 29. Aduerſ.

Lib. 5. Epiſt.

Erant & Ædiles Curules, qui ſic appellabantur à cella curuli, qua vti ſolebant, quos Plutar. maiores Ædiles nuncupat, creabanturque ex Patricijs non Plebeis, eorumque potiſſima cura erat ludorum maximorum qui pro Concordia Ordinum inſtituebantur, de quibus conſule Zaſium (ad l. 2. verſ. Deindè cùm placuiſſet ff. de Orig. iur.) Eorum porrò originem ſi diſcere cupis legas Liuium, apud quem & alios ediſces quatuor olim fuiſſe, ſed à Veſpaſiano Cæſare duos tantùm, qui frumento præeſſent, relictos, vti Leuinus Torrentinus Canonicus & Vicarius Generalis Leodien. in Sueto. Veſpaſiano auctor eſt.

De Mario. Lib. 6.

CAPVT XCII.

De more appendendi, dicandiq; proprias effigies, ſtatuaſq; ac pictas tabellas in templis Deorum apud Romanos.

INoleuerat vſus iſte apud Gentiles, vt ſtatuas, effigieſque hominum certis Dijs dicarent, tabellaſque vouerent, ipſam rem, cuius compotes facti eſſent repræſentantes. Hinc *Romulum ex Manubijs Vulcano dedicaſſe quadrigas aureas, ſimulque ſuam effigiem*, Dionyſius ſcribit. Diogenes in vita Platonis memorat Mythridatem quādam

Lib. 2. Antiq.

Digitized by Google

dam Platonis ſtatuam in Academiâ dedicaſſe cum inſcriptione iſtâ: *Mythridates Rodobati filius Perſa, Muſis ſtatuam Platonis dedicauit.*

Caue autem pute, fuiſſe cereas Imagines, quas thecis, ſine armarijs incluſas, & atrijs expoſitas alibi diximus, ſed æreas, vel argenteas, aut vt minimùm faberrimè depictas. Hinc Lucianus: *Accedebant*, inquit, *ad hæc picturæ, imagines, ſigna Deum ferentia partim ex ære, partim ex argento effictæ.* Sed & Dio, vt refert Card. Baronius, *in Rhodiaca offerri conſueuiſſe ait eiuſmodi Dijs imagines non ex terra fictiles, nè Numen iniuria afficeretur, ſed æreas, aut argenteas, Dijs eſſe gratas, quæ ſemel dicatæ perpetuò remanerent.* Proprias autem, filiorumvè, vel nepotum imagines in Deorum fanis offerri conſueuiſſe, idem auctor loco iam appellato confirmat. Itâ in Templo Dianæ Epheſiæ, vel pictas tabellas, vel vota quæ nuncupauerant, eodem modo perſoluebant, vt idem Baron. d. loco oſtendit, addens quemdam Demetrium in plebeculæ inuidiam vacaſſe S. Paulum quod prædicaſſet Deos non eſſe, qui opera manuum hominum facti à vouentibus colebantur: nam ſi doctrina hæc ſana ſit (inquit Demetrius.) Magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur, ſed & deſtrui incipiet Maieſtas eius, quam tota Aſia, & Orbis ipſe colit. Egregia certè ratio, & puerilibus conſentanea crepundijs.

In Alex
Annal. tom. 1. an. Chriſti 57.

Atque hic mos appendendi imagines, tabellaſque, atque vela influxerat olim in Chriſtianos, vt ſatis colligere eſt ex Epiſtolâ Epiphanij relatâ inter Epiſtolas S. Hieronymi, vbi ſcribitur eundem Epiphanium diſcidiſſe velum tinctum, atque depictum præferens hominis imaginem, quod in foribus Eccleſiæ pendebat.

CAPVT XCIII.

De Notis, id eſt ſcripturis compendiò exaratis, quibus veteres verba ex ore proferentis pari celeritate excipiebant, deque vſu ſcribendi res occultas per Notas.

VSum ſcribendi per notas peruetuſtum eſſe, vel ex eo collige, quod Tiro Ciceronis Libertus primus illarum auctor fuerit teſte Euſebio. Alij verò tribuunt inuentum Xenophonti Philoſopho, & Hiſtorico, vel Diogeni, vti I. Lipſius cenſet. *Primus*, inquit, *Diogenes, notis excipiens dicta Socratis in lucem, hominesque pertulit.* Alij Ennio, de quo Iſidorus: *vulgares notas Ennius* (vel vt alij) *Perſannius primus mille & centum inuenit.* Idem I. Lipſius magnus antiquitatis indagator, prædicto Tironi adſcribit, laudatque ſententiæ ſuæ auctorem eundum Iſidorum. *Romæ primus*, inquit, *Tullius Tiro Ciceronis Libertus commentus eſt Notas, ſed tantùm præpoſitionem. Poſt eum Tertius Perſannius Philargyrus, & Aquila Mæcenatis Libertus* (de quo Dio) *alias addiderunt: denique Seneca contracto omnium digeſtoque numero, & aucto opus effecit in quinque millia.* Atque hæ notæ, characteres & ſigna erant in paruis, & breuibus figuris, multarum

Cent. 1. ad Belg.
Lib. 1. c. 1.
Lib. 55.

Digitized by Google

tarum litterarum vim includentia, vt ſcribit Plutarchus. Indè Notarij dicti. Apertè *In Catone*
D. Auguſt. *Ex eo genere ſunt etiam Notæ, quas qui didicerant propriè Notarij appellantur.* *Vid l. 41.*
De his Poëta: *Hic & ſcriptor erat fœlix, cui littera verbum eſt.* *De Remi. lit. Manil.*
Quique Notis linguã ſuperet, curſumque loquentis. Excipiens longas noua per compẽdia voces. *lib. 4. Aſtron.*
Prudentius:
Verba notis breuibus comprendere cuncta peritus, Raptimque punctis dicta præpetibus ſequi. *In Hymn. Caſsiani*
Allucet Martialis *Lib. 14.*
Currant verba licet manus eſt velocior illis, Nondum lingua ſuum dextra peregit opus. *Epiſt. 90.*
Apertè Seneca: *Quid loquar verborum Notas, quibus quamuis citata excipiatur oratio? viliſsimorum mancipiorum iſta commenta ſunt.* Hunc Notatum vſum perueniſſe ad tempora vſque D. Hieronymi veriſimile eſt, apud quem legimus, quam velox fuerit *Ep. 34 ad Iulian.*
Notariorum manus, adeò vt *lingua*, inquit, *celeritatem prenderent ſigna verborum*. Laudatur & à S. Auguſtino iſtius artis peritia, non in ſcribendis tantum Actis Martyrũ, *Lib. 2. de Doct. Chriſti c. 26.*
ſed & in publicis excipiendis, cum hæreticis diſputationibus, mutuiſque collationibus. Sed & in Sacrorum Conciliorum geſtis ſcribendis, Chriſtianos primitiuæ Eccleſiæ vſos eſſe Baronius teſtatur.

Cæterum, nihil eo ſcribendi genere priſcis fuit vſitatius: cùm & ipſos Cæſares illud exercuiſſe hiſtoriæ teſtentur. De Auguſto Suetonius: *Nepotes & litteras, & notare* (ita legit Lipſius, *non natare*) *aliaque rudimenta per ſe plerumque docuit: ac nihil æquè elaborauit, quam vt imitarentur chirographum ſuum.* Idemque Sueto. de Tito Cæſ. ſic inquit: *E pluribus comperi notis quoque excipere velociſsimè ſolitum, cum amanuenſibus ſuis per ludum, iocumque certantem.* *Annal. tom. 1. anno 238.* *Cap. 64.*

Sed vtiliſſimam hanc artem periiſſe dolendum, diligentia tamen inſtaurari poſſet. Sinenſes hodieque characteres habent, teſte Lipſio, quibus tota verba ſignant, verum, operoſos ferè, aut implexos. Expeditius aliquid oporteat, quod à ſagacibus viris inuentu facilè eſſet.

Sed & vſum ſcribendi per notas, quibus res occultæ ſignificabantur, nec ab alio legi poſſent, niſi ab eo ad quem ſcribebantur, peruetuſtum eſſe, & inuentum per eundem Tyronem Ciceronis, Libertum notat Polidorus Virgilius, quo vſus eſt, & ipſe Cæſar Auguſtus, teſte Suetonio: *Quoties autem per notam ſcribit, b. pro a. c. ac deinceps eadem ratione ſequentes litteras ponit pro x. aut duplex a. a.* Hactenus de Notis. *Lib. 1. de Inuent. rer. c. 8.* *Cap. 88.*

CAPVT XCIV.

Romani intecto erant capite, ſeruis exceptis. Pilei inuentum, an recenſitis ſeruorum: manumiſsionis Symbolum, cum veſte alba, caluitium veteribus ignominioſum.

VEteres Romanos pileis, ſeu geleris non vſos eſſe inconfeſſo eſt. Diebus tamen Saturnaliorum pileum gerebant: alijs vero diebus, nudo capite erant, aut caput toga, ſeu veſte velabãt, Turnebo teſte, ſeruis exceptis, qui pileati. Gellius: *Pileatos* *Lib. 8. aduerſ. c. 4.*

Lib.7.c.4. *tos ſeruos venum ire ſolitos, quorum nomine venditor nihil praſtaret, Cælius Sabinus Iuriſperitus ſcriptum reliquit.* Manumiſſi pileis donabantur, corona etiam & veſte alba. Ritus autem, quo manu capiti impoſitâ vertebantur, indicabat liberum ijs iam eſſe huc illuc ire quò vellent: vide Senecam Epiſtola 8. & quæ diximus ſuprà cap. 33. ſub finé.

Lib. 4. de Reſur. car. Porrò, paulò antè oſtendi coronari ſolitos, hoc apertè, indicat Thucidides: *Coronabantur*, inquit, *& templa circumierunt velut manumiſſi.* De veſte alba Tertullianus: *Si famulum tuum*, inquit, *libertate mutaueris & veſtu albanitore. &c.*

Lib 4. v. Senec. Ep. 47. Cæterum, pilei crebra hiſtoricis mentio. Vndè *ad pileum vocare*, id eſt ad libertatem. Liuius: *Poſtero die ſerui ad pileum vocati, & carcere vincti emiſſi.* Ingenui autem ſemper intecto capite, etiam Martis filij. Virgil. 12. Æneid.

At pius Æneas dextram tendebat inermem
Nudato capite, atque ſuos clamore vocabat,
Quò ruitis?

Et lib. 11. *Nudo cui vertice fulua*
Cæſaries nudique humeri, nec vulnera terrent. Tantus in arma patet.

Silius de Hannibale lib. 1. *Celſus & in magno præcedens agmine ductor,*
Imperium præferre ſuum, tum vertice nudo Excipere inſanos imbres, cælique ruinas.

De Iulio Suetonius *In agmine nonnunquam equo, ſæpius pedibus anteibat, capite detecto ſeu ſol, ſeu imber eſſet.*

Epiſt. 14. In Vrbe tamen caput obuelabant pallio, vt diximus. Seneca de Mœcenate: *Hunc eſſe qui in Tribunali, in roſtris, in omni publico cœtu ſic apparuerit, vt pallio velaret caput.* Non ſic tamen Iulius Cæſar, *qui cùm caluitij deformitatem*, teſte Suetonio, *iniquiſſimè ferret, obtrectatorum ſæpè iocis obnoxiam, deficientem capillum reuocare à vertice* (vti nonnullos videmus hoc tempore) *aſſueuerat, vt ſcilicet deformitatem illam obtegeret*: quod ipſum ex ſuperuacuo feciſſet, imò eam ob cauſam ius laureæ coronæ geſtandæ ab Senatu non obtinuiſſet, ſi more patrio commodiùs decentiùſque caput, hoc eſt, dehoneſtamẽtum illud caluitij obtegere potuiſſet: Nam iuxta Poëtam:

Turpe pecus mutilum, turpis ſine gramine campus,
Et ſine fronde frutex, & ſine crine caput.

Cum itaque veteres hoc operimentum capitis liberi non vſurpârint, ſequitur poſterioribus ſæculis eius vſum ſenſim receptum eſſe, quod & adſtruit Polyd. Virgilius lib. 3. de Inuent. rerum.

CAPVT XCV.

De medicinâ, illiuſq; inconſtantia, diu Roma neglecta: ad ſeruos tandem ablegata. Exhortatio ad Medicos. Actio datur contra imperitos.

Lib. 29. c. 1. Nat. Hiſt. Epiſt. 90. Miratur, indignaturque Plinius, nullam artiũ inconſtantiorem eſſe, ſæpiuſque mutari medicinâ, cum ſit fructuoſior nulla. Olim veteres Medici ſimplicem quandam curationem ſecuti ſunt: nam medicina quondam paucarum fuit ſcientia her-

Digitized by Google

herbarum,inquit Seneca,quibus ſiſteretur fluens ſanguis, vulnera coirent paula- »
tim:deindè in hanc peruenit tam multiplicem varietatem.Nec eſt mirum,tunc il- »
lam minus negotij habuiſſe,firmis adhuc ſolidiſque corporibus,& facili cibo,nec »
per ætatem,voluptatemque corrupto:qui poſtquam cœpit non ad tollendam,ſed »
irritandam famem quæri,& inuentæ ſunt mille conditurae,quibus auiditas excita- »
retur,indè pallor & neruorum vino madentium tremor,& miſerabilior ex crudi- »
tatibus,quàm ex fame macies:indè incerti labantium pedes,& ſemper qualis in ipſa »
ebrietate titubatio:indè in totam cutem humor admiſſus,diſtentuſque venter, »
dum malè aſſueſcit plus capere,quam poterat:indè ſuffuſio luridæ bilis & decolor »
vultus,tabeſque in ſe putreſcentium,& retorti digiti,articulis obrigeſcentibus,ner- »
uorum ſine ſenſu iacentium torpor,aut palpitatio ſine intermiſſione vibrantium. »
Quid capitis vertigines dicam?quid oculorum,auriumque tormenta?innumerabi- »
lia febrium genera?quid alios innumerabiles morbos ſupplicia luxuriæ?Immunes »
erant ab iſtis malis qui nondum ſe delicijs ſoluerant,qui ſibi imperabant, ſibi mini- »
ſtrabant. »

Itaque nihil erat opus tam magna ſuppellectile medicorum,nec tot ferramentis, »
atque pixidibus,ſimplex erat ex ſimplici cauſâ valetudo;multos morbos,multa fer- »
cula fecerunt.Ità ille. »

Ab his ergò gulæ irritamentis cœptus eſt medicinæ vſus, & exorti frequentes Medici,quorum plerique parum docti,& ſatis ſeduli,vt Sidonius inquit,languidos multos officioſiſſimè occidunt. *Nec dubium eſt*,teſte Plinio *omnes iſtos famam nouitate aliqua aucupantes,animas ſtatim noſtras negotiari. Hinc illæ circa ægros miſeræ ſententiarum concertationes,nullo idem cēſente,nè videatur acceſſio alterius,hinc illa infœlicis monumenti inſcriptio;turba ſe medicorum periſſe* Et poſtea: *Itaque Hercules,in hac artium ſola euenit, vt cuicumque Medicum ſe profitenti ſtatim credatur,cum ſit periculum in nullo mendacio maius. Non tamen illud intuemur:adeò blanda eſt ſperandi pro ſe cuique dulcedo Nulla præterea lex quæ puniat inſcitiam capitalem, nullum exemplum vindictæ. Diſcunt periculis noſtris,& experimenta per mortes agunt.* Vt meritò Romani totis ſexcentis annis medicis & medicinis carere voluerint,quod intelligo de ignaris Medicis,de quibus querebatur Ang Politian.& ingemiſcebat vicem generis humani,quod in ſe graſſari impunè triſtem hanc inſcitiam patiatur,atque ab ijs interdum vitæ ſpem pretio emat, vndè mors certiſſima proficiſcitur. *Lib.29.*

Quis enim non videat plus eſſe à Medico,quàm à morbo periculi? Siquidem,& morbus alius pro alio curetur,& alia pro alijs remedia afferantur. Vt initium non ſit, ſi à Marco Catone Cenſorio reprobati, Vrbe,& Italiâ pulſi ſint , artſque iſta vt ingenuo homine indigna,& diu poſteà neglecta,& ad ſeruos libertinoſque tandem ablegata ſit,vt auctor eſt Præſes Briſſonius. Quod probatur auctoritate Ciceronis;adſtruentis (Oratio pro Rege Deiotaro) *Philippum Medicum ſeruum Regium,cum Legatus miſſus eſſet,ab ipſo adoleſcente corruptum eſſe.* Suetonius ; *Mitto* *Lib. 2. Select. Antiq.*

 pre-

cap 3. Calig. c. 8. Lib 10. Ep. 12. Lib. 1. Apol. De Inuent. Rer. lib. 1. c. 20.

præterea cum eo ex ſeruis meis medicum. Plinius iunior: *Ago gratias quod Romanam Ciuitatem Harpocrati meo* (ſcilicet medico) *ſine mora indulſiſti.* Apuleius: *Falſi quod leporem marinum fuiſſe dixerunt; alius etiam piſcis fuit, quem mihi Themiſon ſeruus noſter medicinæ non ignarus, vt ex ipſo audiſti, vltro attulit ad inſpiciendum.* Confirmari hæc poſſunt ex reſponſis Iuriſconſultorum in l. 41, ff. de Fidei com. libert. & in l. 10. ff. de annuis leg. & ijs quæ diſertè ſcripſit Polydorus Virgilius, è quo præſcripta ſunt.

Lib 8. Semeſt.

At quia noſtro æuo, poſtliminio iſtam profeſſionem ad honeſtiores redijſſe conſtat, adhortandi mihi ſunt vt pro bono valetudinis myropoliorum rationem haberi à magiſtratu curent, nè res in medicamenta repoſitæ obſoleræ ſint, nimiumque exoticæ, & parum conuenientes: cum nihil æquè medicum fallat, publicèque detrimentum afferat, ac medicinæ parum reſpondentes, aut viribus deſtitutæ; atque ad id munus delegandi eſſent (vt prudenter monet Ianus Langlæus) inſignes aliqui, morumque integritate præſtantes Medici, qui quotannis attenderent animũ ad pharmacopolas: & ſi quid ab ijs perperam admiſſum fuerit, Magiſtratibus renunciarent, pœnam de ijs pro modo culpæ mox ſumpturis. Id apud nos non ſemel tentatum, ſed incaſſum. Caroli V. Imperatoris extat ſuper ea re inſignis Conſtitutio, mandantis Magiſtratibus, ſub quibus Apothecæ, & pharmocopolæ extant, vt per artis peritos quotannis ſemel vt minimum, viſitent atque perſpiciant.

Adhæc vt corpus curaturi conſulant etiam animæ, vbi valetudo anceps erit, prius non ſuſcipiant illius curam, quam medicum animæ accerſiti curent, id quod plurium Romanorum Pontificum decretis, & Concilijs conſtitutum eſt, & ſignanter Pij V. qui mandat, nè viſitent vltra tertium diem, niſi conſtet de confeſſione per fidem Confeſſoris in ſcriptis, quod & ante eum in generali Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. ordinatum erat.

Atque iſta ſufficiant de Medicis, quos Æſculapios eſſe perfectos optarem, & de numero eorum, in quos cadit illud elogium, Sanitatis auctorem eſſe Deum, Dei inſtrumentum eſſe naturam, ſed vtriuſque miniſtrum dici Medicum. Optandumque videri tot eſſe Medicos vt apud Ægyptios, quot morborum genera: alij enim erant oculorum, alij capitis, alij dentium, alij partium alui, aut morborum occultorum, vt auctor eſt Herodotus. Vlpiani reſponſum hîc addendum: Medicos quis accipiet etiam eos, qui alicuius partis corporis, vel certè doloris ſanitatem pollicentur, vt puta ſi auricularium, ſi fiſtulæ, vel dentium. Iure etiam ciuili actio in factum datur contra imperitos. Vndè memoriæ proditum eſt Reutharum Scotorum Regem, cum plures aut vulneratos, aut morbo correptos, Medicorum inſcitia perijſſe ſciret, edicto cauit, nè, quiſquam, niſi longa experientia, Medici nomen deinceps aſſumeret, capitis pœna in non obtemperantes propoſita.

Lib. 2.

L. 1. §. Medicos ff. de Extraord. cognit.

Ca-

CAPVT XCVI.

De Genijs nonnulla, & quomodo varijs illos præfuiſſe hominibus, Vrbibus, Regnis, Prouincijs, locis omnibus credidit antiquitas.

CEnſorinus ſcribit Genios dictos, quod vt gignamur curent, ſiue quod vnà gignantur nobiſcum, vel etiam quia nos genitos ſuſcipiant ac tueantur.

Aſſentitur Zeno Philoſophus, dum inquit, *eſſe Dæmones quoſdam ſiue Genios, qui erga homines afficiuntur, ſuntq; inſpectores actionū humanarum.* Pulcherrimè, & Chriſtianè Epictetus: *ô homines*, inquit, *ſcitote diligenti, & præſtanti cuidam cuſtodi vnumquemque noſtrum eſſe commiſſum. Cum igitur fores obduxeritis, & tenebras intus feceritis, mementote nunquam dicere, quod ſoli ſitis. Non enim eſtis ſoli, non; ſed Deus intus eſt, & veſter Genius intus eſt, & quid lumine iſtis opus eſt, vt facta omnia veſtra videant? nihil.* Prorſus bellè Ethnicus licet Chriſtianè omnia.

Tantum autem Genijs tribuebant, vt per illos iuramentum præſtarent, vt conſtat ex Dione Caſſio, & plecti ſolitos, qui ſic iurati peieraſſent: quin & obſecrarent per Genium. Horatius: 1.Epiſt.

Per genium dextramque, Deoſque penates obſecro.

Terentius: *Quod ego per hanc te dexteram oro, & genium tuum.* Andria.

Verùm, Chriſtiani tempore naſcentis Eccleſiæ, morem hunc, vt alios Ethnicorum, deteſtabantur, nolebantque etſi compellerentur, iurare per Genium Cæſaris, teſte Baronio lib. 2. Annal.

Nouæ etiam nuptæ maritorum Genios aduocabant, lectoſque Geniales ſternebant: Arnobius. *Cum in matrimonium conuenitis, toga ſternitis lectulos, & maritorum Genios aduocatis.* Cicero pro A. Cluentio: *Lectum illum Genialem quem biennio ante filiæ ſuæ nubenti ſtrauerat, in eadem domo ſibi ornari ac ſterni expulſa atque exturbata filia iubet.*

Antiq. Lect. lib.

Cæterum, Genios iſtos veluti interpretes quoſdam & ſaluti gerulos arbitrata eſt antiquitas, vt auctor eſt Cæl. Rhodig. qui concepta à nobis vota ad Deos deferrent, & illinc ad nos diuina munera veluti μεσίταν quidam & pararij referrent. Ideò illos etiam menſis colebant: Perſ. 2. Saty. *Funde merum Genio.* Hinc Perſæ, qui circa portas Regis verſabātur, ſingulis diebus cœnaturi menſam Genio Regis parabant. Athen. lib. 6.

Credebat autem antiquitas teſte Clem. Alexand. Genios dari non ſolum bonos, ſed etiam malos, & hos κακοδαίμονας appellabant, quos etiam colebant, ſed vt læua Numina nec vt adſiſterent, ſed vt abſiſterent. Nam vites euerti & conſequenter fruges ac imbres, ventoſque & inualetudines ab his induci exiſtimabant, ſupremo Numine ita permittente. Lib. 5. Strom.

Atque vt viris, ſic etiam mulieribus Genius ſuus erat, nempè Iuno, teſte Plinio: *Iunones, & Genios ſibi homines adoptant; ſed Iunones mulierum ſunt*, & vt illi per Genium ſuum iurabant, ità iſtæ. Iuuenalis de mulieroſo & viro molli: Lib. 2. c. 7. Nat. Hiſt. Saty. 2.

Et per Iunonem Domini iurante miniſtro.

Digitized by Google

Et illa apud Petronium: *Iunonem meam iratam habeam.*

Lib poſt. in Symmach. Porrò, Vrbium quoque erant Genij, ſi credimus Prudentio:

——— ——Sicut varia naſcentibus Contingunt pueris anima, ſic Vrbibus affert
Hora, dieſque ſuum, cùm primùm mœnia ſurgunt Aut fatum, aut Genium.

Symmachus de trad. Baſil. *Varios cuſtodes Vrbibus mens diuina diſtribuit. Vt anima naſcentibus, ità populis fatales Genij diuiduntur.*

Ouid. 5. Faſtor. 5.

Sunt quoque pro nobis, & præſunt mœnibus Vrbis, Et ſunt præſentes auxiliumq; ferunt.

Rurſum de varijs locis, idem Prudentius contra Symmachum:

Quanquam cur genium Roma non fingitis vnum Cum portis, domibus, thermis, ſtabulis ſoleatis
Aßignare ſuos genios? perque omnia membra Vrbis, perque locos geniorum millia multa
Fingere?

Lib. 2. Æneid. De Imperijs Virgilius:

Exceßêre omnes adytis, ariſque relictis Dij quibus Imperium hoc ſteterat.

De Prouincijs Petronius Arbiter: *Noſtra Regio,* inquit, *tam plena eſt Numinibus præſentibus, vt facilius poßis Deum quam hominem inuenire.* Symmachus: *Larem patrium ſalu-*
2. Æneid. *tari.* Virgilius: *Dij patrij ſeruate domum, ſeruate Nepotes.* Tacitus: *Penetrales patria Deos, tā-*
Lib. 1. *tuſque eorum cultus erat, vt ijs ſacrificarent, & annuum feſtum,* inquit Cenſorinus, *celebrarent.* Iuuenalis:

Saty. 9. *O parui noſtrique lares, quos thure minuto, Aut farre, & tenui ſoleo exorare corona.*

Plautus Auſul. *Nunc iuſculum emi, & haſce coronas floreas: Hæ imponentur in foro noſtro Lari.*

Satis ſit de Genijs dictum: qui tamen plura volet, è Stoicorum diſciplina conſulat I. Lipſium in Phiſiolog.

CAPVT XCVII.

De Sibyllis: quibus in rebus potißimum conſulerentur, earum Vaticinia, qui illas cuſtodirent, quot erant numero? Chriſtiani olim dicti Sibylliſtæ. *& quare?*

MAlè de antiquitate mererer ſi Sybillas iſtas Vaticinatrices tot veterum ſcriptis memoratas luci iterū non darem. Dicamus ergò Sybillas fuiſſe in illa errorū nebula, quæ futura prædicerent, & quaſi à Concilijs Deorum aſcitæ, quiquid futurum erat, longè ante prænunciarent, vti teſtatur Lactantius, & Cicero: vndè inualuit prouerbium, *Folium Sybillæ,* pro re ſcilicet indubitata.

Lib. 2. de Diuinatio. Cæterum, in quibus potiſſimum conſulerentur, videndum. Comperio, quod interdum rebus dubijs, aut prodigioſis, quod oſtendit Virgilius, dum facit Æneam ita Sibyllæ ſpondentem:

Lib. 6. Æneid.
Te quoque manent Regnis penetralia noſtris,
Hic ego namque tuas ſortes, arcanaque facta

Di-

Dicta mea genti ponam, lectoſque ſacrabo Alma viros.

Etiam in metu famis. Plinius, de locuſtis: *Sæpè populo ad Sibyllina remedia coacto confugere inopiæ metu.* Lib. xi. cap. 29.

Neque non in fulgure; Nam mox ad libros Sibyllæ, & Aruſpices ibant, teſte Feſto Pompeio de Verb. ſignif.

Librorum autem Sibyllinorum aſſeruandorum cura, penes eos, qui Quindecim virali officio præditi erant. Quod oſtendit Lactantius: *Omnis Sibyllarum*, inquit, *carmina haberi exceptis Cumea, cuius libri à Romanis coluntur, nec niſi à Decem viris aſpici fas eſt.*

Illi enim officia ceremoniarum exequebantur, teſte Tacito: *Cùm eo tempore*, inquit, *multa vana Sibyllarum nomine ferrentur, iuſſiſſe eum conquiſita Samo Erythrea, Ilio, Africa, & per Italicas colonias carmina intra certum diem ad Præfectum Vrbis adferrentur, & iudicium, cenſuramquè Quindecim virum adhibere, nec haberi priuatim liceret.* Lib. 15. Annal. Lactantius Lib. 1. Diuin. Inſtit. *Reſtituto Capitolio retuliſſe ad Senatum C. Curionem Conſulem vt Legati ad Erythreas mitterentur, qui carmina Sibyllæ requiſita Romam reportarent. Itaque miſſos P. Babinium Motacillum, L. Valerium, qui deſcriptos à priuatis verſus circiter mille Romã deportarunt.*

Quæres, quot Sibyllæ fuerint? video dubitari. Incomperto eſt decem fuiſſe ex varijs Regionibus aſcitas, quarum nomina, & ſedem recenſere longum ſit. S. Hieronymus, mihi auctor eſt inſtar omnium: *Quid referam Sibyllas*, inquit, *Erythream, atque Cumanam & octo reliquas (nam Varro decem fuiſſe autumat) quarum inſigne virginitas eſt & Virginitatis præmium, Diuinatio?* quam diuinationem de perſona Christi falſi ſunt ipſi Ethnici, qui Zachariam patrem Ioannis occiderunt, quòd Saluatoris prædixit aduentum. Lib. 1. contra Iouinianum cap. 26.

Porrò libri Vaticiniorum, ſeu oracula illarum ad amuſſim cuſtodiebantur, per Quindecim viros vt ex Quintiliano ſuprà oſtenſum, cui adſtipulatur: A. Gellius. Lib. 1. Noct. Attic. cap. 19. Itaque ad eos in rebus crepeetis, recurrebatur, vti etiam locuples eſt teſtis Varro: *Neque patiar*, inquit, *Sibyllam non ſolum ceciniſſe, quæ dum viueret prodeſſent hominibus, ſed etiam quæ cùm periiſſet ipſa, & id etiam ignotiſſimis quoque hominibus, ad cuius libros tot annis poſt, publicè ſolemus redire, cum deſideramus, quid faciendum ſit nobis ex aliquo portento.* De re ruſt. lib. 1. c. 1.

Verum, inter alias famoſiores competitur, *Erythrea* de qua S. Auguſtinus, atque *Cumana*: quippe quæ propius attigere ea, quæ de Chriſto Seruatore noſtro, & ijs quæ ad ſalutem noſtram collinearent: quas veriſimile eſt, ſeu bonæ, ſeu malæ fuerint, inſpiratas fuiſſe à Deo, cum Prophetiæ donum bonis iuxtà ac malis commune eſſe concors ſit Theologorum ſchola. *Erythrea* illa apertè de Chriſto naſcituro, hæc effata eſt, inconditis licet verſibus: Lib. 18. de Ciuit. Dei c. 23.

Iuditij ſigno tellus ſudore madeſcet, E Cœlo Rex adueniet per ſecla futurus,
Scilicet in carnem præſens, vt iudicet Orbem: Vndè Deum cernent incredulus, atq; infidelis.

De Cumana hæc ſcribit Iuſtinus Martyr: *Poteritis facilè, ô Gentiles partem aliquam veræ Religionis diſcere, vel è priſcis Sibyllæ oraculis, multum ad Propheticam accedentibus. Hanc aiunt* Lib. ad Gentes.

(Cu-

(Cumanam ſcilicet) *à Babilone oriundam, Beroſi rerum Chaldaicarum ſcriptoris filiam, neſcio quomodo in Campaniam delatam, & cuius Oracula ſolitam reddere. Ad ſextum à Bays lapidem, quod Opidum celebratur propter aquas calidas: ſpectauimus locum inſtar ampliſſimæ Baſilicæ cauatam ex vno ſaxo ſolido, vbi oraculum eius fuiſſe narrant indigenæ.* Cuius Sibillæ meminit & Plato.

In Phædro.

Cæterùm, æternum Dei Verbum multa per illas operatum eſſe, & futura prædixiſſe teſtatur idem Iuſtinus Martyr. Quod cum ignoraret Cicero ad vim naturæ Diuinationem illam referebat, ipſius naturæ Auctorem ei ignotum, & primam cauſam intelligebat.

Lib. ad Gentes.

Interea tam certa illarum oracula habebantur, vt ab Ethnicis in prouerbium abierit: *ſibyllæ folium,* pro re certâ, vt prædixi:

Vnde prouerbium:

Credite me vobis folium recitare Sibyllæ.

Porrò, quis non in his Dei prouidentiam admiretur, qui non Philoſophos, non Reges, non viros aliquos magni apud omnes pretij, ſed mulierculas elegerit, quæ ſe ab hominum cœtibus ad ſolitudines conferrent, ibique Diuina hæc miracula intonarent? ſic *infirma mundi elegit Deus, vt confunderet fortia.* Iudæos quidem confundebat ſcriptura; at Sibyllæ Ethnicos, & Hæreticos. Hinc factum, vt æuo naſcentis Eccleſiæ per Principes Ethnicos interdicerentur libri Sibyllini, qui fauere videbantur. Religioni & pietati Chriſtianæ, vti optimè notauit Cardinalis Baronius in Annalibus, ſub annum Chriſti 343.

1. Cor. 1.

Neque ſolum Chriſtianis (quos ludibrij causâ vocabant Sibylliſtas, propterea quod aduerſus Ethnicos Sibyllarum teſtimonijs pro Chriſtiana Religione vtebantur) interdicta erat lectio iſtorum librorum, verumetiã omnibus promiſcuè. Scribit enim Iuſtinus, opera malorum Dæmonum, & ſuaſu pœnam capitis fuiſſe conſtitutam, ſi quis Hyſtaſpæ Sibyllæ, aut Prophetarum libros legeret. Cuſtodiebantur enim à Quindecim viris, vt dictum eſt, neque aperiebantur, aut aliquid ex ijs in publicum, proferebatur, ſine auctoritate, & iuſſu Senatus: quod & M. Tullius, Liuius Dio, alijq; prodiderunt. Cauſa huius occultationis fuit, ne priuati homines, & factioſi, auctoritate Sibyllarum freti, aut in patrijs ceremonijs, aut in publicâ re aliquid nouarent.

Apolog. II.

Cæterum, habitabant in locis abditis vt de Pythia Sibylla narrat Cælius Rhodig. lib. 8. cap. 15. cuius domicilium erat profunda & curua ſpelunca, in cuius oſtio ferunt eminere tripodem, quem cum Pythia Vates inſcenderit, hauſto ſpiritu diuinationis, Dei reſponſum referre, & metro, & oratione ſoluta. Addit ex myſterijs Iamblychij hanc Sibyllam duobus modis ſuſcepiſſe Deum, vel per ſpiritum quendam tenuem ignemque qui erumpebat alicubi ex oſtio ſiue antri cuiuſdam, vel ſedens in adyto ſuper ſedem æneam habentem tres aut quatuor pedes, & Deo dicatam, & vtrobique diuino ſe ſpiritui exponebat, vnde diuini ignis radio illuſtrabatur. De his vide plura ſi lubet apud Caſaubonum

Ex-

Digitized by Google

Exercit. 1. num. 10. & Baron. Tom. 1. Annal. Thomam Dempſterum in Antiq. Rom. R. P. Gretſerum è Societate Iesv lib. 1. de Sanctà Cruce cap. 42. Cælium Rhodiginum, lectio. antiquarum lib. 7. & 21.

CAPVT XCVIII.

Fulminis Natura, & Effectus mirabiles.

FVlmen commune nomen eſt ad omnem exhalationem quæ ardens ex nube erumpit: peculiarem tamen probârim opinionem Philoſophorum, qui ad eam exhalationem referunt, quæ denſata & conglobata, nubem longiore tractu pertundit, findit, diſrumpit, & terram violenter attingit. In eundem ſenſum ſcribit S. Hieronymus, fulgura ex nubium colliſione generari, *Epiſt. 9.* more ſilicum duriorum, quos cùm comploſeris, id eſt, colliſeris, medius ex his extritus ignis elabitur, atque ità cum fulgore pariter, & tonitrua mugire, ſcilicet ſonituum tonitruo indicante concurſus, & fulgura excuſſi luminis claritate.

Illius porrò opera ſi conſideres, miracula ſunt, inquit, Seneca, nec quicquam dubij relinquentia, quin diuina inſit illis & ſubtilis potentia. Quod intellexiſſe mihi videntur Poëtæ, fingentes à Ioue, & Vulcano fulmina in Æthna fabricari. *Lib. 2. Nat. Quæſt c. 31 & 53.*

Cæterùm, vt idem ſcribit, fulmen *loculis integris & illæſis argentum conficit, & manente vagina gladius liqueſcit, & inuiolato ligno ferrum omne circa pila diſtillat. Imò, fracto dolio vinum ſtare, & quod mirum eſt fulmine gelatum, cùm ad priorem habitum redit, potum, aut exanimat, aut dementes facit, ex quo fulmini vis peſtifera ineſſe dicatur.* *Lib. 2. Naturalium quæſtio.*

Inſuper, à fulmine, homo, vel brutum quoduis ſic interficitur, vt nullum veſtigium ictus plagæ aut vulneris appareat: fortaſsè ob vaporis accenſi imperum, & ſpirituoſam ſubtilitatem, eamque validam, quæ per nares, os, arteriarum & venarum anoſtomoſes, & aperta hiantiaque oſcula ad hæc per cutem, & carnem perſpirabilem, ac vndique poroſam ſeſe intro penetrans, momento inſinuat, ac membra vitalia peſtifero neſcio quo ſpiraculo afflat, vndè venenatâ vi, quam fulmina omnia dicuntur habere, quidquid attingit vitam habens, illico interficit. Quod etiam ad pedem combuſtum ſuperſtite calceo, & medullas arborum corruptas illæsâ arbore, aliaque huiuſmodi prudenter detorquêre poteris.

A fulmine argentum conficitur integro marſupio, & gladius illæſa vagina, vt dictum eſt, propterea quod hæc, & item illud poroſa ſunt corpora, & proindè tranſitum facilem præbentia valido ſpiritui fulmineo ac ſubtili, in quo ſi eſt vis tantùm feriendi, vt poſteà dicemus, ex magno impetu reſiſtentia comminuet, ſi

verò adurendi, liquefaciet. Huius ſanè tanta eſt violentia, vt turres etiam operoſiſſimas, ac ædificia proſternat, ſaxa ingentia rumpat, & quamcumque habent duritiem euertat.

IV. Ad hæc, *Cunctis notum eſt*, inquit Plutar. *fulmine ictorum non ſentire corpora putredinem.* Lib 4. Conuiu. 2.

V. A fulmine retia in aquis iacentia quoque aduruntur, quia multum ſulphureæ, viſcoſæque materiæ habet illius flamma, ità vt in aquam illapſa ardere poſſit nacta materiam opportunam. Quod mirum non videbitur, ſi quis obſeruet, quid nunc agunt, vt ſic dicam, Bombardarij cum ſuo puluere; quorum ſanè ars tota aliud nihil eſt, quàm quædam naturæ in fulminibus imitatio. Quæ fulmina eò plus habent virium, quod ab artifice præſtantiſſimo, & loco remotiore, editoque magnâ vi, & efficaciâ prodeant, erumpant, atque mittantur. Videmus quandam puluerum, olerum, & adipum miſcellaneam in profundiſſimis aquis etiam ardêre, cui quò plus aquæ affuderis, maius incendium excites. Nam aqua partim latentem, & diſperſum calorem prouitat, partim congregat, & auget, cuius rei ſimile habes in calce.

VI. Denique à fulmine dolium comminuitur, aut crematur ſtante aliquamdiu vino, ac ſi eſſet congelatum: propterea quod fulmen (vt diximus) plurimum ſulphureæ ſubſtantiæ, & viſcoſæ ſecum habet. Quæ in totum vinum penetrando ſpargitur: deindè per calorem quidquid tenax eſt, in vini extremitatem, & circumferentiam expellitur: quod reſiccatum, & veluti recoctum ab igne fulminis ſpiritu, cutem quandam efficit, quæ vinum breui aliquo tempore effluere prohibet: illudque ceù circumpoſitum corium retinet. De reliquis difficile non erit hunc in modum Philoſophari; pluraque de his legat Lector ſi volet apud Leuinum Lemnium Doctorem Medicum lib. 2. de occultis naturæ miraculis cap. 48. vbi profert remedia quibus vitiati à fulmine liquores inſtaurantur. Modo ad lætiora tranſeamus.

CAPVT XCIX.

De Muſicâ, & Cantu: illorum origo & effectus, eiuſque vſus in Conuiuijs. Aſſâ voce canere quid?

CAnticis delinimentis omne quod viuit apprimè delectari indè colligunt Platonici, quòd cœleſtis anima, quâ Vniuerſitas animatur originem ſumpſit ex Muſicâ. Nam & animantia rationis expertia deliniri Muſicâ, ſicuti fiſtulis Ceruos, Plutarchus auctor eſt. Hinc exiſtimauit antiquitas, Orphei, & Amphionis fabulam (quorum ille animalia ipſa, alter ſaxa quoque allicere cantibus ferebatur) ſumpſiſſe principium: quia gentes rationis cultu barbaras, vel ſaxi inſtar

inſtar nullo affectu mobiles ad ſenſum voluptatis canendo traxiſſent. Itâ denique omnis habitus animæ cantibus gubernatur, vt & ad bellum progreſſui, & item receptui canatur,cantu,& excitante,& rurſus ſedante virtutem. Dat ſomnos, adimitque,nec non curas & immittit,& retrahit:Iram ſuggerit,clementiam ſuadet, corporum quoque morbis medetur. Ecquid ergò mirum ſi inter homines muſicæ,tanta dominatio eſt,cùm aues quoque vt luſciniæ, & cygni, aliævè id genus, cantum veluti quadam diſciplinâ, artis exerceant, nonnullæ verò vel aues, ſeu terrenæ,ſeu aquatiles belluæ inuitante cantu in retia ſpontè decurrant, & paſtoralis fiſtula paſtum progreſſis quietem,imperet gregibus. Nec mirùm,in eſſe enim mundanæ animæ cauſas muſicæ,quibus eſt intexta,haud dubium eſt, ipſa autem mundi anima viuentibus omnibus vitam miniſtrat:

Hinc hominum,pecudumque genus vitæque volantum,
Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus.

Iure igitur muſicâ capitur omne quod viuit,quia cœleſtis anima,quâ animatur vniuerſitas,originem ſumpſit ex Muſicâ. Hæc dum ad ſphæralem motum mundi corpus impellit,ſonum efficit, qui interuallis diſiunctis imparibus, ſed tamen pro ratâ parte,ratione diſtinctis,ſicut à principio ipſa contexta eſt. Muſicen verò antiquiſſimam eſſe ambigit Arcadum nemo. Nam vt curioſâ indagine notat Alexander Sardus,& Cælius Rhodiginus, apud Arcades moribus receptum erat,vt non pueros modò,verùm & adoleſcentes,& iuuenes ad trigeſimum ætatis annum eâ diſciplina imbuendos curarent. Vndè cantu, & choreis Libero patri ludos concelebrabant,idque ſinguli pro ætatis ratione. Denique, vita omnis id genus cantionibus,ſtudijſque impenditur, Cæteras artes apud eos ignoraſſe, nulla prorſum ignominia eſt,Muſicam neſcire nemo poteſt,quia neceſſariò diſcitur. Eius imperitiam fateri illic turpiſſimum eſt:nec id laſciuiæ cauſa, vel deliciarum, ſed vt labores aſſiduos in colendis agris,& vitæ prætereà duritiem,atque aſperitatem,& auſteriores mores ex cœli triſtitiâ quadam prouenientes,hac quaſi dulcedine remolliant ac contemperent.Pythagoras cùm ex nonnullorum percuſſione apud æris fabros harmoniam nouiſſet,concentus varios, & Muſicam in Ægypto inſtituit Iſis.Bardus apud Celtas:Cantus Melpomene Muſa, vel Mercurius ante Marſyam Phrygiæ & Olympum in cantu omnia erant Chromatica ſiue colorata; Marſias inuenit concordiam concentuum acutorum:Olympus concentum diſſimilium,quas dixêre harmonias Diatonam,& harmonicam.Hæc tria genera ſunt canendi.Eſt quoque harmonia Phrygia mollis, acutiſſima voce à Marſya, Hyagindene reperta;Dorica grauis, & bello apta à Thamyra Thrace iudicata in Dorione Vrbe.Lydia luctui,& hilaritati conuenit:Hanc Carius Iouis filius conſtituit cùm apud Thorhebiam paludem concinentes muſas audiſſet : vel conſtituere Antippus,aut Amphion,aut Melanoppides, aut Olympus in funere Pytonis, Ionica dura data eſt à Pythermo Ioue, Meſophrygia à Marſya, Meſolidia etiam com-

V. Macrob. l. 1. in Somn. Scip.

commiſerationi,& tragedijs apta,vel hanc reperit Sappſo,aut Pytoclides, Hypolidiam Meſopolidiæ contrariam,Dæmon Athenienſis, vel Polymeſtus;laconicam Philoxenus. Hactenus illi qui de diuerſis Muſicen generibus vno ſtylo hæc congeſſerunt,an ex vero iudicet Lector.

Lib.1. Dipnoſ c.7 *In 2.Catil.* Cæterùm,præter Muſicam,vtebantur antiqui in conuiuijs,cytharœdis,& ſaltatoribus,vt refert Athenæus,quod intellige de Græcis, nam Romanis probro ducebatur ſaltatio,velut notat Muretus,quâ de re alibi ſcripſimus.

Denique,apud eoſdem Romanos *Aſſâ voce*,dicebantur canere,qui nullis adhibitis inſtrumentis vterentur, vt notat Ver. Flaccus ad vocem Feſti *Aſſa*, & Iulius Cæſar Scaliger in Epiſt. ad Corraſium I Ctum & Pedianus in Diuinatione : *Cani remigibus*, inquit, *celeuma per Symphoniacos ſolebat, & per aſſam vocem, id eſt ore prolatam.*

CAPVT C.

An vinum,naturâ potiùs ſit frigidum,quàm calidum, cur fulmine gelatum dementes reddat? cur hilaritatem conciliet? Helluones minus diù viuant? Vini incommoda. Eius vſus quomodo probetur?

Lib.7.c.6. PAradoxum mihi viſum, quod nuper legi in Saturnalibus Macrobij, nimirum vinum natura frigori propius accedere,quàm calori, cùm tamen Plinius ſcribat,vinum vim accendendi calore viſcera intus, foris refrigerandi. Et Seneca : *Vinum incendit iram, quia calorem auget pro cuiuſque naturâ.* Et Plato negandum putat vinum calentibus ingenijs, vt & pueris, quod non opotteat ignem igni addere. Vino etiam aquam miſceri videmus ob inſitum illi naturâ calorem.

Lib.14. Nat. Hiſt. c.5.

Lib.2.de Ira.c 19.

Agè tamen,ponderemus Macrobij argumenta ; Vino,inquit,ſomnus reduci ſolet; quod nonniſi ingentis frigoris teſtimonium eſt. Deindè, eadem contingunt ebrijs,quæ algentibus. Vndè nonniſi cubare vino madidos ſub multis operimentis iubent medici,vt exſtinctus calor refoueatur,paralyſim quoque naſci tam nimio vino,quàm frigore ijdem adſtruunt. Ampliùs, qui crebrò fiunt ebrij, citò ſeneſcunt,alij verò ante tempus ætatis,vel caluitio,vel canitie inſigniuntur, quæ nonniſi inopia caloris eueniunt. Si ità ſe res habent,cur ergò Seneca docet,vt iam diximus,calentibus ingenijs vinum ſubſtrahendum, & pueris negandum ? Cur Homorus vinum ſuaprè natura calidum cenſet,cùm dicat αἴθοπα οἶνον οὐδὲν δαῆς· ὅτε πέρει γερούσιον αἴθοπα οἶνον.

Lib.2.de Leg.

Iliad.4.

Lib.2. Saty.8. Cur & Horat.*feruida vina* appellat? cur etiam D.Hieronymus ſcripſit,*Vinum,& adoleſcentiam duplex eſſe incendium voluptatis,quid oleum flammæ adijcimus?* inquit, *quid ardenti corpuſculo fomenta ignium miniſtramus?* Variant tamen in hoc Medici.

Nam

Nam Galenus ſcribit vino non incaleſcere corpus, vt calido medicamento,ſed vt alimonia corpori accommoda: nam ſicut igni congruens materia incendium concipit maius,itá corporibus ſimile alimentum,quæ naturâ calent ſatis. & robur adijcit,& iuſtum profert calorem,augetque cibis vtrique omnibus affine hoc:vino autem proprium imprimis à corpore celeriùs demutari,vti reſina,pix,ſtupa, ignibus facilè reſoluuntur. Hæc in vtramque partem quidem arbitrata, ſed quæ verò propior ſit ſententia conſideret Lector, mihi enim cenſendi hîc facultatem adimo. Tantùm aliquot ſubijcio acroamaticas quæſtiones,quarum primam, cur vinum fulmine gelatum cùm ad priorem habitum redit potum aut exanimat, aut dementes facit? Iam paulò antè ſcripſi Senecam adſcribere vi fulminis peſtiferæ, ex hoc enim aliquem,inquit remanere ſpiritum in eo humore,quem coëgit,gelauitque veriſimile eſt. Lib.3. Conſtitut.

Albertus Magnus aliam aſſignat cauſam, quod ſcilicet fulmen habeat in ſe noxias qualitates ſulphuris, aut alterius ſimilis materiæ, quibus vinum inficit.

Secunda,cur vinum hilares potores reddat ſuos? Auicenna cauſam adſcribit, quod indè ſanguinis profluat bonitas: ſiquidem is humor egregiè dicitur humanæ naturæ accommodatus,teſte Poëta Græco: Menan.

Eſt cibus igni par vinum mortalibus ipſum,
Cuius vis medicina mali, medicina malorum
Maxima lætitiæ pars eſt.

Hoc adſtruit vulgata opinio,meracius vinum moderatè hauſtum frontem exporrigere,ac lætos reddere,quia indè ſanguinis profluit bonitas.

Denique & tertia: Quo tempore vſus vini iure licuerit apud Antiquos? Plinius, *Vſum vini apud Romanos capiſſe poſt ſexcenteſimum Vrbis annum, Romulum enim lacte non vino libaſſe indicio ſunt*, inquit, *ſacra ab eo inſtituta, quæ hodie* (id eſt,tempore Plinij) *cuſtodiunt morem*: Vino Rogum reſpergere vetitum erat lege poſthumiâ Regis Numæ; *Vino Rogum nè reſpergito.* Quò reſpexit Catullus: Lib.14. c.12. In Natur. Hiſt.

Ingere mi calices amariores Vt lex Poſthumia iubet Magiſtra.

Verùm,quo ætatis anno bibere cœperint? comperio non niſi 30. vel trigeſimo quinto ætatis anno cuiquam licuiſſe,nè quidem libare vinum,vt in Politicis oſtendi,cuius obſeruationis mihi teſtis fuit Ælianus, verbis his: *Apud Romanos maximè ſeruabatur hæc lex,vt neque libera,neque ſerua biberet vinum, neque claro genere natorum hominum quiſquam à pube vſque ad trigeſimum quintum annum.* Idem ſcriptis ſuis prodidit Athenæus,& Polybius lib.6. Quæ lex ſi noſtro æuo vigeret, plures fortean eſſent qui attingerent ætatem antiquorum illorum hominum,quos abſtemios fuiſſe,& in ſummâ abſtinentiâ vixiſſe ad capularem extremamque ætatem perueniſſe ſuprà expoſui. Vt mirum non ſit ſi helluones noſtri ſæculi,minùs diu viuant, nam vt pulchrè iuxtà ac verè ſcribit Plinius: *Ex nimio vino pri mùm pallor, & genæ pendulæ,oculorum hulcera,tremulæ manus, effundentes plena vaſa, & (quæ ſit pœna præſens* Var. Hiſt. lib.2. cap.30. Diphnoſ. lib.10. cap.9. Lib.14. Nat.

 furiales

Hiſt. c. 22. *furiales ſomni, & inquies nocturna, præmiumque ſummum ebrietatis libido portentoſa, ac iucundum nefas. Poſterâ die, ex ore halitus fœtidi, ac ferè rerum omnium obliuio.* Ità Plinius.

Lib. 1. cap. 14. Adde, quod vini ardore humidum primogenium non tam inſtaurari, quàm depaſci videatur. Nam vt doctiſſimus Furnelius inquit, *Velut calx ad arboris radicem conſperſa fructum accelerat, arborem verò perimit, ità calidius alimentum, maximèque vinum, ſuſcitato calore ſpiritus facultateſque erigit, mortem verò maturat. Dum enim corporis calorem auget, ſubſtantiam minuit, dumque innati calidi ſpiritum & calorem habitu fouet, eius ſubſtantiam, quæ humidum eſt primigenium, diſſipat, exorbetque omnem vitam alacriorem ac vegetiorem, ſed tamen breuiorem facit.* Ideò Valeſius improbat vulgare illud dictum, *Vinum lac Senum*, cenſetque ſenibus ſenſim potiùs eſſe dandum dilutum vſque dum in extremo ſenio conſtitutis toto vino detracto, detur pro vino mulſa, aut decocta aqua, quam Medici nuncupant *Hydromel.* Verùm, ego cum Eximio Liberto Fromondo Sacræ Theologiæ Doctore Louanij celeberrimo cenſuerim, Senibus concedendum eſſe vſum vini, ſed moderatum. Hoc enim, inquit, eas vires non habet (quod metuebat Valleſius) vt humidum primigenium ventriculi exhalet, ſed ſpiritu ſuo ſeipſum potiùs digerir, inquit Ariſtoteles, & calorem ventriculi excitat, ac iuuat. Vndè fractis iam in ventriculo eius viribus, ad hepar tranſmittirur, vt ex eo non crudo, ſed ſatis excocto optimus gignatur ſanguis, reparando in ſingulis partibus humido, primigenio maximè idoneus. Bibant ergò vinum Senes, & quicumque ſenili & imbecilli ſtomacho, quales plerumque ſunt litterati, ſed moderatum, alioqui vt ex Seneca notauimus lib. de Senectute, non tam ſæpè & largiter indulgendum eſt vino, nè animus malam conſuetudinem inducat, & aliquando tamen in exſultationem libertatemque extrahendus animus, triſtiſque ſobrietas remouenda pauliſper videatur. quæ non eò Senecæ ſcripta adducuntur, vt ſobrietas, toties Doctori Gentium commendata, omninò nobis Chriſtianis excludatur. Moderationem certè eſſe animi virtutem ſaluberrimam indè aſſerunt ſapientes, quod mentes noſtras impotentiæ & temeritatis incurſu tranſuerſas ferri non patitur. Prorſus, vt cum Plinio iure dici poſſit, neque viribus corporis vtilius aliud, neque aliud pernicioſius, ſi modus abſit. Itaque vinum moderatè ſumptum à Deo hominibus contributum Plato ſcribit, quaſi remedium aduerſus Senectutem vt redire ad iuuentutem videatur, & mœſtitiæ eos capiat obliuio. In quo finio ad maiorem Dei gloriam primam hanc partem.

Lib. 19. Theol. ſacra.

Lib. 2. de Anima cap. 2.

Lib. 14. cap. 5. Nat. Hiſt.

* * *

PARS

Digitized by Google

PARS SECVNDA FACIS HISTORIARVM.

AD LECTOREM.

DIVERSARVM gentium ritus atq; mores priore huius Operis parte complexi ſumus; ſupereſt vt hac ſecundâ Centuriâ exequamur Ritus ſacros, quos (ſi diſceſſerimus ab alijs nonnullis) per varia veterum ſcripta in gratiam curioſi Lectoris in hunc veluti Faſcem ſtylo licet rudiori congeſſimus. Quod ſi quis elegantior ſimile quippiam attentans, ſpecioſis verborum lenocinijs vti volet, per me licet, qui non famæ, vel ambitioni eloquij, ſed inueſtigandis tantùm ſacris, & priſcis, præſertim Eccleſiæ ritibus operam dedi: qui quidem ritus latij ſermonis plerumque nitorem faſtidiunt, aut certè negligunt. Hoc autem ſcribendi argumentum vt amœnum eſt, niſi fallor, ità pio & Chriſtiano Philologo non indignum. Et licet ſint quibus fortè placet curioſitas rituum Ethnicorum, è quorum fundo in priorem huius Operis Partem ſpicilegia quædam animi cauſa collegimus, poterunt tamen, ſi volent, oblectationis ergò adire antecedentem Centuriam; quos etiam ſcire velim ordine fortuito hæc à nobis in otio litterario ſtylo commendaſſe, prout ſcilicet curioſitas & oblectamentum huius lectionis inuitabat. Quod ſi obtrectator quiſpiam obganniat, meliora promat, conatum equidem probauero. Sunt etiam qui (vt olim Plinius querebatur) ſerpentum lingua, aliena vibrant, culpant omnia, & famam cuiuſque lancinant, qui cum ſuopte ingenio emergere nequeunt, aut liuore tabeſcunt, alios vellicare non deſinunt. *Verum, Græcum illud ſenarium illis reponam.*

Μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται.

Eſt facilè alterius cuiuis ridêre labores,
Illis te ſimilem non facilè exhibeas.

Tu verò, Lector beneuole, ſcripta iſta animi tantùm causà ab alterioribus ſtudijs & occupationibus grauioribus per nos collecta, æqui boniq; conſule, & diu in Chriſto vale.

IOAN-

IOANNIS A CHOKIER DE SVRLET,

Canonici, ac Vicarij Generalis Leodienſis

FACIS HISTORIARVM,

Siue Obſeruationum Antiquarum,

CENTVRIA SECVNDA.

CAPVT I.

An Chriſtiani nonnullos ſuos Ritus ſumpſerint à Paganis, & quos? De cereis, & lichnis, vaſis miniſterialibus aureis, & argenteis; & iſtius materiæ imaginibus & Statuis. De aquâ luſtrali: De Diris proſcriptionibus, quas Excommunicationes vocamus. Feſtis diebus: Vt templa Paganorum, ità Chriſtianorum lauro, frondibus, &c. condecorantur. Ab Ægyptijs multa ad nos tranſlata. De ſectâ flagellantium.

NOnnunquam inter legendum hæſit aqua mihi, dum pleroſque falſæ Religionis, quam Paganicam vocamus, ritus noſtris eſſe affines deprehendi, acceptos ab ijs ferre debeamus. Nam noſtræ fidei hoſtes comperi nobis malignè obijcere nos eſſe Paganorum ſectatores, aut ab ipſis varios ſumpſiſſe ritus; v. g. ante Idola inquiunt cereis vtebantur illi, vela appendebant, menſis accumbentes Deos ſuos inuocabant, & multa generis eiuſdem, quæ itidem vos vſurpatis inquiunt. At dicendum eſt, Paganos non imitari nos, ſed naturam ipſam & rationem ſequi: illi autem à rectâ rationis & Religionis orbitâ diſceſſerunt, atque Idolatriæ dediti fuerunt cuius nos Dei beneficio expertes ſumus. Nam imaginibus non ſacrificamus, non ad illas preces fundimus aliquid ab ipſis ſperantes. ſed cultui permiſſo & ab Eccleſiâ Catholicâ perpetuis recepto temporibus illas obſeruamus, honorem eis reddimus, & ad deuotionem erga Bea-

Digitized by Google

Beatos illos,quos imagines repræſentant, nos alioſque excitamus. Itaque errore laberetur magno,qui exiſtimaret Imagines Sanctorum eſſe Idola, earumque venerationem eſſe Idololatriam,& multo maiore qui putaret ſuperſtitionibus Gentilium nos vti: cùm liceat Chriſtianis erga verum Deum, & Sanctos,Ethnicorum ritus,aut illis ſuppares adhibere, quibus illi in vanâ ſua Religione impiè abuſi ſunt. Nunquid Hebræi,Ægypti terrâ egreſſi, illius theſauros intulerunt in templum,& ex eis ornamenta Sanctuarij fecerunt? Nunquid Dauid ex coronâ Melchom (quod Ammonitarum erat Idolum) diadema ſibi confecit? quâ ratione quæſo non poteſt licere nobis ex Gentilium libris illa ſumere, quibus ſacræ, veræque ſapientiæ ſertum ac Diadema, id eſt mores, ex illorum moribus contexamus? *1. Paralip. 20.*

Inſuper,Pagani vſi ſunt ſacrificijs,quæ Deus,etſi diſſimili modo, populo ſuo mandauit,Sacrificuli Ethnici pane azimo vſi ſunt, quo etiam vt vterentur Iudæi in ſuo Paſchâ Deus mandauit. Sacrificuli Paganorum,teſte Philoſtrato, ſacrificant in veſtibus albis; Chriſtiani itidem. In Encenijs templorum Ethnicorum pluſculæ reperiuntur cæremoniæ, quæ licet diſſimili Religione, translatæ tamen videntur auctoritate Superiorum in noſtram Religionem. Item vt cerei,& lychni ante Deorum ſimulachra,vt infrà patebit,accendebantur, itâ & nos ante imagines,& icones,fundati rationis, & antiquitatis exemplo ſuis temporibus accendimus. Apertè de illis Propertius: *Lib.2.* *Lib.2. Eleg.80.*

Cùm videt accenſis deuotum currere tædis
Jn nemus,& Triuiæ lumina ferre Deæ.

Itâ Ammianus Marcellinus,vbi agit de luco Daphnes igne conſumpto, *Aſclepiadem*,ait *Philoſophum viſendi gratia,cùm in illud ſuburbanum veniſſet, Deæ Cœleſtis argenteum breue tegumentum cereis incendiſſe inaduertenter, vndè incendium prodierit.* Euſebius in vitâ Conſtant. vbi de Licinio ſacrificante verba facit,aitque *multo lumine, multiſque cereis ſacrificaſſe.*

Atque exindè ad Chriſtianos naſcentis Eccleſiæ translatus eſt iſte mos,vt videre licet in metro Prudentij de Sancto Laurentio, vbi refert S.Laurentium ſic loquentem: *Lib. 2. c. 5.*

Hunc eſſe veſtris Orgijs, Moremque & artem proditum eſt,
Hanc diſciplinam fœderis Libent vt auro Antiſtites,
Argenteis ſcyphis ferunt Fumare, ſacrumque ſanguinem
Auroque nocturnis ſacris Adſtare fixos cereos.

Ex quibus etiam vides Chriſtianos iſtius æui vſos eſſe vaſis miniſterialibus aureis,& argenteis,quod & probat Gregorius Turonẽſ. Atque hunc morem profluxiſſe à Iudæis colligere eſt ex Canon. Apoſt. 70. prohibente nè Chriſtiani in Synagogis Iudæorum,& eorum feſtis lucernas accenderent. *De Gloria Martyr. cap. 38.*

Adhæc, vt argenteæ ſtatuæ in templis Ethnicorum poni ſolitæ, & tabellæ votiuæ,ita & in Baſilicis Chriſtianorum, vti refert Baronius in Annalibus (ſub An-

num Chriſti 54.) qui etiam ſcribit ſub annum 177. Eccleſiam Catholicam tempore primitiuæ Eccleſiæ poſſediſſe vaſa aurea, & argentea etiam tempore perſecutionis: licet hic, vt in alijs, hallucinentur Hæretici, in alia omnia euntes omnem antiqnitatem peſſumdantes.

In Veſpaſ. cap 7. Vigilias præterea anniuerſarias habes apud Suetonium: luſtralem aquam illiuſque aſperſionem apud Iuuenalem: *Saty.6.* ſepulchrorum lumina & Sabbatho lucernam accendiſſe apud Senecam: cereos in populum diſtribuere apud Macro- *Epiſt.15.* bium: & ad ſacram menſam antequam accederent ex animo odia dimitterent, & priùs reconcilarentur inimicis vt habetur apud Valerium Maximum. *In Saturnal.* Et vt Pagani aquas ſuas luſtrales habebant, vt & Iudæi, quorum ritus ſuppares in multis erant ritibus Ethnicorum, ità & luſtrali vtebantur Chriſtiani, teſte Sozomeno: *Lib.4.c.2.* *Cùm autem, inquit, eſſent ſuperaturi limen templi, Sacerdos quidam ramos madefactos manibus tenens ingredientes more Ethnico aſpergebat.* Aſpergillum autem ex lauro potiùs *Ad An. Chriſt. 44* fieri ſolitum ex Iuuenale probat Guiliel. Stuckius. Itaque, ritus iſti ſenſim ad Chriſtianos tranſlati ſunt, vt iam videmus in limine templorum ſeruari vaſculum aquæ luſtralis, ſed alio ſenſu, ac mente, piè inquam & ſanctè citraque vllam ſuperſtitionem ab ijs vſitentur, vt inquit Baronius: Deus enim in multis voluit ſa- *Orat 1. de Paſchate.* crificia, & ritus Iudæorum correſpondere ritibus Ethnicorum, teſte Sancto Gregorio Nazianzeno, vt eò faciliùs Idolatriam, quâ in Ægypto imbuti fuerant, deſererent, & ad cultum veri Dei, ijs ferè cæremonijs accenderentur, quibus alioqui deterrimo, nefando, ſuperſtitioſo, exemplo vtebantur.

Fuerunt etiam olim aquæ Idolis conſecratæ, vt refert Eruditiſſimus q. Decanus & Paſtor Couinienſis Iacobus Marchant, quas vt Idololatris ſeu Idolis ſeruientes abhorruerunt Chriſtiani. Vndè cùm Valentinianus Iulianum Fortunæ templum in Occidentali Galliâ ingredientem præcederet, contigit vt Sacerdos Idoli frondibus quibuſdam roſcidis conſpergeret, adeò vt gutta vna in Valentiniani veſtem incideret. Quod factum ægrè ferens, enſe eam veſtis partem, in quam humor ille inciderat, præſcidit, & percuſſo pugnis miniſtro à ſe abiecit.

Quid quod Cenſura Eccleſiæ Catholicæ quæ apud nos eſt Excommuncatio ab ipſis proceſſerit. Cæſarem audiamus: *Si quis olim decreto Druidum* (Sacerdotum ſcilicet Idololatrum Gallorum) *non paruiſſet, ſacrificijs ab ijs interdicebatur. Et hac pœna* (inquit in Commentarijs Iulius Cæſar) *apud eos grauiſſima erat: quoniam quibus erat ità interdictum, in numero impiorum ac ſceleratorum habebantur, ab ijs omnes decedebant, aditum, ſermonemque defugiebant, nè quid ex contagione incommodi acciperent, neque ijs petentibus ius reddebatur, neque honos vllus communicabatur.*

Ijdem priſci Idolorum Sacerdotes nocturnis vigilijs & precibus Deos ſuos placabant, ac vt nos verſus Orientem orabant, vti teſtantur Arnobius, Seneca, & Tertullianus. Adde, quod Pagani olim vt ſeruos manumittentes alapâ percuſſos liberos confirmabant: ità & Præſules noſtri in Confirmatione colaphum impingunt

pingunt

pingunt in ſignũ, vt teſtatur Ambroſius, veræ libertatis ſpiritualis. Inſuper, quemadmodum apud Paganos Vota Dijs nuncupabantur, & oboli, ac tabellæ argenteæ (teſte Luciano) certâ affixæ genibus alicuius Dei ac potiùs Idoli, ità Chriſtiani, vbi voti compotes facti, tabellas appendebant, & votum Deo verò reddebant, vt latiùs alibi oſtendemus & vbique videmus.

Atque vt apud priſcos illos Gentiles diebus feſtis, lauro, hedera, frondibus, coronis, templa ornabantur, teſte Virgilio: *Lucianus in Phil.*

Nos delubra Deum miſeri quibus vltimus eſſet
Ille dies, feſta velamus fronde per Vrbem.

Ità Chriſtianorum templa, & aræ feſtis diebus, frondibus, aulæis, alijſque ornamentis pro maiori Sanctorum cultu condecorantur.

Denique, ſunt etiam qui velint pleraque ex Ægyptiorum Religione translata in religionem noſtram, vti lineæ veſtes, deraſa Sacerdotum quorundam capita, verbenarum in Altari vſus, pompa ſacrificalis, muſicæ modulamina, adorationes, manuum lotiones ante Sacrificia, atque id genus complura.

Poſtremò, apud Romanos ritum nonnullorum hominum ſeſe publicè flagellantium deſumptum eſſe à Lupercis, qui Lupercalia ludicra celebrantes, nudi per Vrbem incedebant, obuios quoſque flagris cedentes: quod & in more apud pleroſque ſalubriter poſitum eſt pro expiandis conſcientiæ facinoribus, licet in obuios non ferantur.

Quæ quidem morum ac rituum translationes, licet apud ſequioris religionis cultores exibilentur, tamen quis intercedet quominùs cum Illuſtriſſimo Card. Baronio ad annum Chriſti 60. dicamus: *Quis prohibet profana per verbum Dei ſanctificata ſacrum transferri in vſum? Nonnè conſtat ex Ægyptiorum auro, & argento Dei iuſſu ſacra vaſa ad diuinum cultum eſſe conflata? Nonnè patet multa ex ſuperſtitione Gentilitia in Chriſtianam noſtram Religionem laudabiliter eſſe translata? Id quidem alijs adhuc exemplis, atque Patrum teſtimonijs, & auctoritate oſtendimus; & nominatim quod ad cereos, atque lampades: & quis iure calumnietur, ſi quæ olim Idolis* (ait D. Hieronymus) *eodem modo Martyribus offerantur? Quis denique calumnietur, ſi quæ olim diebus Sabbathis lucernæ accendebantur in templis; modò conſimiles in Dei Genitricis honorem ſint translata?* Dicamus ergò cum D. Greg. Nazian. ritus, mores, traditioneſque Religionis Chriſtianæ, Deum ipſum habere auctorem: quippè quæ Chriſtianis belliſſimè congruant, nec tam humanis ingenijs, atque inuentionibus, quàm diuina Prouidentia, temporiſque firmitate vigorem obtinuiſſe. *In Vigilan.* *Orat. 1. in Iul.*

* * *

Digitized by Google

CAPVT II.

De Velis ante limina templorum, ararum, imaginum. Admiſſa illa ab omni æuo ab Eccleſiâ Catholicâ, & longo vſu recepta; de columbis aureis & argenteis, deque Imaginibus ab omni æuo admiſſis.

QVæ ſuperiori Capite dicta ſunt, operæ eſt vt alijs itidem exemplis confirmentur, eccè, Vela apud Iudæos ante limina, & aras, atque imagines fuiſſe tradunt veterum monumenta, teſtor Paulinum Nolanum in Natali Fœlicis:

Aurea nunc niueis ornantur limina velis.

Apud Paganos ſimilia in templis vela. Apuleius ſuggerit:

Metam. *Dum valuis candentibus reductu in diuerſum Dea*
Venerabilem conſpectum apprecamur.

Plautus: *Iſti ſunt qui in fanis, & ſacellis obſeruent vela.*

Epiſt. ad Nepot. Apud Chriſtianos tempore naſcentis Eccleſiæ idem obſeruatum, Diuo Hieronymo teſte: *Semper ſollicitus an niteret altare, ſi parietes abſque fuligine, ſi ianitor creber in porta, vela ſemper in oſtijs.*

Idem Paulinus Nolanus: *Aurea nunc niueis ornantur limina velis.*

Poſteà, inoleuit vſus apud nos, vt altare Princeps ab eâ templi parte in quâ inſidet chorus, ſeparetur tempore Quadrageſimali, vt & cortinis, candelabris, vaſis pleriſque quibus vtimur, quæ omnia atque id genus multa, cùm Moſes, tùm Salomon ad vſum templi primum inuenere, vti ex libris Regum, & Exodo conſtat, vti animaduertit Polyd. Vergil. de Inuent. Rer. qui inſuper ſcribit, vexilla, quæ circa dies Paſchales in templis eriguntur, id ea de cauſa fieri vt triumphus Chriſti, qui à morte inſigniter reſurrexit, ſolemniter repræſentetur; illudque vel ab Ethnicis ſumptum: nam quemadmodum illi ſigna militaria, quæ deuicto hoſte cæpiſſent, vt certa victoriæ ſigna in triumphis portabant, referebantque inter cætera honorum monimenta, ſic nos Paſchali tempore vexilla illa in ſacrorum pompâ deferimus, in templiſque ſuſpendimus: fidem facit Eccleſiæ Hymnus: (Lib. 6. cap. 12.)

Cùm Rex ille fortiſſimus Mortis confractus viribus,
Pede conculcans tartara Soluit à pœnâ miſeros.

Annal. tom. 3. Atque iſta Eccleſijs offerri ſolita, verſibus his eiuſdem Sancti Paulini probat Card. Baronius.

An. 219. *Cedo, alij pretioſa ferant donaria, meque. Offi. ij ſumptu ſuperent, qui pulchra tegendis*
Vela ferat foribus, ſeu puro ſplendida lino, Siue coloratu centum fucata figuru.

Ad An. 392. Idemque Baronius contra Caluinum, & alios ſcribit conſueuiſſe vela à fidelibus oblata figuris illis effigiari, quæ referrent imagines eorum Sanctorum, quibus darentur.

Digitized by Google

darentur. Nec eſt quod quis obijciat eiuſmodi conſuetudinem vno in loco tantùm viguiſſe. Nam de Tranſmarinis in Aphricana Prouincia, de velo ſacris imaginibus depicto, diuinituſque exhibito, & appenſo in Eccleſia Sancti Stephani Protomartyris in Vzalenſi Ciuitate, eius loci Epiſcopus Euodius (cuius meminit Sanctus Auguſtinus de diuerſ. Ser. n.31. & de Ciuitate 22. cap. 8.) ſcriptis ſuis prodidit. Sed & S. Gregorium illius nominis ſecundum, imaginem Carolo magno miſiſſe oſtendit verbis ipſis Gregorij, Iacobus Marchant Paſtor Conuinienſis vir benè de ſua Eccleſia meritus. *Tom. 1. Hort. Paſtor.*

Habuit etiam Nolenſis Eccleſia ante annos ducentos ferè ſuprà mille Sanctiſſimæ Trinitatis imagines cum adſcriptis à S. Paulino verſibus: *Epiſt. 12.*

Pleno coruſcat Trinitas Trinitatis myſterio:
Stat Chriſtus agno, vox Patris cælo tonat,
Et per columbam Spiritus Sanctus fluit.

Sic columbas aureas, & argenteas in forma Spiritus Sancti (in quibus aſſeruabatur Sacra Euchariſtia) & ſuper diuina lauacra, & altaria appenſas fuiſſe idem Paulinus aſſerit, & iuſtè defendit contra Seuerum Heræſiarcham Synodus Conſtantinopolitana. Sint ergò pura puta deliramenta Caluini ſatagentis cum Iconoclaſtis imaginum vſum tollere. Nam perſpicuum & clarum eſt, teſte Euagrio, Chriſtum Dominum imaginem ſuam propriam, non coloribus quidem depictam, ſed faciei ſuæ linteo applicatam mirabiliterque adumbratam, Regi Abagaro eam deſideranti miſiſſe: ob quam imaginem plurima, & memoratu digna miracula patrata fuiſſe narrant Theophanes, & idem Euagrius, quos appellat *P. Lud. Rubrome*, qui nedum Saluatoris noſtri adhuc in ſæculo exiſtentis vnam, imaginem eiuſque Beatiſſimæ Virginis Matris, ſed plures; vt & Apoſtolorum, aliorumque ſucceſſiuis temporibus Sanctorum ad noſtra vſque tempora fuiſſe cultui hominum expoſitas clariſſimis argumentis, ac SS. Patrum teſtimonijs Athanaſij, Baſilij, Gregorij Nazianzeni, Gregorij Niſſeni, S. Chryſoſtomi, aliorumque comprobat auctoritatibus *idem P. Rubeomme* è Societate IESV vir celeberrimus in ſuo tract. de Imaginibus; de quibus commodiùs & latiùs infrà cap. XCI. & XCII. dicemus. *Tom. 3. 1. 736.* *Lib. 4. c. 6.*

CAPVT III.

Superſtitiones Gentilitiæ ad veri Dei cultum conuerſæ. Vnde vt parentalia apud Romanos, & ad funera faces, ita & Chriſtianis, Olim epulas ad Martyrum ſepulchra, & conuiuia ſuper tumulos defunctorum deferebant: ad quorum funera etiam faces adhibebant.

QVemadmodum Romani parentabant mortuis, ità & Chriſtiani Eccleſiæ primitiuæ Martyribus, ſed diuerſo ſenſu. De illis Cicero; *An me cenſetis P. C.* *Philip. 9.*

 quem

Digitized by Google

quem vos inuiti ſecuti eſtis, decreturum fuiſſe. vt parentalia cum ſupplicationibus miſcerentur? Parentalia conuiuia erant, quæ in parentum aut propinquorum funere fieri con- *In Hierem.* ſueuerant. Apertè D. Hieronymus: *Quas nos exequias ac funeralia appellamus, veteres parentalia quod parentibus vitâ iam functis præſtarentur, & quia iuſtè exhiberentur, iuſta quoque nuncupabant*, quia autem conuiuium illud ſternebatur ſuper ſilicem ſepul- *Epiſt. 122.* chralem non in menſâ, *Silicernium* dicebatur, quaſi ſiliſternium. Seneca: *Mortuus interdiu parentatur.*

Quod autem Chriſtiani in ipſis Eccleſiæ incunabulis martyribus parentarent, præſertim in Africâ, docet de ſua matre loquens D. Auguſtinus his verbis: *Itaque* *Lib 6. Confeſ. cap. 2.* *cùm ad memorias Sanctorum, ſicut in Africâ ſolebat, pultes, & panem & merum attuliſſet, atque ab Oſtiario prohiberetur. vbi hoc Epiſcopum vetuiſſe cognouit (nimirum quia nolebat Ambroſius Chriſtianos cœnas lugentium agitare, vt veteres ſolebant, teſte D. Hieronymo)* *Lib. 2. in Oſee cap. 9.* *tam piè atque obedienter amplexa eſt, vt ipſe mirarer, quod tam facilè accuſatrix potiùs conſuetudinis ſuæ, quàm diſceptatrix illius prohibitionis, effecta ſit. Non enim obſidebat ſpiritum eius vinolentia, eamque ſimulabat in odium veri amor vini, ſicut pleroſque, mares & fœminas, qui ad canticum ſobrietatis ſicut ad potionem, à qua tam madidi nauſeant, ſed illa cum attuliſſet caniſtrum cum ſolemnibus epulis, prægustandis, atque largiendis plus etiam quàm vnum pocillum pro ſuo palato ſatis ſobrio temperatum, vndè dignationem ſumeret, non ponebat. Et ſi multa eſſent, quæ illis modò videbantur honorandæ memoriæ defunctorum, idem ipſum vnum, quod vbique poneret, circumferebat: quam iam non ſolùm aquatiſſimum, ſed etiam tepidiſſimum cum ſuis præſentibus per ſorbitiones exiguas partiretur: quia pietatem ibi quærebat, non voluptatem. Itaque vbi comperit à præclaro Prædicatore, atque Antiſtite pietatis præceptum eſſe iſta non fieri, nec ab eis qui ſobriè facerent, nè vlla occaſio ſe ingurgitandi daretur ebrioſis, & quia illa quaſi Parentalia ſuperſtitioni gentilium eſſent ſimillima, abſtinuit ſe libentiſſimè, & pro caniſtro pleno terrenis fructibus, plenum purgationibus votis, pectus ad memorias martyrum afferre didicerat, vt & quod poſſet daret Gentibus: & ſic communicatio Dominici corporis illic celebraretur, cuius paſſionis imitatione immolati, & coronati ſunt martyres.*

Hunc ipſum morem idem S. Auguſtinus taxat in hunc modum: *Cùm Solemnitatem hanc* (Feſti Cathedræ Petri) *Eccleſijs meritò religioſa obſeruatio introduxerit, miror* *Serm. 15 de Sanctis.* *cur apud quoſdam infideles hodiè tam pernicioſus error increbuerit, vt ſuper tumulos defunctorum, cibos & vina conferant, quaſi egreſſæ corporibus animæ, carnales cibos requirant.*

Verùm conuiuia illa Chriſtianorum *Agapes* nominata, & quæ in Eccleſijs peragi conſueta (moris enim erat dapes deferre ad memorias, ſiue ſepulchra Martyrum, vt diximus, quæ erogari ſolebant in cibos pauperum, qui ad Eccleſiam in Martyrum Natalitijs ad Agapen conuocabantur) Ambroſius, & Auguſtinus ab *Lib. de Dupl. Martyrio.* Eccleſijs ſuis ſuſtulerunt. & meritò: cum temulentia adeò in templis ad memorias Martyrum frequens eſſet vt pro crimine non haberetur, teſte S. Cypriano.

Ad hæc, vt Gentiles ad ſepulchra defunctorum faces accendebant, teſte Sueto-

Digitized by Google

tonio in Tiberio, ità etiam Chriſtianos accenſis cæreis & cantu ſolitos proſequi pompam funeris, multis habetur teſtatum exemplis, inquit Eminentiſſ. Card. Baronius, quod probat auctoritate Pontij Diaconi, in funere Sancti Cypriani Martyris, verbis iſtis: *Indè cum cereis & ſcholaribus in areis cuiuſdam Candidi Procuratoris magno triumpho corpus eius ſepultum eſt.* Hanc ipſam veritatem adſtruit quoque Gregorius Nyſſen. in funere Meletij, cùm ait: *Quomodo vtriuſque quaſi ignei amnes continentibus facibus, tractu continuo, perpetuoque fluentes, quoad oculi longiſſime proſpicere ſolent porrigebantur.* Greg. Nazianzenus non prætereundus in funere Cæſarij, cuius Mater faces geſtabat: *Cum multiplici*, inquit, *hymnorum cantu deducitur, celebrique pompa ad Martyrum ſedem affertur, ſanctiſque parentum manibus honoratur, Matre accenſas faces geſtante.* Sed non mirum eſt hæreticos noſtri æui non præferre exequijs ſuorum faces, qui fidei face ſunt priuati. Cap. 48. Ab An. Christi 34.

Apud antiquos Chriſtianos haud dubium eſt, quin vſus ille cereorum in exequijs celebrandis frequentiſſimus etiam cum cantu Eccleſiaſtico fuerit, appello in teſtem S. Gregorium Nyſſenum, de quo Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius: *Gregorius*, inquit, *religioſè curato S. Sororis ſuæ puriſſimo corpore, Eccleſia antiquo more cum Pſalmorum cantu, noctis peruigilio, & accenſis cereis ad Martyrum Ædem religioſo funere ſuſceptum, legationis munus obiuit.* Quibus iunge alia exempla, aliosque ritus funerum quæ dabimus infrà Capite XLI. & Capite LXXXIV. Ad Anni Christi 378.

CAPVT IV.

Veteres antequam menſa accumberent, Deos ſuos inuocaſſe; Chriſtianos olim & nunc Deum verum inuocare ſolitos, ſed & crucis ſignaculum cibo ac potui præmiſiſſe. Traditionibus Eccleſiæ credendum. Vſus ſigni Sanctæ Crucis quàm antiquus in Eccleſia Dei.

PRiſcos Gentilium initio menſæ (vt nos verum vnumque Deum) vanos Deos ſuos inuocaſſe in confeſſo eſt apud Quintilianum: *Habuiſti honorem, & illud humile limen intraſti, & adiiſti menſam: ad quam cùm adire cæpimus, Deos inuocamus.* Apud Stobæum Diotogenis Pythagorici extat hoc præceptum: *Benè ſit etiam, vt Deus initio & cœna, & prandij inuocetur: non quia tale quid Numini ſit opus, ſed vt quiſque Dei recordans animo ſit compoſito.* Chriſtianos verò Deum ſuum inuocaſſe initio naſcentis Eccleſiæ Tertullianus auctor eſt: *Non priùs*, inquit, *diſcumbitur, quàm oratio ad Deum prægustetur*, quem ſanè morem ad poſteriora ſæcula deriuaſſe perſpicuum eſt, ex Gregorio Turonenſ. qui narrat cùm in eadem menſa ſimul eſſent Sacerdos Catholicus, & Hæreticus, noluiſſe Hæreticū cibos attingere, quos Catholicus cruce conſignauerat, ꝙ nimirū inoleuerat ille vſus, vt is cōmunicare in eadē religione cenſeretur cum eo qui illos benedixiſſet. Quin imò vſū alibi antiquū laudat, quo Declam. 301. Cap. 41. Apolog. aduerſ. gentes. Lib. 1 de Miracul. cap. 80.

dum

Digitized by Google

dum panes pinſentur figura crucis imprimebatur; quod & nunc apud piſtores, vt audio, vſu receptum eſt.

Vndè diſcant illi ante orationem, & alios actus indifferentes ſignaculum crucis præmitti ſolitum, neque nouum eſſe inuentum, neque ſuperſtitioſum, ſed laudabile & antiquiſſimum, & ab Eccleſia Catholica vſum hunc eſſe receptum, ſuper quo audiendus rurſum Tertullianus: *Ad omnem*, inquit, *progreſſum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum & calceatum, ad lauacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quocumque nos conuerſatio exercet frontem Crucis ſignaculo terimus.* ità Tertullianus, qui fuit ſub initium ſecundi poſt Chriſtum natum ſæculi. Quod ſi prætendat Hæreticus legem Scripturæ in qua id ſancitum ſit ab Eccleſia, reſpondebimus cum eodem Tertulliano: *Nullam inueniri: traditio illi prætendetur auctrix, conſuetudo confirmatrix; & fides obſeruatrix.* In quem ſenſum D. Baſilius libro de Spiritu Sancto: *Dogmata*, inquit, *quæ in Eccleſia ſeruantur & prædicantur, partim ex conſcripta doctrina habemus, partim ex Apoſtolorum traditione, in myſterio ad nos delata recepimus; quæ vtraque tandem ad pietatem vim habent, & nemo his contradicit, qui vel mediocrem ſaltem Eccleſiaſticorum iurium experientiam habet.* Hæc ille.

Lib. de Corona militis. *Cap. 27.*

Idemque Baſilius, mox præter alias traditiones non ſcriptas, enumerat ſignum crucis *tanquam vulgatiſſimum, & omnibus notiſſimum, & vſitatiſſimum*, ac omnibus Chriſtianis Principibus in honore habitum, vt omnes teſtantur Hiſtoriæ. Et inter alias de Magno Conſtantino Imper. cui ſignum Crucis tanquam ſalutis humanæ, & redemptionis per Chriſtum factæ diuinitùs in Cœlo apparuit, cum hac voce IN HOC SIGNO VINCES.

CAPVT V.

De cereis ac lichnis ante Deorum ſimulachra. Vota obſignabant Ethnici ceram genubus Deorum affigentes, & quare genubus? Templa ipſis conſecrabant, atque aras floribus exornabant. In funeribus cereis vtebantur. Lucernæ in Templis antiquorum Chriſtianorum.

DE cereis & lichnis ante Gentilium ſimulachra apponi ſolitis, vt noſtras apud Imagines vſu receptum eſt, paullò antè obiter diximus, lubet nunc alijs item firmare auctoritatibus, & imprimis Lactantij: *Mactant hoſtias*, inquit, *Deo tanquam eſurienti, profundunt vina tanquam ſitienti, accendunt lumina velut in tenebris agenti.* Adde fragmentam Senecæ in ſuperſtitionem veterem: *In Capitolium*, inquit, *perueni: pudebit publicatæ dementiæ, quod ſibi vanus furor attribuit officij, alius lumina Deo ſubijcit.* Ecce lumina ante Deorum ſimulachra.

Lib. 6.

Iuuenalem audi;

Saty. 10.

Ergò ſuperuacua, aut pernicioſa petuntur.
Propter quæ fas eſt genua incerare Deorum.

Vo-

Votum ergò cera obſignatum affigebant genubus ſimulachrorum, & ſe voti reos conſtituebant. Huc Plinius ad Imper. Traianum: *Solemnia vota pro incolumitate tuâ, quâ publica ſalus continetur, & ſuſcepimus, Domine, pariter & ſoluimus, precati Deos, vt velint ea ſemper ſolui, ſemperquè ſignari.* Lucianus in Philoph. *Iacebant*, inquit, *ad pedes eius ſtatuæ oboli, & argentea tabella cerâ affixa ad femur iſtius Dei.* Apul. de Aſino: *Votum in alicuius ſtatuæ femore aſſignaſti*: Prudentius lib. 1.

Lib. 1. Epiſt. 10.

—— *Saxa illita ceris Viderat.*

Ceris intellige votiuis: obſignabant enim votum ſuum, cerâ, quod alicuius Dei femori affigebant, vt diximus: vndè natæ locutiones, *ſignare votum*: *ſoluere votum.* Et cum voti compotes erant facti, & quia nonnihil ceræ ſimulachro per crebram illam affictionem inhærebat, hinc dicebantur femora illius, aut genua incerata. Cur autem genua potius incerarent, quam aliam corporis partem, hanc nonnulli cauſam afferunt, quod genua ſint ſymbola Miſericordiæ, quorum tactu illam implorabant. Seru. in 3. Æneid. & in Eglo. 6.

Inſuper, vt nos, ita & illi Ædes Dijs ſuis deſtinatas conſecrabant, vt maiorem afferrent religionem, teſte M. Tullio.

Pro domo ſua ad Pontif.

In funeribus etiam vtebantur cereis priſci Catholicorum, vt auctor eſt Gregorius Nazianzenus, tum vt conſtaret eos tanquam inuictos milites de hoſtibus quà viſibilibus, quà inuiſibilibus triumphare; tum quod illis optemus æternam illam lucem, & gloriam ſempiternam. Ita de Deiparâ Virgine, quod accenſis luminibus ſiue cereis illa ex hac migrarit vita ad filium, qui lux eſt mundi, & eodem ritu quo vtitur Eccleſia Catholica ad tumulum deportatam eſſe ſcribit Nicephorus.

Orat. 2. in Iulianum & Hom. 79. ad Popul.

Aras quoque ſolebant coronare vt nos, & exornare floribus, myrtoque & oliua, quam verbenam vocabant, ſed & thus adolebant. Plinium teſtor cui ſcriptum à Traiano Imperatore ſummo Chriſtianorum perſecutore, vt qui ſe tales negarent, reque ipſa Dijs ſacrificarent, quamuis ſuſpecti fuiſſent veniam ex pœnitentia impetrarent. Indè opinor factum vt Soter Pontifex ſanciuerit, ne thuris miniſterio Eccleſia vteretur, licet poſtea exoletis iſtis priſcis ritibus in alia omnia itum ſit. Ex illa conſuetudine verbenis aras tegendi Maro ſcripſit:

Lib. 2. Hiſt.

Lib. 10. Epiſt. 100.

Acceſſi viridemq; ab humo conuellere ſyluam
Conatus, ramis tegerem vt frondentibus aras.

Lib. 3. Æneid. Vide Turneb. 21. aduer. cap. 4.

Cæterum, calumniantur Hæretici noſtri temporis qui nos Idololatras indigitant, quod lichnos, ſiue cæreos accendamus ante reliquias Sanctorum, vel eorum imagines, cum is vſus fuerit iam inde à primis Eccleſiæ temporibus ad noſtrum vſque ſæculum continuatus, vt diximus Capite præcedenti, qua inſania etiam laborauit Vigilantius hæreticus, aduerſus cuius peſtiferam doctrinā egregiè ſcripſit D. Hieronimus, Sanctus quoque Athanaſius, Epiſt. ad Orthod. queritur valde de inſolentia Arrianorum, qui furto abſtulerant cereos ab Eccleſijs Catholicorum, & ludibrij gratia certis Idolis apponebant.

Epiſt. 93.

Sed lucifugas iſtos relinquamus, & Sancti Auguſtini teſtimonio roboremus v-

Serm. 215. de Temp.

Hom. 60. ad Pop. Antioch. Tom. 4. ſum cereorum, quem ipſe probat, imò cereos offerre hortatur: vt & S. Chryſoſtomus, qui inſuper ſcribit argenteas catenas & lucernas pro aris ſuſpendiſſe. Exſtat apud Surium oratio Gregorij. Cæſareæ Cappadociæ de Sanctis (318.) Patribus Nycenæ Synodi, in qua mentio fit cuiuſdam Tribuni militum, qui & templum, vel potius templi habitatorem Chriſtum honorauerat, & lucernis in templo accenſis placauerat. Conſtantinus Imper. in decreto donationis factæ Syluestro, commemorat ſe S. Petro, & Paulo Apoſtolis Eccleſias ædificaſſe, quibus vt ſemper haberent lumina accenſa, poſſeſſiones & agros adiecit. Apagite ergo qui luminaria tollitis: quamuis nil mirandum ſit, qui mentes cymerijs tenebris obſcuriores habetis, lucéque veritatis quam Orthodoxa Eccleſia proponit fingitis, legite magnum Bellarminum tom. 11. Controuerſ. lib. 2. de Reliquijs Sanct. cap. 3. & ſeq. & non dubiè herbam illi & orthodoxis omnibus dabitis.

CAPVT VI.

De clypeis, & vſu eos ponendi in templis Paganorum, ac Iudæorum: etiam Bibliothecis: eos fuiſſe aureos, qui differrent à ſcutis. De cereis in feſto Purificationis B. Mariæ adhiberi ſolitis; eiuſque origo vt & Circumciſionis, alijſque Paganorum ritibus ad nos translatis.

CLypei ſcuta maiora, inquit Seruius, dicti ab eo quod celent corpus, id eſt, ἀπὸ τοῦ κλέπτειν. Idem Seruius in Virgil. *Clypei peditum ſunt, ſcuta equitum.* Liu. lib. 6. *Clypeis Romani vſi ſunt, deinde poſtquam ſtipendiarij facti ſunt, ſcuta pro Clypeis fecère* nomen ſcuti παρὰ τὸ σκῦτος, id eſt, à loro, è quo prodijt, vel vt vult Iſidorus, ab excutiendo quod excutiat tela. Differebant forma: Clypei enim formâ rotundâ & in orbem iuſtum relata; ſcuta in longum exibant, & ad pedes vſque demiſſa erant, vt ex Plutarcho probat I. Lipſius. *Lib. 5 de Milit. Rom.*

Porrò, apud Romanos inoleuerat conſuetudo ponendi Clypeos clarorum virorum in Templis, vel Bibliothecis, eoſque interdum ex auro teſte Suetonio de Caligula: *Cap. 16.* *Inter reliquos honores decretus eſt ei Clypeus aureus, quem quotannis certo die Collegia Sacerdotum in Capitolium ferrent, Senatu proſequente, Nobilibuſque pueris, ac puellis carmine modulato laudes virtutum eius canentibus.* De Germanico Tacitus: *Lib. 2. Annal.* *Cùm cenſeretur Clypeus, auro, & magnitudine inſignis, inter auctores eloquentiæ, adſeruit Tiberius, ſolitum, paremque cæteris daturum.*

3. Reg. 10. Par conſuetudo apud Hebræos: nam legimus Salomonem ſexcentos auri ſiclos dediſſe in laminas vniuſcuiuſque ſcuti. Poſteà populatâ vrbe Ieroſolyma à Seſace Rege Ægypti ſublati fuère illi Clypei, & pro aureis æreos repoſuit Roboam. Sed illi non ad magnorum virorum decus, ſed ad militum armaturam: *Mille*, inquit, *Clypei pendent ex ea omnis armatura fortium* in Cant. Cantic. Nam Rege ingrediente domum Dei, prætoria cohors portabat illos clypeos, regrediente in armamentarijs reponebat.

Le-

Digitized by Google

Lego etiam Machab.1. *Miſſum Clypeum aureum mille mnarum ad renouandam ſocietatem Iudæorum cum Romanis.* Etiam lego Paganos in templis clypeos ab hoſtibus captos ſuſpendiſſe,ſi Poëtæ credendum eſt:

—— *Arma Diripite ô pubes tẽplis,vos atria raptim Nudate,& Clypeos in bella refigite captos.* Silio

Quod obtinuit etiam longè antè. Nam de Philiſtæis, vbi de armis Saül: *Poſuerunt arma eius in templo Aſtaroth.* quod & Iudæi fecerunt. Nam & Machab. 1. dicitur: *Ornauerunt faciem templi coronis,& ſcutulis.* lib.10. Reg.1.c.31.

Sed & Clypei ponebantur ad Bibliothecarum decus,erantque magnorum virorum Imagines depictæ, quod à ſagata militia ad togatam venerant. Nam Troiano bello,ſcuta effigiem geſtantis habebant. *Scutis enim qualibus apud Troiam,* inquit Plinius, *pugnatum eſt:continebantur Imagines origo plena virtutis,faciem reddi in ſcuto cuiuſque qui vſus illo fuerit.* Lib.35. c.3. Nat. Hiſt.

Hæc autem hactenus dicta ſint,vt videat Lector Paganos à Priſco Hebræorum fideli populo nonnulla è ſacris illorum ad ſua traduxiſſe. Vt ſanè notâ cenſoria digni eſſent(vt antè oſtẽdimus)qui exiſtimarẽt nobis etiã Chriſtianis non licère ritus Gentilium priſcos,ad noſtram Religionẽ transferre, & per ſigna viſibilia, myſteria fidei pãdere,iſtorũq; Gentiliũ turpiſſimas cõſuetudines certâ pietate obliterare.

Sic ſolebant illi in honorem Deæ Proſerpinæ,quam fingunt fuiſſe raptam,facibus & cereis accenſis currere per Vrbem,ità initio Februarij,& Februo, id eſt Plutoni,accenſis cereis ſacrificare,& Ciuitatem luſtrare ex ordinatione Numæ Pompilij,qui hunc Menſem illi dicauit. Hæc luſtrandi conſuetudo,vt penitus tolleretur, Sergius Papa Anno Domini 690. ſub Iuſtiniano ſecundo (cui & illam Durandus tribuit)cereos accenſos in publica ſupplicatione ipſo Purificationis B. Mariæ Virginis feſto,deferẽdos ex ipſa hiſtoria Euãgelica ſumpta eiuſmodi occaſione ſtatuit.

Eodem ſanè modo quo & eadem Rom. Eccleſia ad ſuperſtitiones Calendarum Ianuarij abolendas Circumciſionis Dominicæ,quæ eodem die accidit Feſtum celebrandum inſtituit. Itemq; ad varias ſuperſtitiones,Calendarum Auguſti extirpandas,in quibus Auguſto Cæſari,ut in Ianuario Iano, epulas,& in ferias conſecrabãt, feſtũ vinculorũ B.Petri,quæ eo tempore Romã allata ſunt comodiſſimè ordinauit. Ità qui Plutonij tributi erant cerei,tranſlati ſunt ad ſacrũ Purificationis feſtũ,vt dictum eſt per ſummos Eccleſiæ Præſules,qui cerei Chriſti carnẽ fragilẽ repræſentãt,& quidem de puriſſima Virgine natã;ſicut cera ex apum labore conficitur,quæ ſine vlla commiſtione naſcuntur,lucem autem ſuperferri videmus,quæ Chriſti diuinitatem repræſentat.

Cerimoniatũ quidẽ iſtatũ doctrinã, & vſum ridẽt hæretici, quaſi Solẽ facib. illuſtrare velimus,ſed his reſpondet Dionyſ. Areopagita Diui Pauli diſcipulus,verbis iſtis: *Principes noſtri viſibilibus ſignis cæleſtia Sacramenta texerunt,& ſub humanis Imaginibus res diuinas tradiderũt,& in ſpirituali figurã maieſtatẽ ſpiritualem repræſentarũt, vt pro modo, ac ratione captus noſtri figuris viſibilibus,quaſi adminiculis quibuſdã ad myſteriorum arcaſtiorẽ intelligentiam ſubueheremur.* Vid. Bed.lib.de Temp. Alcuinum de Offic. Eccleſ. & nouiſſimè Staplet.in Promp.Cat.in die Purifi. Nauar.tract.de Orat.cap.9.

CA-

CAPVT VII.

Qui Præſulibus ac Sacerdotibus delati olim honores fuere, iiſdem fere Ethnicos ſuos decoraſſe Pontifices & Sacerdotes. Veſtalibus antiquis coma detonſa, vti apud Parthenones noſtri temporis.

Tom. 3. Annal. An. 324.

COmperio quoque priuilegia & honores tribui ſolitos Idolorum Sacerdotibus affines fuiſſe honoribus, quibus inſigniri ſolent Pontifices Maximi. Nam vti teſtatur Illuſt. Card. Baronius, inter Idolorum Sacerdotes eminebat Rex Sacrorum, qui in conuiuijs ſuper omnes accumbere ſolebat. Erat & Pontifex Maximus arbiter humanarum atque diuinarum rerum omnium: quod breuiter explicatum habes in Feſto Pompeio in voce *Ordo* de Verb. ſignif.

In qua Rom ſt. quæſt. 40. Lib. 12. Lib. 27. Lib. 29. cap. 9.

At vt exordiamur à ſacris illorum Ethnicorum, legimus in *Augure*, cum Comitia irrita reddere, & abdicare etiam Conſules Magiſtratu potuiſſe, vti Cicero ſatis diuerſis in locis de legibus oſtendit. Vetitum eis erat, inquit Plutarchus, equo vehi, ſed vti carpento pro illa qua fungebantur ampliſſima dignitate iubebatur. Sic Sacerdotum peculiaris mos erat, quod affirmat Tacitus, carpento etiam Capitolium ingredi. Sic & videas Romanos modò Pontifices, quod etiam tradidit Marcellinus per Vrbem Rhedis, ſeu carrucis vehi. *Procedunt*, inquit, *vehiculis inſidentes circumſpectè veſtiti*: Idcircò autem equo vehi religio antiquis illis erat, quod equinum fel damnaretur inter venena, veluti Plinius ſcribit.

Quæſt. 9. Quæſt. 49. Lib. 1. Noct. Attic. cap. 15.

Sed & magna illa dignitas adeo eximia videbatur, vt nunquam pileum (inſigne flaminum) deponerent: cum vt teſtatur Plutarch. cæteri ſolerent occurentibus caput detegere. Obſeruat hoc ipſum in hanc diem Romanus Pontifex. Refert idem Plutarchus etiam de alijs, flaminis immunitatem, vt iurare ei minus liceat, quod non conueniat de rebus paruis fidem ei non haberi, cui res ſacræ, & maximè concreditæ ſunt, ſunt & alia plura quæ recitat Gellius, à quorum nonnullis vt ſuperſtitione infectis, Chriſtiani Pontifices abſtinere conſultius iudicârunt.

Rurſum, Deorum Sacerdotes purpura induebantur, eademque prætioſa; nempè bis tincta, vt indicat Cicero ad Atticum. Moris quoque erat cum dedicaretur Sūmus Sacerdos, vittâ, & corona aurea ornari. Vnde Prudentius eorundem ritus referans, hæc inter alia canit:

Cit. loco.

Mirè infulatus feſta vittis tempora
Nectens, corona dum repexus aurea
Cinctu ſericam gabino fultus togam.

Lib 1. Annal.

Sed ſummos Chriſtianæ legis Antiſtites longè ante tempora Conſtantini Imper. ipſos inquam Chriſti Apoſtolos, laminam auream in ſacris geſtare conſueuiſſe refert Baronius.

In Numa.

Rurſum, Pontifex Maximus, auctore Plutarcho in alios omnes Sacerdotes habebat Iuriſdictionem, etiam in Flaminem Dialem: qui licet poſt Pontificem maior cæte-

Digitized by Google

cæteris auctoritate, ac dignatione haberetur, tamē ſi valetudo aduerſa eum inceſſiſſet, vt notat Tacitus, abeſſe non poterat niſi Pontificis Maximi arbitrio: Itā qui vel purpureo, vel Inſularum decore inſigniti ſunt, citra S. Præſulis aſſenſum à ſuis reſidentijs abeſſe nequeunt. *Lib. 3. Annal.*

Denique, mos etiam antiquus erat, vt aliquid pro introitu Sacerdotij erogaretur, quemadmodum refert Suetonius, vt & pro introitu militiæ, teſtante Plinio: ſic & Præsbyteros atque Clericos aliquando Xenia, & his ſimilia pro introitu Eccleſiæ contuliſſe ſcribit Anaſtaſius Germonius, quod tamen modò ſacris Concilij Tridentini Conſtitutionibus vetitum eſt. *In Claudio cap. 9.* *Lib. 1. de Sacror. immunit. c. 3.*

Similiter Veſtalibus crines detondebant, quod & vſu venit Monialibus noſtris, quaſi eiurent Faſtus ſeminaria perpetuæ caſtitatis (cuius auocamentum eſſe queat comptus capillus) obſeruationem profeſſæ. Ex quibus apparet non pauca Paganis vſitata, ad res noſtras eſſe deriuata, etſi diſſimili modo, & ratione, vti ſuprà cap. 1. & ſeq. oſtenſum eſt, & modò pro coronide Cap. ſequenti pandemus.

CAPVT VIII.

Quemadmodum Lucerna & Laurus ædibus priuatis apponi ſolita, ita etiam ſacris in publicâ præſertim lætitiâ vt & in templis Chriſtianorum lucerna, cerei, flores, ramuſculi, & his ſimilia.

QVia gaudent nonnullli peritia moris priſci, quibus potiſſimum hæc ſcribuntur, ſubnecto vſitatum fuiſſe cum in priuata, tum in publica lætitia, ianuas, & feneſtras (quod hodieque in Vrbe videmus) lauro, lucerniſque exornare, priuata quidem in nuptijs: vnde de ea quæ mox à nuptijs diuerterat Iuuenalis ſic pangit: *Satyr. 6.*

Ornatas paulò ante fores pendentia liquit Vela domus, & adhuc virides in limine ramos. *Satyr 10.*

In publica verò lætitia, idem Iuuenalis:

Pone domi lauros, duc in Capitolia magnum Cretatumque bouem.

Tertullianus: *Cur die læto non laureis poſtes adumbramus? nec lucernis diem infringimus?* Plinius. Laurum vocat præcipuam lætitiæ victoriarumque nunciam. Apuleius: *Domus tota lauris obſita, tædis lucida, ſtrepebat Hymenæum.* Panegyriſtes in laudatione Theodoſij: *Quid portas virentibus ſertis coronatas? quid aulæis vndantes plateas, accenſiſque funalibus auctum diem referam?* *Apolog. ad gentes.* *Lib. 15. Nat. Hiſt. c. 30.*

Prudentius contra Symmach. 2.

Quò te ſuſcipiam gremio latiſſimè Princeps, Quos ſpargam flores? *Lib. 2. ad vxorem.*

Tertull. *Prodit de ianua laureata, & lucernata, vt de nouo conſiſtorio libidinum.* Sed Chriſtianis iſta exoleta ſunt, vt ex Cānone Gratiani liquet. Manſerunt tamen apud Iudæos ritus iſtius Gentilitatis reliquiæ, quod colligimus ex Perſio: *27. quaſt. 7.*

------- At cùm Herodis venêre dies, vnctaque feneſtra,
Diſpoſita pinguem nebulam vomuêre lucerna. *Satyr. 5.*

Digitized by Google

Vncta feneſtra, quiæ perfuſæ domus vnguentis, & fores id eſt feneſtræ. Quod collige ex alio Poëta.

Catull.

Mihi lumina tepida Mihi floridis corollis Redimita domus erat.

Iudæi enim paulatim Romanos imitati, Sabbathi ſui diem, & alios feſtos vanâ ſuperſtitione colebant, lucernaſque illo die accendebant, vt auctor eſt Scholiaſtes Perſij: *Herodiani*, inquit, *obſeruant Sabbatha, quo die lucernas accenſas, & violis coronatas in feneſtris ſuis ponunt*. Morē hunc taxat Seneca: *Accendere aliquē lucernā Sabbathis prohibeamus, quoniam nec lumine Dij egent, & ne homines quidem delectantur fuligine.*

Epiſt. 95.

Atque hic mos ſenſim defluxit in Chriſtianos, primitiuæ Eccleſiæ, teſte Paulino:

Natal. 3. Sancti Fœlicis.

Clara coronantur denſis altaria lychnis
Limina ceratis adolentur odore papyri,
Nocte dieque micant, ſic nox ſplendorque diei,
Fulget, & ipſa dies cæleſti illuſtris honore
Plus micat innumeris lucem geminatque lucernis.

Vndè videre eſt, non ſolum ad expellendas tenebras vſum lampadum in primitiua Eccleſia fuiſſe, ſed etiam clara luce ad lætitiam, & ſacri cultus celebritatem indicandam. Indè ordo Acolytorum, Ceroferariorum, de quibus mentio apud Cyprianum, Cornelium Papam, Euſebium, & alios. Lucernis porrò, vt & vaſis argenteis, vſos fuiſſe in ſuis Eccleſijs Chriſtianos tempore naſcentis Eccleſiæ Baronius pluſculis in locis oſtendit.

1 & 2. Tom. Annal.

Itaque nouum non eſt vt in Eccleſia Orthodoxorum lucernæ, ac cerei accendantur antè Diuûm Imagines, vel Martyrum ſimulachra, id quod idem Eminentiſſimus Cardinalis Baronius fusè probat teſtimonio Enodij Vſalenſis Epiſcopi, cuius meminit S. Auguſtinus, qui tractat de cereis afferri ſolitis ad reliquias Sancti Stephani. Et S. Athanaſius deplorat cereos vt alibi diximus, à fidelibus oblatos, & ab Arrianis ſublatos, eò quod Idolis oblati, & incenſi fuiſſent. Qua de re præclara etiam videantur teſtimonia apud Bellarm. tom. 1. Controu. p. 2. lib. 2. cap. 3. & nos infrà cap. 18.

Tom. 2. Annal. An. Chriſti 58. Lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 8.

Neque ſolum lucernæ, ſed & flores, & ramuſculi arborum adhibiti. Audito Heraclij Imper. Conſtantinopolim aduentu, populus intolerabili deſiderio obuiam illi facti vnà cum Cōſtantio eius filio egreſſi ſunt inquit, Theophanes in Annal. portantes ramos oliuarum, & lampades, laudantes eum gratulatione & lachrimis. Atque hunc morem Chriſtiana pietas traduxit ad Eccleſias Martyrum. Vndè D. Hieron. Nepotianum laudat, quod Eccleſias illas diuerſis floribus arborum comis, vitiumque pampinis exornaret; vt & lychnis & cereis apud veteres, & quidē clara luce, quod me docet Lactantius: *Mactāt hoſtias Deo, tanquam eſurienti, profundunt vina tanquam ſitienti, accendunt lumina velut in tenebris agenti.* Satis horum: ad alios iam progrediamur Eccleſiæ ritus.

Epiſt. 3.

CA-

Digitized by Google

CAPVT IX.

Vſus Tonſuræ Eccleſiaſticæ, vt & Coronæ. Vndè illius origo? qui differat antiqua ab hodierna. E dictum ne Clerici comam nutriant.

TOnſuræ Eccleſiaſticæ vſum proceſſiſſe à Nazareis ex Iſidoro ediſco: Illi enim priùs crine ſeruato, diuina poſt magnam continentiam deuotione completa, caput radebant, & capillos qui erant Deo conſecrati, in igne ſacrificij ponere iubebantur: ſcilicet, vt deuotionis ſuæ notam aliquam Domino ſacrificarent. Huius ergò exempli vſus ab Apoſtolis introductus eſt, vt hi qui in diuinis cultibus mancipati Domino, conſecrentur, & quaſi Nazaræi, id eſt, ſancti Dei, crine præciſo innouentur. Hoc quippe & Ezechieli Prophetæ iubetur, dicente Domino: *Tu Fili hominis ſume tibi gladium acutum, & duces ſuper caput tuum, & barbam*; videlicet, quia & ipſe Sacerdotali genere Deo in miniſterium ſanctificationis deſeruiebat. Hoc & Nazareos illos Priſcillam, & Aquilam in actibus Apoſtolorum primum feciſſe legimus, Paulum quoque Apoſtolum, & quoſdam diſcipulorum Chriſti, qui in huiuſmodi cultu prædicati, & mirandi exſtiterunt. Hactenus de Nazareis tonſis & raſis. Modò de Clericorum tonſura, quæ non erat aliud quam ſignum quod in corpore quidem figuratur, ſed in animo noſcitur, ſcilicet, vt hoc ſigno in Religione vitia reſecentur, terrenaque contemnantur, vt ſcribit Auguſtinus, adeoque criminibus carnis noſtræ, quaſi crinibus exuamur, & indè innouatis ſenſibus, & comis rudibus euileſcamus, expoliantes nos (iuxta Apoſtolum) veterem hominem cum actibus ſuis, induentes nouum, qui renouatur in agnitione Dei. Quam renouationem in mẽte quidem oportet fieri, ſed in capite demonſtrari, vbi ipſa mens noſcitur habitare. Quod verò detonſo capite ſuperius, & inferius circuli corona relinquitur, Sacerdotium, Regnumque Eccleſiæ in eis exiſtimo figurari, ita ille.

Lib. 1. de Offic. Eccleſ. — *Num. 6.* — *Ezechielis 5.* — *Act. 18.* — *Lib. de Contemptu ſæcul.* — *Vide Cardinal. Baron. Tom. 1. Annal.*

Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus aliam huius circuli ſeu coronæ cauſam affert. *Duplex*, inquit, *corona circumpoſita capiti Sacerdotis, capillorum ſignificatione, imaginem refert refert venerandi capitis Apoſtoli Petri; qui cum miſſus eſſet ad prædicationẽ Domini & Magiſtri ſui, ei tonſa eſt coma ab his, qui eius ſermoni non credebant, vt illuderetur ab ipſis, eique Chriſtus Magiſter benedixit, & infamiam in honorem, illuſionem in gloriam vertit*. Ita ille.

In Theoria Rer. Eccleſ.

Alij exiſtimant verius eſſe formam, & ſignum huius magnæ coronæ à Sancto Petro electam ob honorem, & reuerentiam coronæ ſpineæ, qua in Paſſione ſua Redemptor noſter coronatus eſt, ad cuius imitationem coronam ſuo in capite formauit, vt ſalutifera homini paſſio nunquam ex animo excideret. In qua ſententia eſt Ven. Beda: *Nos*, inquit, *paſſionis Domini ſignum in vertice geſtamus, neque ob id tantum in coronam attondemur, quia Petrus ita attonſus eſt, ſed quia Petrus in memoriam Dominicæ Paſſionis ita attonſus fuit, & nos qui per eandem paſſionem ſaluari deſideramus, ipſius paſſionis ſignum cum illo in vertice geſtamus*.

Lib. 5. Hiſt. Angl. c. 22.

Cæte-

Digitized by Google

Canone 40. Cæterum, corona illa qua hodie maior pars Cleri vtitur inſtar breuiculi orbis in capitis vertice olim ignota fuit, quod probare videtur Concilium Toletanum IV. quo ſtatuitur, *vt omnes Clerici, vel lectores ſicut Leuitæ, & Sacerdotes detonſo ſuperius capite toto, inferius ſolam circuli coronam relinquant, non ſicut huc vſque in Galliciæ partibus facere Lectores videntur, qui prolixo, vt Laici, comis in ſolo capitis apice modicum circulum tondent: Ritus enim iſte in Hiſpanijs ad vſque Hæreticorum fuit.* Hactenus Canon relatus tom. 3. Concil. pag. 73.

Idem in conſtitutionibus Eccleſiæ Oxonienſis in Anglia tempore Stephani Archiepiſcopi ſancitum: *Ne ſcilicet Clerici comam nutrirent, ſed honeſtè tonſi, & coronati incederent.* Imo extat Conſtitutio Gregorij iunioris: *Si quis*, inquit, *ex Clericis comam relaxauerit Anathema ſit.* Quod tamen non de excommunicatione quæ fit ipſo iure, ſed quæ per Iudicem infligitur, capiunt Doctores. Vnde in Decretis etiam Legati Pontificij Hugonis de Petra ſancta ad Leodienſes ſub annum Chriſti milleſimum ducenteſimum ſecundum inter alia habetur: *Clerici comam nutrientes tam diu ſuis careant ſtipendijs, donec detonſo capite congruam fecerint tonſuram*; qualem ſcilicet ſuprà deſcripſimus, quæ differebat à corona Monachorum, quippe qui totum fere caput radebant, vt modo Carthuſiani. Vide Baron. tom. 1. Annal. An. Chr. 58. vbi etiam ſcribit Epiſcopos olim magna ex parte capitis abraſos fuiſſe, quod & in Pontifice Max. hodie alijſque Epiſcopis cernitur. Videatur etiam latè R. P. Iacobus Lobbetius Societatis IESV Theologus in ſuo Speculo Eccleſiaſtico cap. 2. de Tonſura Clericali.

In cap. Si quis 4. de Vita & honeſt. Cler. Boet. Epo. in d. c. ſi quis & c. Clericus.

CAPVT X.

Vt Natalis dies aſſumpti ad Imperium olim feſtus erat, ita etiam dies quo Præſul ad Præſulatum fuerat aſſumptus.

DE Natalitio die quo Imperatores ad Imperium aſſumpti erant latius ſcripſimus ſupra parte 1. cap. XII. nunc lubet affinia his ſubnectere, quæ à Suetonio notata, exindè, ea quæ de euectis ad Præſulatus honorem ſpectant, ſubijciemus. Cap. 59. Scribit igitur in Auguſto Suetonius inter honores ei delatos: *Quaſdam Italiæ Ciuitates diem quo primum ad ſe veniſſet, initium anni feciſſe.* Et alibi: *Equites Romani natalem* C. 57. *eius ſpontè, atque conſenſu biduo ſemper celebraſſe.* Idem in alijs. Vnde Martialis de Natali Domitiani.

Cæſaris alma dies, & luce ſacratior illa Conſcia Dictæum, quâ tulit Ida Iouem.

Adde Platonem in Alcibiade: *Poſtquam verò natus eſt primogenitus, qui ſuccedit in Regno, primum quidem eum dum omnes, qui ſub Regno ſunt celebrant, atque ita impoſterum quotannis natalem Regis diem ſacris ac feſtis omnis Aſia colit.*

Geneſ. 26. Ita Pharao celebrabat conuiuium ſolemne die Natalis ſui. Eodem porrò ritu Antiſtites Chriſtiani diem, quo ad Præſulatum euecti fuiſſent feſtum habebant. Ità 15. Kal. Febr. Cathedræ Romanæ, & 8. Kal. Mart. Antiochenæ celebratur. De hac conſuetudine ſic doctiſſimus Baronius in Martyrologio 15. Kal. Febr.

Quod

Digitized by Google

Quod autem ad præſentem ſolemnitatem ſpectat laudabilis in Eccleſia viguit antiquus vſus, vt dies anniuerſaria ageretur, quâ quis alicui Sedi præfectus eſſet Epiſcopus. Id etenim tam in Occidentali Eccleſia quam in Orientali etiam obſeruatum, innumera ferè docent exempla. De conſuetudine Romanæ Eccleſiæ ſcribit S. Paulinus, de qua exſtant Sermones Sancti Leonis Papæ, ea die habiti: Conuenire enim vndique ex Italia Epiſcopi tunc Romam conſueuerunt ad celebrandum natalem diem Romani Pontificis, vt pulchrè demonſtrat Epiſtola Hilarij Papæ ad Aſcanium, & cæteros Epiſcopos Prouinciæ Tarraconenſis, in qua hæc leguntur: *Lectis ergò in Conuentu Fratrum, quos natalis mei feſtiuitas congregauerat, litteris veſtris, &c. Quinam autem hi fuerint, ex quibuſvè Italiæ Ciuitatibus Romam confluxerint, indicant ipſa Synodicæ tabulæ ſuperiùs recitatæ.* Ità ille. *Epiſt.16.*

Accipe & de vſu aliarum Eccleſiarum exempla, vt illud quod S. Ambroſius ſcribit de Fœlice Comenſi Epiſcopo. Item quod S. Auguſtinus habet de die natali Aurelij Epiſcopi Carthaginenſis, deque ſua ipſius etiam anniuerſaria die ordinationis. De conſuetudine Orientalis Eccleſiæ ſatis monent Græcorum Menologia, in quibus Sancti Baſilij, Sancti Ioannis Chryſoſtomi, & aliorum agitur ſedis natalis dies. *Lib 8. Epiſt 60. Homil.24. & 25.*

Quo etiam tempore, & pari ratione Romana Eccleſia eam diem ſolemniter agere conſueuit, quo Romanæ natalis eſt Cathedræ, quoniam (inquam) Sanctus Petrus Romæ diuino conſilio primum ſedêre cœpit, tranſlata illuc ſede, quam ſeptem annos tenuit Antiochiæ.

Porrò, tantò celebrior hæc eſt ſolemnitatis, qua Antiochiæ ſedit, quæ mobilis illa, vel ad tempus tantùm, a[illegible] per tranſitum tranſlata eſt, Romæ verò ſtabiliuit, firmauitque Deus, eandem in æternum Petri Succeſſoribus permanſuram; *quam*, vt tradit Irenæus, *doctrinâ munitam, traditionibus locupletatam, meritis illuſtratam, dotibus auctam, idem Apoſtolus vnà cum Paulo etiam ſanguine ſuo conſecrauit.* *Lib.3. cap.3.*

Ex quibus apparet quantâ inſania blaterent nouatores hæretici, qui hanc Eccleſiæ Romanæ conſuetudinem, veluti nouum inuentum damnabile, & ſuperſtitioſum culpant, & indigetant. De quo vſu audiamus virum magnum: *Eccleſia Romana natalitia Sanctorum feſtiuis gaudijs recolit,* inquit Bellarm. ſed ea natalitia vocat, non quibus cum peccato naſcuntur ad vitam mortalem, ſed quibus per temporalem mortem tranſeunt ad vitam beatam & immortalem; ſcit enim *pretioſam eſſe in conſpectu Domini Sanctorum eius mortem.* Pſalm. 15. *Tom.3. Controu. lib.4.c.7.*

* * *

CAPVT XI.

De modo applaudendi Epiſcopis ex ritu priſco Imperatoribus, & Recitantibus vulgò acclamandi, forma Electionis antiqua Epiſcoporum.

NEdum Recitantes plauſus, & acclamationes olim aucupari ſolitos, de quibus Centuria 1. cap. 83. egimus, verùm etiam Imperatores eas à populo ambiuiſſe refert Adamus Conthen. Nam Pertinaci Imper. acclamatum: *Patri pio, patri Senatus, patri omnium bonorum; Pertinace Imperante neminem timuimus, ſecuri viximus*, quod ad defectum vſque vocis ingeminarunt. Erant & iſta: *ô te fœlicem, ô nos fœlices*. Plin. ad Traianum: *De noſtris annis addat tibi Iupiter annos*. Tertull. precabantur, & vouebant, *Tu vincas Iuſtine*, canunt. Coripp. 3. Plauſus ille, vocis modulatione, manuum comploſione, & iactatione, veſtium commotione peragebatur. Vocis erat, vel ſimplex modulatio, vel additis inſtrumentis, Plebs perſonabat certis modis plauſuque compoſito, teſte Tacito, & Caſſiodoro: *Voces organo dulciores, non clamores, ſed tonos. Nero Alexandrinorum laudationibus delectatus inſtitui curauit, qui eam plaudendi rationem addiſcerent, equeſtres adoleſcentulos, & è plebe quinque millia. Bombos imbrices, teſtas vocabant, à ſonitus quadam ſimilitudine.*

Lib. 7. Polit.

Ille lib. 16 hic lib. 1. Var.

De Domitiano Suetonius: Acclamari in Amphiteatro, epulari die lubenter audijt *Domino, & Dominæ fœliciter*. Et in Claudio. Idem Sueto. Præſedit nonnunquam in Cai vicem acclamante populo, *fœliciter, partim Patruo Imperatoris, partim Germanici fratri.*

Vſus porrò ille deriuaſſe videtur in primitiuam Eccleſiam, vti legimus in illa Archiepiſcopali Conſtantinopolitana, in qua tum Anatolius reſidebat: huic itaq; acclamatum fuiſſe hiſtoriæ memorant: *Hac dies quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in eâ*, quam gratulationem damnauit Leo Pontifex, ac nè porrò gloriâ hanc victori, & reſurgenti Chriſto Seruatori generis humani debitam vſurparent, edicto ſanciuit. Videatur Card. Baronius, & Card. du Peron. Atque hic ritus perdurauit ad tempora vſque Auguſtini, vti conſtat ex eius Epiſtola 110. in qua Eradiū deſignat ſuum Succeſſorem, cuius verba, cum maximè ad intelligentiam moris priſci pertineant ſubijcienda duximus: „Ergò, inquit, nè aliquis de me queratur, voluntatem meā, quam credo Dei eſſe, in omnium veſtrum notitiam perfero. Præsbyterū Eradium mihi Succeſſorem volo. A populo acclamatū eſt. *Deo gratias, Chriſto laudes*, dictum eſt vices ter *Exaudi Chriſte, Auguſtino vita*; dictum eſt ſexies decies. *Te Patrem, te Epiſcopum*, dictum eſt octies, cumque reticeretur, Auguſtinus Epiſcopus dixit: *Non opus eſt me de laudibus eius aliquid dicere, faueo ſapientiæ, & parco verecundiæ: ſufficit, quia noſtis eum: & hoc me velle dico, quod vos velle ſcio, & ſi antè neſcirem hodie probarem. Hoc ergò volo: hoc à Domino Deo noſtro, nunc etiam in ætate frigida, votis feruentibus poſco, hoc vt mecum oretis exhortor, admoneo, rogo, vt omnium in pace Chriſti collatis, & conſlatis mentibus*

Digitized by Google

tibus confirmet Deus, quod operatus eſt in nobis. Qui miſit mihi eum, ſeruet eum, ſeruet incolumem ſeruet ſine crimine, vt qui facit gaudium viuentis, locum ſuppleat morientis. A Notarijs Ecleſiæ ſicut cernitis excipiuntur quæ dicitis, & meus ſermo, & veſtræ acclamationes in terram non cadunt. Apertiùs vt dicam, Eccleſiaſtica nunc geſta conficimus. Sic enim hoc eſſe, quantum ad homines attinet, confirmatum volo, à populo acclamatum eſt trigeſies ſexies: Deo gratias, Chriſto laudes. Exaudi Chriſte Auguſtini vota, dictum eſt tredecies. Te Patrem, te Epiſcopũ, dictum eſt octies. Dignus & iuſtus eſt, dictũ eſt vicies: benè meritus, benè dignus, dictũ eſt quinquies. Cùmque reticeretur, Auguſtinus Epiſcopus dixit: Ego vt dicebam voluntatem meam, & voluntatem veſtram geſtis Eccleſiaſticis, quantum ad homines attinet, confirmatam volo, quantum autem ad latentem Omnipotentis voluntatem, omnes (vt dixi) oremus vt confirmet Deus, quod operatus eſt in nobis, à populo acclamatum eſt, Iudicio tuo gratias agimus, dictum eſt ſedecies. fiat, fiat, dictum eſt duodecies: Te Patrem, Eradium Epiſcopum, eſt dictum ſexies. Cùmque reticeretur, Auguſtinus Epiſcopus dixit: Scio quod ſcitis, & vos ſed nolo de illo fieri, quod de me factum eſt: quid autem factum ſit, multi ſcitis: illi ſoli neſciunt, qui tunc, aut nondum nati erant, aut nondum habebant artem ſciendi. Adhuc in corpore poſito beatæ memoriæ Patre, & Epiſcopo meo ſene Valerio, Epiſcopus ordinatus ſum, & ſedi cum illo, quod Concilio Nicæno prohibitum fuiſſe, neſciebam, nec ipſe ſciebat. Quod ergò reprehenſum eſt in me, nolo reprehendi in filio meo, à populo acclamatum eſt. Deo gratias. Chriſto laudes, dictum eſt tredecies, cùmque reticeretur, Auguſtinus Epiſcopus dicit, erit Praſbyter, vt eſt, quando Deus voluerit futurus Epiſcopus, ſed planè modò facturus ſum, adiuuanſe miſericordiâ Chriſti, quod adhuc vſque non feci. Noſtis ante aliquot annos quid facere voluerim, & non permiſiſtis: Placuit mihi, & vobis propter curam ſcripturarum, quam mihi Fratres, & Patres mei Coëpiſcopi duobus Concilijs Numidiæ, & Carthaginis imponere dignati ſunt, vt per quinque dies nemo mihi moleſtus eſſet. Geſta confecta ſunt, placuit, acclamaſtis. Recitatur placitum veſtrum, & acclamatio veſtra paruo tempore ſeruatum eſt circa me, & poſtea violenter irruptum eſt, & non permittor ad quod volo vacare. Ante meridiem, & poſt meridiem occupationibus hominum teneor, obſecro vos, & obſtringo per Chriſtum, vt huic iuueni, huic Praſbytero Eradio, quem hodie in nomine Chriſti deſigno Epiſcopum Succeſſorem mihi, patiamini me refundere onera occupationum mearum. A populo acclamatum eſt. Iudicio tuo gratias agimus, dictum eſt vicies ſexies. Cùmque reticeretur, Auguſtinus Epiſcopus dixit: Ego charitati, & beneuolentiæ veſtræ apud Dominum Deum noſtrum gratias ago, imò de illa Deo gratias. Ergò Fratres quidquid eſt, quod ad me perferebatur, ad illum perferatur. Vbi neceſſarium habuerit conſilium meum, non negabo auxilium, Abſit vt me ſubtraham, tamen quidquid illud eſt, quod ad me perferebatur, ad illum perferatur. Ipſe me autem conſulat ſi fortè non inuenit quid facere debeat, aut poſcat adiutorem, quem nouit Patrem, vt & vobis nihil deſit, & ego tandem aliquando ſi quantulumcumque ſpatium mihi huius vitæ donauerit Deus, ipſam meam quantulamcumque vitam non dem ſegnitiei, nec donem inertiæ, ſed in ſanctis Scripturis, quantum ipſe permittit, & largitur exerceam: hoc & ipſi proderit, & per ipſum etiam vobis. Nemo ergò inuideat otio meo: quia meum otium magnũ ha-

,, *bet negotium. Video me de hac re propter quam vos inuitaui, omnia vobiſcùm egiſſe, quæ debui.*
,, *Hoc ad vltimum rogo, vt geſtis iſtis ſubſcribere dignemini qui poteſtis. Hic mihi reſponſione ve-*
,, *ſtrâ opus eſt: teneam reſponſionem veſtram: de hac aſſenſione aliquid acclamate.* A populo ac-
,, clamatum eſt *fiat fiat*, dictum vicies quinquies: *Dignum eſt, iuſtum eſt, dictum vicies o-*
,, *ctics: fiat fiat, dictum quater decies, olim dignus, olim meritus* : Dictum vicies quinquies.
,, *Iudicio tuo gratias agimus*, dictum tredecies. *Exaudi Chriſte, Eradium conſerua*, dictum
,, octies decies. Cùmque reticeretur, Auguſtinus Epiſcopus dixit: *Benè habet, vt ea*
,, *quæ Dei ſunt, circa Sacrificium eius agere valeamus, in quâ hora ſupplicationis noſtræ maximè*
,, *commendo charitati veſtræ, vt omnes veſtras cauſas, & negotia intermittatis, & pro iſta Eccle-*
,, *ſia, & pro me, & pro Presbytero Eradio Domino preces fundatis.*

Ex quibus verbis non ſolùm patet quantum modeſtiæ, prudentiæ, ſapientiæ in Auguſtino eluxerit, verùm etiam antiquum illum applaudendi ritum ad ſe, ſucceſſoreſque ſuos tranſtuliſſe.

Verùm, quoad electionem Epiſcoporum, perſpicuum eſt; vt ad ordinationes ritè celebrandas plebs cui Præpoſitus ordinatur, & Epiſcopi eius Prouinciæ proximi conuenirent; & Epiſcopus plebe præſente deligatur, & indè Acclamationes de quibus ſuprà: quas quoque acclamationes fieri ſolitas in Concilijs notat idem Cardinalis Baronius.

Tom. 6. Annal. An. Chr. 465 & 224. & 869. De Sacerdot. cap. xi. In Vita S. Ignatij.

Illud etiam notandum, Antiſtites prioribus ſęculis proprijs domicilijs caruiſſe, vt auctor eſt Mattheus Galenus Veſtcappellius, quem refert Eruditus Vir Petrus Halloix Soc. Iesv: *Priſci*, inquit, *Epiſcopi hac laude, vel imprimis commendabantur, quod veluti peregrini ſemper incertis quodammodo vagarentur ſedibus, neque vſquam haberent* (vt ille ait) *manentem locum. Vndè diuinus Ignatius litteris Antiochiam datis, iubet Diaconum Heronem ſalutare Caſſianum hoſpitem ſuum, ſic inimicorum ſuorum odijs coactus ſuas prædicare virtutes beatiſſimus Theodoretus Epiſtola ad M. Leonem: inter alia incommoda hoſpitij proprij enumerat inopiam, cùm Cyrus latiſſimis diſtenderetur finibus. Sic denique decreuit ſub idem ferè tempus Aurel. Auguſtinus, & in primum librum ſuorum Decretorum retulit D. Burchardus Epiſcopus, vt ait, quaſi hoſpites fieri debet: & priuatam domum non habeat, ſed quaſi hoſpes eſſe debet*, vt Chriſtus inquit, *Filius hominis non habet vbi caput reclinet.* Hactenus è doctiſſimo Veſtcappellio Reuerendus Pater Halloix Societatis Iesv.

CAPVT X.

De Annulis profanis, & ſacris. Illi diuerſi generis: licet pro tempore infrequentes, inter ſacros Pronubus *conſideratur. De Annulis B. Virginis, S. Vrſulæ, vbi aſſeruentur. De honorario Annulo, qui aurei, quibus conceſſus, quid palis inſcriptum? quid apud Chriſtianos primitiua Eccleſia?*

Varius annulorum vſus apud Gentiles, qui tamen infrequens valdè, quippè his tantùm conceſſus qui Legati ad exteras gentes mittebantur, neque alijs

vt

vti fas fuit, quàm qui ex ea cauſa publicè I os accepiſſent. Poſteà frequentior fuit *Apolog.* factus, vndè luxum hunc reprehendit Tertullian. dum ſcribit priſcis inuſitatos *aduerſ.* fuiſſe, & nulla membra ijs exornata præter vnicum digitum, qui *Pronubus Annulus* *Gentes.* dicebatur, & quem Sponſus fidei teſtimonio oppignorabat Sponſæ, quique quarto digito ſiniſtræ manus imponebatur: cui annulo ſignum *mutui fœderis, & concordiæ* imprimebatur, id eſt, *dextra ſimul iuncta*, ſi Iſidoro credimus, ſuper quo ritu adeundus Baronius ſub An. Ch. 57. quem in ſuo candelabro citat D. Decanus Paſtor Couinienſis Iacobus Marchantius, vir piæ & eruditæ memoriæ, vbi refert Coloniæ adhuc ſeruari annulum pronubum S. Vrſulæ aureum opere ſimplici, quo eam ſibi Conanus Gallobritanniæ Præfectus deſponſarat, licet virginitatis amans, fugiens ſponſum ex maiori Britanniâ fœlici Remigio Coloniam appulerit, cum aliarum Virginum cohortibus, quarum hiſtoriam vberem petere poterit Lector ex Annal. Baron.

Annulum quoque quo S. Ioachim Annam B. Mariæ parentem ſibi coniunxit Romæ apud Sanctimoniales S. Annæ idem Baronius ſeruari ſcribit, vt & Peruſij annulum quo S. Ioſeph Deiparam Virginem Mariam deſponſauit, cuius annuli attactu alios conſecrari, & parturientibus profuturos prodidit Baptiſta Laurus Peruſinus. Idem præſtat aqua in quâ ſacrum iſtud pignus fuerit, vt pleriſque tradunt, qui etiam aquam hanc nullo vnquam temporis decurſu corrumpi certò, non arbitrariò referunt. De hoc annulo, ſic olim ludebat, dum ſummum purpuræ decus geſtaret S. D. N. Vrbanus VIII. Pontifex Max.

Imbriferis arcus fulgens in nubibus Orbem, Effera diluuij damna timere vetat.
Sic Deus omnipotens voluit: decus Annule maius Eſt tibi, quem ſupplex Vrbs Peruſina colit.
Eſ gemino conſtans arcu fœlicior index: Nam peragit Virgo nupta ſalutis opus,
Virgineo terra coniungens fœdere cœlum, Hac duce, non pelagi, non ſtygis vnda nocet.

Sunt tamen qui exiſtiment, inter quos R. P. Carolus Stengelius Benedictinus: *Lib. 3. de* non Peruſij, ſed apud Semimurenſes in Burgundiâ aſſeruari, qui addit tres annu- *Reliq.* los B. Virginis fuiſſe, ſed pronubium illum aſſeruari apud iam dictos Semimuren- *B. Virg.* ſes, alterum in Cœnobio Aquiſcinctino, tertium Peruſij in ſummo Vrbis templo, *c.16.* in quo (quidquid dicat Stengelius) ſacrum iſtud Cymelium coli putem ob rationes quas affert F. Abraham Bzouius in Epiſtola ad Ioannem Baptiſtam Laurum. *Cent.1.* Neque interim repugnans videri B. Mariam tres habuiſſe annulos: quia vtrum- *Epiſt.9.* que fortè, & alterum potuit accepiſſe à B. Annâ matre ſuâ.

Verùm, vt redeam vndè diuerti, mos ille Virgines annulo deſpóſandi, fluxit ab *Geneſ.8.* ipſis Hebræis, vndè Iudam deſponſaſſe Thamar, pacto licet iniquo, legimus: *Dixit* *vbi v.* *Thamar, patiar quod vis, ſi dederis mihi arrhabonem, donec mittas quod polliceris: ait Iudas:* *Corn à* *quid vis pro arrhabone dari? reſpondit illa, annulum tuum,* quem videtur de more gen- *Lapide.* tis petijſſe. *n. 25.*

Erat & annulus *honorarius* aureus, quo vti non licebat niſi Senatoribus, & Equi- *Lib.48.* tibus. Vndè Dio ſcribit, nemini quondam Romanorum, non Libertino ſolùm,

 ſed

Digitized by Google

ſed nè ingenio quidem annulis vti aureis,præterquam Senatoribus, & Equitibus permiſſum fuiſſe;& quidem vbi in publicum prodibant: nam domi ferreis vtebantur teſte Plinio,nec tam ornatus, quàm ſignandi cauſa. Vide Macrobium, necnon Card. Baron. & ea quæ paullò poſt cap. xcvii. dicemus.

Lib.33.c.1. *Vid. Adr. Turnebum lib.10. aduerſ. c. 2.*

Atque hi aurei in duplici differentia apud lautiores & elegantiores. Erant enim *æſtiui*,& *hyberni*,& iſti maioris ponderis,illi leuioris. Iuuenalis:

Sat.1.

Ventilet æſtiuum digitis ſudantibus aurum:
Nec ſufferre queat maioris pondera formæ.

Cæterùm,Senatoribus, & Equitibus tantùm, vt diximus annuli aurei ferendi ius erat. Vidè Tit. Liuius Bello contra Carthaginenſes ſecundo, refert Equites Romanos ab Hannibale ad Cannas cæſos eſſe eo numero,vt cæſorum annuli tres integros modios cum medio oppleuerint,quos omnes in triumphi ſpeciem,& victoriæ parte monumentum Hannibal Carthaginenſibus tranſmiſit.

Lib.23.

Libertinis autem,quibus vellet Imperator,honoris tantùm ergò idem ius concedebat, & tales aureis annulis donati, Equites fieri poterant. v. Carolum Sigonium de antiquo iure ciuium Romanorum. Aſt quia annulorum aureorum vſus facilitate Principum nimiopere increbuerat, meritò Tiberius Imperator conſtituit,nè cui id ius eſſet,niſi cui ingenuo ipſi patri,auoque paterno, quadringenta Seſtertia,id eſt decem millia Imperialium fuiſſent, & lege Iulia Theatrali ius in quatuordecim ordinibus ſedendi,vt apud Plinium extat. Itaque dabatur ius iſtud libertinis ditioribus,vt Arnobius ait.vbi,inquit,Cæſares pecuniam donare, & annulos aureos ſolitos eſſe, vt & loca priora in ſpectaculis. Idem ius conceſſum iis, qui medicos ſe profiterentur, vt in Antonio Muſa oſtendit Dion, quem quod Auguſto Cæſari grauiter aliàs ægrotanti priſtinam reſtituiſſet valetudinem, annulo aureo donatum fuiſſe ſcribit.

Cap.3.

Lib.4.

Quid porrò palis annulorum inſcriptum eſſet, docet Clemens Alexandrinus, qui ſcribit non eſſe per Chriſtianos inſcribendas Idolorum facies, quas ipſi Ethnici imprimebant,nec pocula,aut amicas nudas,quod illi faciebant,vt libido,& intemperantia perpetuò iis in mentem reuocaretur. De Cæſare Dio Caſſius: *Venerem*,inquit, *armatam annulo inſculptam geſtabat, eaque teſſera in rebus ſummis plerumque vtebatur.* Meminit & huius rei Plinius;& Eunodius,vbi templum erat Idolorum: *Vbi ſunt ſigilla Numinum*,inquit,*votis imaginata facientium?* Erantque in veneratione apud Paganos,vt liquet in hac inſcriptione: MAVOTIO SACR. HOC SIGILLVM A SERVO TANGI NEFAS.

Lib.3. Pædag. cap.11. *Lib.43.* *Lib.34. c.8.*

Nonnunquam imago Imperatoris inſculpebatur; Spartianus in Hadriano: *Signa*,inquit,*mortis hæc habuit. Natali ſuo vltimo,cùm Antonium commendaret,prætextâ ſponte delapsâ caput ei operuit: annulus,in quo imago ipſius ſculpta erat, ſpontè de digito lapſus eſt.* Hæc de honorariis annulis.

Erat & annulus ſigillaritius,quo ſignabantur vel epiſtolæ,aut diplomata, aut ſupellex domeſtica,nè quid fortè furto periret. De priori Cicero ad Q. Fratrem:

Ad Q. Fratrem.

Sit

Sit annulus tuus, non vt vas aliquod, ſed tanquam ipſe tu, id eſt, vt non temerè, & ſine delectu illum domeſticis committas. Idem Cicero: *Quod ſcribis Terentiam de obſignatoribus mei teſtamenti loqui, &c.* Plautus Curcul. *Tabulas obſignatas attuliſſet, & quæ in hac ciſtella ſigno obſignata fertur.* De poſteriori idem Plautus: *Obſignate cellas, referte annulum ad me, ego hac tranſeo in proximum ad meam viciniam.* Tacitus: *Viliſſima vtenſilium annulo clauſa.* Plinius: *At nunc cibi quoque, & potus annulo vindicantur.* *Ad Att. 12. Epiſt.* *L. Annal.* *Lib. 33.*

Sed his annulis ſigillaritijs, ſiue ſignatorijs Idolorum facies inſculptæ erant, licet Auguſtum Cæſarem Sphingis imagine primo ſignaſſe, mox Alexandri, poſtremò ſua, vt refert Suetonius, & Cælius Rhodiginus.

At Chriſtiani tempore primitiuæ Eccleſiæ annulis ſuis Chriſti nomen, litteris duabus expreſſum P. & X. imprimebant, aut ſignum crucis, vt de annulo S. Macrinæ in eius vita apud Gregorium Nyſſenum, & aliorum tradit S. Ioannes Chryſoſtomus, vti curioſè animaduertit D. Mathias Nauæus Sacræ Theologiæ Doctor Duacenus, in ſuo Encomio Sancti Ioſephi. *Lib. 6. Antiq. Lect. c. 12.*

Illud denique curioſis non omittendum, quod annulus quem in digito annulari dextræ manus geſtant noſtri Præſules, detur ad honorem & ſignificationem, quod Eccleſiæ ſuæ ſponſi ſint, teſte Iſidoro. Alijs porrò Sacerdotibus interdicitur, nè vnquam annulum geſtent in Miſſâ, qui adeò ipſis Protonotarijs non participantibus prohibitus fuit, & quibuſcumque Doctoribus, vt & Canonicis Cathedralium Eccleſiarum à ſacrâ Rituum congregatione die 2. Februarij 1623. & 20. Nouembris, id quod conforme eſt iuri communi cap. Clerici officia 15. de Vitâ & honeſt. Cler. & ibi Boetius Epo. de Iure ſacro in fine. *Lib. 2.*

Denique, nè quid de annulis ſileam, animaduerti morientibus vti & ſomno grauatis religione quadam annulos detrahi, vt apud Plinium & Suetonium videre eſt. Plura de annulis legat qui volet apud R. P. Iacobum Lobbetium Societ. IESV Theologum in Speculo Eccleſiaſt. c. 6. §. 8. & apud Io. Stephanum Durantum de Ritibus Eccleſ. Cathol. lib. 2. cap. 9. & quæ ſcripſi infrà cap. 97. *Plin. lib. 33. cap. 1.*

CAPVT XIII.

De ſeruis Chriſtianorum, qui frequentes Monaſterijs & Eccleſijs Canonicorum, quibus priſco æuo donati: in quo numero. Mitius tractabantur quàm ſerui Ethnicorum: Numerus illorum poſteà minutus, vt & eorum conditio. Manusmortua, Cormeda, *quid?* Hiſtoux *apud nos ſpecies ſeruitutis priſca, & quæ?*

NOn defuère Chriſtianis temporibus naſcentis Eccleſiæ ſerui adſcriptitij, præſertim glebæ Collegiorum, quà Monachorum, quà Canonicorum. Illi non ea inhumanitate tractabantur, quà Etnicorum æuo: quod priuſquam oſtendamus, ordiri primùm lubet ab vſu relinquendi Eccleſijs ſeruos, & ſeruas. Verbis ipſis

Digitized by Google

Tra. de Canonicis. lib. 3. c. 16. tonis id exequat Ioannis Molani Doctoris Louanienſis: Valdè vſitatum erat, inquit, apud maiores noſtros, vt vel vltima voluntatis diſpoſitione, aut quando ad Monaſticam vel Canonicam vitam tranſibant, ſeruos ſuos, & ſeruas, ſiue ancillas " Monaſterijs, vel Eccleſijs offerrent, commoti ad id faciendum, tum pietate erga " Eccleſiam Chriſti, tum paterno ac pio affectu erga ſua mancipia, quibus poſt " mortem ſuam bonos patronos, aut dominos dare cupiebant, vt quidquid ab illis " vtiliter pijs locis impenderetur, & quidquid viciſſim à Sanctis Viris rependeretur, hoc totum in multiplex animarum remedium eiscederet. Huiuſmodi donationis factæ Eccleſiæ Cathedrali Leodienſi S Lamberti producit idem Molanus exemplum anno ſalutis 1136. per Nobilem Virum Radulphum, eiuſque vxorem prole carentes, in quâ donatione relinquuntur eidem Eccleſiæ poſſeſſiones dictorum Coniugum & ſexaginta mancipia, quorum nomina memoriæ & fidei teſtimonio in diplomate adſcripta ſunt.

Pluribus adhuc anteà ſæculis ſimiles inueniuntur donationes Eccleſiæ Leodien. factæ per Carolum Imp anno 884. & nominatim *villa de Magdera in pago Scarponenſi cum mancipijs vtriuſque ſexus*. Rurſum alia Regis Euenteboldi, qui eidem Eccleſiæ Leodieñ. donauit villam in pago de Teux, *cum omnibus ad eam pertinentibus, videlicet mancipijs vtriuſque ſexus, campis, ſyluis, pratis, aquis, molendinis, &c.* Idque anno 898. Alia inſuper legitur in Archiuis dictæ Eccleſiæ donatio facta per Othonem Imper. anno reparatæ ſalutis 972. Eccleſiæ Regali Aquenſi in Dominio de Fleron Ciuitati Leodienſi contermino, cum vtriuſque ſexus mancipijs.

Exſtant quoque alia in Archiuis Monaſterij Sancti Bertini diplomata, in quibus Rodoaldus nobilem filium ſuum Megenfridum eidem Monaſterio obtulit cum parte hæreditatis, & quatuor mancipijs. Cui donationi poſteà ſuperaddit anno 867. manſum vnum cum ſeruo, vxore, & liberis.

Rurſus, Macarius, & Gondrada eius vxor Cameraci ante Altare Sanctæ Mariæ Idibus Aprilis anno 885. donationem fecerunt multarum poſſeſſionũ, cum mancipijs vtriuſque ſexus, centum quinquaginta. En duo exempla, vnum de mancipijs Monaſterij Diui Bertini, alterum de mancipijs donatis Eccleſiæ Cameracenſi.

Iam quod ſerui Chriſtianorum mitiùs illi quàm apud Ethnicos tractarentur, Lib. 4. c. 11 probat idem Molanus ex Apoſtolicis Conſtitutionibus apud Clementem: *Dominus, inquit, qui Chriſtianum famulum habet ſaluo famulatu, diligat eum tanquam filium, & tanquam fratrem, tanquam fidei communionem.*

Neque verò Chriſtianæ manſuetudini repugnabat vſus ille ſeruorum, Conſtat ſtat enim ex Codice ſacro, vel ante Chriſtianiſſimum Abrahamum mancipia habuiſſe quam plurima. Quin & de ſeruitiis æquiſſimæ viſæ ſunt leges Moyſis.

Exod. 21. & Leuit. 25. Cæterùm, creſcente Religione minutus eſt numerus ſeruitiorum, atque adeo conditio ipſa ſublata. Vndè cum ritu antiquo Chriſtiani ſe ſuiſque Eccleſijs dedicarent, ſeruos ſuos itidem libertate donabant, vti in Hermete Vrbis Præfecto legimus

legimus apud Bedam in Martyrologio, qui ante baptiſmum ab Alexandro Papâ ſuſceptum 1250. ſeruos priùs libertate donatos Eccleſiæ reliquit.

Hinc Auguſtinus de Diacono Hipponenſi loquens; *Antequam eſſet*, inquit, *Clericus emerat aliquos ſeruulos, hodie illos in conſpectu veſtro manumiſſurus eſt Epiſcopalibus geſtis.* Et de alijs: *Aliqui ſeruuli eius reliqui fuerant, iam quidem in Monaſterio viuentes, quos tamen geſtis Eccleſiaſticis manumiſſurus eſt hodie.* Vide Molanum d. lib. 3. c. 28. Verùm, adeò exoletus iam eſt iſte vſus, vt vix exſtet ſeruitutis veſtigium in Eccleſia Dei, niſi quod quædam iura Dominicalia remanſerint penes antiquas Eccleſias, & Monaſteria, vti videmus in diuerſis locis, *Manum mortuam*, aut ſaltem illius ſpeciem vigêre, licet in toto penè Principatu Leodienſi iam exulauerit: Nam Epiſcopus Leodienſis Frater Godefridi Ducis Louanienſis ſuſtulit è dictâ Diœceſi ſeruitutem hanc *Manus mortuæ*, quæ in eo conſiſtebat, vt mortuo aliquo ruſtico dextra manus abſcinderetur, & Domino ſuo præſentabatur, in ſignum (inquit Molanus) quod amplius non ſeruiret. *Serm. 2. de Comm. vita Cler.*

Erat etiam, adeòque nunc, alia iuris Dominicalis recognitio, quam *Cormedam* vocabant: & eſt talis, vt nimirum moriente aliquo ex ſeruili ſtipite, Dominus aut Collegium, cui id ius competit, habeat optionem eligendi præcipuam mortui veſtem, aut equum, aut annulum, aut denique eximium quid è mobilibus hominis mortui, quod quidem ius viget etiam apud Stabuletanos ſub Colonienſi, & Prumenſes ſub Diœceſi Treuirenſi. Porrò, in confinio Leodienſium, nimirum vicis Fraipont, Louegnez, & Bauieux, ſolent morituri facultatem moriendi à poſſeſſore huius iuris petere, hoc eſt conuenire de pretio, quod ſi conuenire non poſſint ad prædium Leodienſe, vel Brabantinum curant ſe deferri. Illudque ius ſeruitutis illis in locis vocant antiquo idiomate *Hiſtoux*, quod etiam ad Eccleſiaſticos inteſtato decedentes defluxit, iurenè an iniuria cenſeant alij. Hæc porrò vox propriè apud nos ſignificat vexationem, qua quis grauiter perturbatur. Quæ autem maior eſſe poteſt perturbatio aut vexatio vnius videlicet viduæ, quam cùm quod optimum habet pignus, ſiue equus, ſiue bos, aut veſtis eripitur. Et tamen huiuſmodi prædia ſiue ſeruitutes multæ ſunt in Germania, vocanturque poſſeſſores horum *proprij homines*, de quibus Clariſſ. Præſes Viglius ad tit. de teſtam. *Proprij homines*, inquit, *quos Germania noſtra habet, eodem adhuc iure viuunt, quo olim, libertis ſcilicet magis ſimiles, quàm mancipijs.* Horum etiam meminit Zaſius in Intellect. iuris ſingularibus. Cæterùm, quàm benignos Seneca vellet eſſe Dominos erga ſeruos, audi eum loquentem Epiſt. 47. *Viue cum ſeruo tuo clementer, comiter quoque, & in ſermonem admitte, & in conſilium, & in conuiuium.* Audi & Clementem in Conſtitutionibus lib. 4. cap. 11. *Dominus qui Chriſtianum famulum habet, ſaluo famulatu diligat eum tanquam filium, & tanquam fratrem propter fidei communionem.* Et Sapiens Eccleſiaſt. 34. in fine; *Si eſt tibi ſeruus fidelis, ſit tibi, quaſi anima tua, quaſi fratrem ſic eum tracta*, agnoſcens ſcilicet illum eiuſdem tecum naturæ conſortem, ac communem in Cœlis habere partem, & familiæ ſuccollatorem. Modò ad alia tranſgrediamur.

Ad ſeruas nimirum non hominum, ſed Dei, quas Beguinas proprio autem vocabulo Parthenones nuncupamus.

CAPVT XIV.

De origine, inſtituto, atque antiquitate Parthenonum, vulgò Beguinarum, Etymon iſtius vocis. Origo an antiqua?

NOn deſunt in hac Diœceſi Leodienſi, atque adeò in ipſo Belgio virginum, viduarumque Aſceteria, medio quodam vitæ genere, atque inſtituto conſiſtentia, inter Cœnobiticam & ſæcularem, quæ nec vllis ſubſtantialibus, vt loquimur, votis adſtricta reperiuntur; ſed tantùm deuotioni, pietatique ſtudent, idque ſub directione propriorum Paſtorum ex commendatione, & delegatione Præſulis ordinarij, teſte Ioanne XXII. apud Petrum Coens, licet quandoque regimen admittant Religioſorum, vti Gandaui, nonnulliſque alijs in locis. Has autem vulgò indigetant Beguinas, qualem plerique fuiſſe volunt Sanctam Vrſulam cum 11000. ſuis socijs, iuxta deſcriptionem eiuſdem Ioannis XXII. quarum Beguinarum originem nonnulli valde anxiè diſquirunt, atque tanquam de aris & focis certantes, ingenia ſua in hac curioſitate committunt, & fatigant, nonnullis pertinaciter aſſerentibus illarum regimen, atque etymon ducendum eſſe à Sanctâ Beggâ Sanctæ Gertrudis Sorore, Pipini Ducis Brabantiæ filia, veluti illarum Fundatrice, alij verò à voce Teutonica *Begen*, quæ ſignificat capitis velamen, quo virgines caſtitatem vouentes, etiamnum vtuntur tanquam armatura prudens, vt loquitur Tertullianus. Verùm, mihi placet magis ſententia exiſtimantium nomen Beguinæ deriuatum eſſe à Lamberto le Beque Sacerdote Leodienſi, qui primus omnium Inſtitutum Beguinarum adinuenit. Is ità dictus eſt, vel quod balbus eſſet, vel quia ob ludibrium Begotus diceretur. Vndè Beguinæ authoris ſui nomen grata illius recordatione, aut certo ludicro retinuêre. Quæ noſtra, ac potiùs aliorum aſſertio probatur imprimis ſcriptis Eximij Domini Guilielmi Fanij, olim Canonici Collegij Sancti Martini Ciuitatis Leodieñ. vbi de Beguinarum origine ſic ſcribit.

In Not. ad Diſquiſ. Hiſt. Sect. 3. nu. 9.

Lib. de Virginibus velandis.

Apud Legiam Eburonum Auguſtam Frederico Barbaroſſa Romanorum Imperatore, & Lucio eius nominis tertio Pontifice Maximo, vir quidam non obſcuro loco natus, locuples, vitæ integritate, doctrina, & Prophetiæ ſpiritu clarus floruit, cognomento *Begbotus*. Is grauia imò enormia paſſim committi facinora (quibus vehementer Deus offenderetur) iniquo ferens animo effrenatam ac deplorandam Cleri ambitionem, atque deluxatos, corruptoſque Nobilium, & Ciuium mores liberius carpere non ceſſabat; & pericula quæ Leodinæ Ciuitati ni reſipiſcerent, & ad meliorem frugem redirent, palam aperire non formidabat, qua ratione tantùm in ſe omnium conflauit odium, vt in carcerem conijceretur. Præſagio

Digitized by Google

gio triſtis non defuit euentus, & indignum in inſontem flagitium non diù manſit inultum; fatali enim incendio non multò poſt Ædes Cathedralis Eccleſiæ Diuo Lamberto Martyri ſacra, cum bona parte Clauſtri, & non paucis ædificijs adiacentibus perierunt 4. Kal. Maias Anno 1183. Carcer etiam vulcanijs oppreſſus flammis dicto Lamberto captiuo euadendi præbuit occaſionem. Ingratâ ſolutus compede, cum tutus eſſet nuſquam, & contumelioſis ſcommatibus palam impeteretur, præcipuè quod rem nouam, inſolentem, multis parum plauſibilem moliretur, quod inquam Beghinarum fuiſſet auſpicatus domicilium, non ſine contemptu, & ludibrio Begotum paſſim cognominabant, ſuo honori, ac ſaluti conſulens, & maleuolorum declinans inuidiam, compoſitis ſarcinis Romam adit, Apoſtolorum acta quæ in Gallicam captiuus linguam tranſtulerat, ſummo Pontifici obtulit, & illatam ſibi quæſtus iniuriam, quod pridem animo conceperat, cuiuſque ſpecimen iam aliquod in Patria dederat, Beghinarum, ſiue Beghuttarum inſtitutum Apoſtolicæ Sedis auctoritate obnixè confirmari poſtulat. Munus oblatum grato accipiens animo, & iniuriam ipſi illatam indignè ferens Pontifex, quod cœperat, ceù pietati congruum, & Reipub. Chriſtianæ non infrugiferum laudans, ratum ſe habere declarat. Voti factus compos Leodium redit, & in ſuo, quod amplum erat, & Aurotanæ portæ proximum prædio, incepto Beghinagio manum ſupremam adijcere ſatagit, & pro facultatum modulo dotare. Indè Beghinarum Patriarcham, hoc eſt, primum Patrem, & auctorem ſe ſcribere orſus eſt. Ità ille, cuius dicta non tam gutta guttæ ſimilia, his quæ alij de hac origine prodiderunt.

His conſonant quæ geſtis Pontificum Leodienſium Ægidius Leodienſis, Religioſus Aureæ Vallis inſeruit his verbis: Ijſdem diebus, inquit, ſuſcitauit Deus Spiritum Sancti cuiuſdam Sacerdotis Viri Religioſi, qui *Lambertus le Begue*, quia balbus erat, de Sancto Chriſtophoro dicebatur, à cuius cognomine mulieres, & puellæ quæ caſtè viuere proponunt, *Beghines* gallicè cognominantur, quia ipſe primus extitit, qui eis præmium caſtitatis verbo, & exemplo prædicauit, dotesque locupletes donauit.

Adſtipulantur prædictis recentiores, Placentinus in Cathalogo Antiſtitũ Tongrenſium ſub Rodulpho. R. D. Ioan. Chapeaville Canonicus & Vicarius Leodieñ. Tom. II. Hiſt. Item D. Zypeus tract. de Iure Pontificis nouo. D. Fred. *Lumnius* Paſtor Beghinagij Antuerp. Ioan. VVaesbergius in *Gerardimontio*. D. Guilielmus Rebreuiertes in vitâ S. Gertrudis, D Albertus Miræus *in Chronico Ciſterc.* vbi, inquit, quod Lambertus le Beggue, vt ſexum vtrumque lucrifaceret, Conuentui virorum (quos *Coquinos*, hodieque Leodici vocitant) à ſe Anno Domini CIC. CL. inſtituto, alterum virginum adiecit, & ſuo in horto, quem amplũ ad Vrbis muros habebat, Ædem eximiam à fundamentis anno 1179. Diuo Chriſtophoro dicauit, domicilia item diuerſa circumpoſuit, & nobiles Virgines plurimas, atq; honeſtas viduas eum in locum inuitauit, quæ mox ab authore Beggio Beghinarum nomen induerunt. Hactenus ille.

 Anti-

Antiquitatem autem Beghinagiorum collige ex recenſu & computatione prædicti Domini Coens, qui oſtendit Louanienſe Beghinagium exordium demùm ſumpſiſſe anno 1205. Inſulenſe anno 1230. Bruxellenſe 1251. Duacenum 1219. Thenenſe demùm ante annos 400. Tereræmundanum anno 1223. Gerardimontenſe 1270. Lirenſe 1258. Gandauenſe 1234. Cortracenſe 1241. Arſchotanum 1259. Lewenſe 1327. Diſtemienſe 1252. Bredanum 1266. Syluæducenſe 1304. Herentallienſe 1266. Turuhoſtanum 1370. Hochſteanum 1433. Valencenum 1212. Cameracenſe 1240. Montenſe 1345. noſtrum verò Leodienſe 1177. atque ità cæteris omnibus antiquius.

Cæterùm, quod nonnulli opinantur Beghinas accepiſſe nomen à S. Beggâ non aliter atque Clariſſæ à Sanctâ Clarâ, vel à voce gallicâ *Beghin* errore ducuntur, vti latè oſtendit D. Coens, cùm nec antiquitas patrocinetur huic opinioni, neque vllum adducatur ſolidum argumentum, quo probari poſſit Sanctam Beggam inſtitutum Beghinarum conſtituiſſe, imo pluſculis ſæculis Beghinas Sanctam Beggam præceſſiſſe in confeſſo eſt, qua in ſententia ſunt, Molanus, & Fanius, & alij ſuprà appellati; Ideòque meritò opinio illa reiecta eſt, & à viris pleriſque doctis diù circumſcripta. Quidquid ſit, cùm in eandem tantùm non ætatem inciderint, & Sancta Begga vidua, & noſter Lambertus Beggius, vix ſcire licet vter ipſorum Sancti iſtius Inſtituti author fuerit: dicere tamen poſſumus, ſi Begga plantauit, Beggius rigauit, Deus autem incrementum dedit: cuius quidem qui eſt cooperator, Angelicæ dignitati eum proximare meritò credendus eſt.

CAPVT XV.

Mos conſecrandi Virgines, quando cœptus? deque votis Religionis tribus, & cur velatæ eſſe debeant? & an Beghuinæ Religioſæ ſint? & an Simonia ſit aliquid accipere pro ingreſſu in Beghinaſium?

PRoximo deflexu quærendum nobis eſt cur dictæ Religioſæ non obſtringantur vt cæteræ virgines aſceteriæ ad tria vota Religionis, & ſignanter ad votum caſtitatis? quam quæſtionem priuſquam diſcutiam præmittendum cenſemus illud Hieronymi, quod antiquiſſimi ſit moris Virgines Sacratas Deo votum caſtitatis emittere ſolitas: quippè quod ea amiſſa, inquit, ruat omnis virtus, & in ea decoris muliebris eniteſcat principatus: hæc pauperem commendabilem facit, diuitem extollit, exornat pulchram, ſecuriores Virgines cuſtodit, mundi illecebras deſpicatui habet, vni Deo vota nuncupat. Iam de Beguinis, dicimus illas non emittere votum caſtitatis: quippè quod ipſarum votum conſiſtat in obedientiâ Paſtori reddendâ, cum aſſumptione habitus perpetuò geſtandi, ſibique ipſæ renuncient, vnitatem animæ ſuæ propriam vnitati Diuinæ connectere. Siquidem depoſitio veſtium ſæculi, & indumentum aliarum benedictarū indicat quod

quod vetus homo exuitur, & nouus induitur, qui, vt inquit Apoſtolus, creatus eſt in Iuſtitia, & ſanctitate veritatis: debentque eiuſmodi nouæ veſtes eſſe mundæ, & candidæ, eò quod Dei filio deſponſandæ ſint, & deinceps ſe mundas, ſanctas, immaculatas conſeruare, iuxta dictum Apoſtoli: *Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.* Velum quoque capiti imponitur. Nam ſi omnis mulier (inquit idem Apoſtolus) orans, aut prophetans, non velato capite, dehoneſtat caput ſuum, quantò magis illis hoc accidit, quæ Deo ſacratæ perfectiſſimam, & ab omni labe integram, puramque vitam inſtituunt, & vni pietati, à ſæcularibus negotijs abſtractæ, ſtudent? Imò Linus Papa ex mandato Petri conſtituit, nè qua, vel profana mulier, niſi velato capite templum ingrederetur, quod velum ſignum ſit pudoris, & futuri honoris. Quo more Arabes, & Carthaginenſes fœminæ non modò Religionis, ſed honeſtatis cauſa, caput & faciem velabant, vt auctor eſt Tertull. qui ea de re librum conſcripſit. Itaque ſola promiſſione obedientiæ Curioni facta & caſtitatis quamdiù in Curia morabuntur, habitus etiam noui ac veli ſeu pepli aſſumptione cenſentur ſufficienti voto adſtrictæ. *Epheſ. 4.* *2.Cor. 10.*

Sed an Beguinæ iſtæ ſint Religioſæ? videretur dici ad tempus Religioſas, quia etiamſi emittant tantùm votum caſtitatis, limitatum tamen ad tempus quo manebunt in Beguinagio: votum iſtud tamdiù manet, præſertim cùm non ſit Religionis cogere Religionem, quæ ſponte ſuſcipi debet non vi, vt loquitur Tertullianus lib. ad Scapulam. ſanior tamen videtur opinio exiſtimantium non eſſe Religioſas eo ſenſu quo loca pia, & Congregationes Religioſæ dicuntur, inquit Zypeus, ſed vt indè effectus ſurgat tituli Decret. de Religioſ. domibus, vt Epiſcopo ſint ſubiectæ. Non quidem ad effectum vt à tributis immunes ſint, vt non eſſent, ſecundum Molin. de Iuſt. & iure tit. 3. de tribut. d. 671. nec vt eximantur à poteſtate Laica, vt nec eximitur Clericus non ſe gerens iuxta requiſita Concil. Trid. ſed ad effectum vt ſaltem coram Epiſcopo iuri ſtare teneantur, nec forum illius declinare poſſint. Et reſpondet ad hunc effectum vocari poſſe, & eſſe Religioſas: quia & ab Epiſcopis vbique viſitantur non ſine iudicio, quin ad Eccleſiæ iudicium ſpectent. Certè ſtatuta ipſarum volunt, vt ſi lis aut controuerſia Begginæ aduerſus Begginam, vel perſonam laïcam aliam inciderit, aut vice verſa, in ius ab alio vocetur, ipſarum Curio vel Sacellanus litem in ſe ſuſcipiat, & terminare conetur: cuius iudicio acquieſcere (poſtquam lis coram Ordinario ſufficienter diſcuſſa fuerit & ſententia lata) ac iuri ſtare teneatur, nec forum illius declinare valeat. Ex quo colligitur quadantenus ſaltem Beghinas vocari poſſe Religioſas: non tamen Regulares, cum nec obedientiam, nec caſtitatem abſolutam promittant, nec proprijs renuncient, nec profiteantur Regulam paupertatis approbatam, etſi habitum quem Begginarum vocant, deferant: & eatenus excuſari poſſe à Simonia, ſi quid dent tantùm pro ingreſſu, & non in cauſam ſpiritualem, vtpotè pro officio precum Deo offerendo, & caſtimonia condiendo, & culparum redemptione. Nam Simonia non eſt accipiendo aliquid in ſuſtentationem

Digitized by Google

Sanguinis D. N. Iesv Christi in ligneis vaſculis vllo modo conficere præſumat. Fuiſſe etiam vitreos calices, vt & patenas miniſteriales in confeſſo eſt apud omnes, qui vſus perdurauit ad tempora vſque (vt nonnulli volunt) Caroli Magni: cuius æuo abrogatus fuit. Vide Eminentiſſ. Cardinalem Baronium tom. 1. Annal. An. Chriſti 216. & alios quos ibi apellat. Videri etiam poterit Martyrol. Rom. 7. Auguſt. Vbi hac de re latius. Hodie tantùm in aureo, vel argenteo calice celebrare licet, ſed ob inopiam etiam in ſtanneo, non autem ligneo. *Cap. Vt Calix de Conſecrat. diſt. 1. Baron. An. 217. Tomo 10. Annal. An. 901.*

Notes quoque ex eodem Baronio diù viguiſſe conſuetudinem in Orientali, ac etiam Occidentali noſtra Eccleſia, vt Laici S. Euchariſtiam pyxide incluſam in ſinu geſtarent, temporibus ſcilicet perſecutionis Eccleſiæ. Verùm, in Eccleſijs, vbi communionem accipiebant, ſumebant illam in vola manus, vt poſteà dicemus, atque in os omni cum reuerentia ſibi imponebant. Vndè apud Euſebium, *manus porrigere* ad ſuſceptionem ſcilicet ſanctæ alimoniæ pertinere ex pluſculis Sancti Cypriani locis videre licet. *Lib. 7. Hiſt. c. 9. Myſtag. 5.*

Sed & illud ex S. Cyrillo animaduerſione dignum eſt. priſcos illos Chriſtianos ſolitos offerre ſpecies Sacramenti, nempè panem & vinũ Sacerdoti celebraturo, illaſque Diacono primùm dari ſolitas extra Eccleſiam in Gazophilacio, vt cunctis pateſceret, à quibus iſta offerrentur; neque enim infidelibus, aut ſequioris vitæ hominibus, ſic potè litare fas, ſed fidelibus tantùm, & quidem ſanctæ & probatæ vitæ, cuius cognitio ſpectabat ad Diaconos, quos ſi tales reperiſſent, ſpecies illas Altari in vſum Sacrificij imponebant, quæ (conſecratione vt modo peracta) ſurſum eleuabantur: & poſteà, tam Sacerdos, quàm populus communicabat, & quidem (vti videre licet apud Chryſoſtomum) in paruis menſis ligneis, coopertis linis candidis, & nonnunquam pro Maieſtate Principum ac Numinis honore ex auro, & argento: quod collige ex Cedrendo: *Fecit*, inquit, (de Iuſtiniano Imp. loquens) *ſacram menſam ex auro, argento, & omni gemmarum genere, è ligno & metallo, & alijs rebus omnibus, quæ terra, aut mari, toto denique in Orbe in pretio ſunt.*

Porrò, ſub communionem voce clara clamabat Diaconus: Sancta, Sanctis quod nimirum Sanctum Domini corpus nonniſi Sanctis dandum eſſet, & primùm peccatis Sacramentali confeſſione expiatis. Dabatur porrò, vt dixi, viris in vola manus priùs inſigniter ablutа. Nam primis Eccleſiæ temporibus Chriſtiani omnes templum ingreſſuri, & communicaturi manus lauare ſoliti, vt oſtendemus infrà cap. 68. 71. & 85. Mulieribus autem id illicitum, ſed vnaquæque in *Dominicali* ſuo, id eſt, nitido linteolo ſumebat, vti Baronius ex diuerſis Synodis, & ex Auguſtino docet, & quidem manibus in formam crucis compoſitis, quod etiam præcipitur in 6. Synodo, quæ celebrata eſt anno 681. his verbis: *Antequam fiat communio, Euchariſtiam accepturus, manus in crucis formam figurans, ſic accedat, & gratia communionem accipiat.* quæ quidem quotidiana erat teſte Hier. Epiſt. 28. & Chryſoſt. Hom. 5. 1. ad Timoth. & quidem ſub vtraque ſpecie, vti Theologi omnes affirmant, ſed id poſteà abrogatum, vndè Concil. Trident. Seſſ. 21. damnat eum, qui *Anno Chriſti. 590. Serm. 252. de Temp.*

dixerit

Cœnam continungerent, quod ex Diuo Paulò ediſcimus, qui increpat Corinthios *Epiſt. 1.*
de inordinata ſumptione Euchariſtiæ, quam quidam eorum ſumebant inter pran- *ad Cor.*
dia (vti ibi notat Dionyſius Carthuſianus) quidam poſt prandium, eo argumento *Verſ. 20.*
moti, quod Chriſtus manducantibus Diſcipulis benedixit panem, eumue tradidit
illis iam celebrato veteri Paſcha: quidam etiam poſt Euchariſtiam ſolebant vnà
cœnare inuitatis pauperibus, viduis, & pupillis, quod clarè docet S. Io. Chryſoſto-
mus: *Inoleuit*, inquit, *in Eccleſijs conſuetudo quadam admirabilis: Nempè quod fideles omnes* *Homil.*
in Conuentibus ſuis poſtquam audiſſent doctrinas, poſt preces, & Sacramentorum communio- *poſt 1. ad*
nem, ſolutâ concione, non omnes domum concedebant: ſed ditiores alimenta, & edulia è domi- *Cor.*
bus ſuis afferentes, pauperes vocabant, communeſquè faciebant menſas, communia prandia, com-
munia conuiuia in ipsâ Eccleſia: Atque ita à communione menſæ, & pietate loci, vndequaque ad
charitatem accendebantur. Verum illâ deferueſcente, quidam poſteà per abuſum ſoli cœnabant,
non expectatis egenis, & poſt cœnam demum ſacram ſumebant Euchariſtiam: At ritus ille,
qui paruam præferebat reuerentiam erga Ven. Sacramentum, euanuit, fuitq́, poſtea ſublatus
per Apoſtolos: Vti latè ex Tertulliano, Cypriano, Chryſoſtomo, Auguſtino, & ex
Concilijs Carthaginenſi, Africano, Matiſconenſi, alijſque latè oſtendit Card. Bel-
larminus Tom. 11. lib. 2. cap. 1. de Miſsâ. Harum autem menſarum miniſtri erant
Diaconi illi ſeptem delecti ex num. 72. Diſcipulorum, vt tradit B. Epiphanius, quaſi *Lib. 1. cap.*
Præfecti menſis, & quod ea quæ cuique opus eſſent eleëmoſynas diuidendo, cura- *11.*
rent. Falluntur enim qui putant Diaconos iſtos menſis ſic inſeruiuiſſe, vt cæteris
accumbentibus, quæ ad cibum potumvè pertinerent, illuc inferrent: diuidebant
enim, vt dixi, fidelium eleëmoſinas diſcumbentibus vt in S. Laurentio teſtatur S.
Leo. Non ſolum miniſterio Sacramentorum, inquit, ſed etiam diſpenſatione Ec-
cleſiaſticæ ſubſtantiæ præeminebat, atque ijdem Diaconi plures alios ſub ſe miniſ-
tros habebant, vt auctor eſt Illuſtriſſ. Card. Baronius, qui etiam ſcribit *Diaconiſſarum* *Tom. 1.*
fieri mentionem apud Eccleſiaſticos Scriptores, quarum ſcilicet viri ad Diaconā- *Annal.*
tū promoti erant (quæ etiam ordinabantur, vt conſtat ex Epiſt. Epiphanij ad Ioan- *An. Chri-*
nē Epiſc. Hieroſolym. quæ habetur inter Epiſt. D. Hieronymi Epiſt. 60. & qua in *ſti 84.*
ſuo ſexu videntur miniſtrare in baptiſmo, ſiue in miniſterio verbi, quod notat D. *Epiſt. ad*
Hieron. vt & *Presbyterorū*, ſignificando vel ſeniorem viduam, vel quarum viris in *Rom. c. 16.*
Presbyteros electis, ipſæ interim vitā cœlibē agerēt, quo etiā ſenſu, aliæ *Epiſcopæ* ap-
pellatæ, quarum ſcilicet viri eſſent in Epiſcopos conſecrati: vide Baronium dicto
loco, & tom. 8. ſub An. Chriſti 591. vbi aſſerit vxoratos Sacerdotes olim fieri potu-
iſſe, ſic tamen vt poſteà caſtè viuerent, idque vxoris permiſſione, & tales *Presbyteræ*
dicebantur. Vndè in Canone 20. Concilij Turonenſis habetur: *Si inuentus fuerit*
Presbyter cum ſua Presbytera, aut Diaconus cum ſua Diaconiſſa, aut Subdiaconus cum ſua
Subdiaconiſſa, per annum integrum excommunicatus habeatur.

Aduerte quoque fideles tempore primitiuæ Eccleſiæ conferre ſolitos ad Eccle-
ſiam, panem, & vinum, vt à Sacerdotibus cōſecrarentur, vt præcedenti capite dixi-
mus, quodque hæc oblata in gazophilacio reponebantur, ibique à Diaconis exa-

minabatur, an perſonæ offerentium eſſent ſpectatæ, inculpatæque vitæ, qua re cognitâ, conſtituebant in Altari & exinde per Sacerdotem manui communicantis imponebatur, è qua ſacrũ ori ſuo admouebat Euchariſtiam, vt auctor eſt S. Auguſtinus, Poſſiodonius, S. Chryſoſtomus, S. Ambroſius; Mulieres verò albo lineo velo excipiebant, quam poſteà ſumma cum reuerentia ori quoque admouebant, vt præcedenti capite diximus. Denique, in more erat poſitum, vt antè oſtendimus, ſicubi vitæ periculum in Paganorum perſequutionibus adirent, domi cum decentia, & reuerentia aſſeruarent ſacrum illud pignus, imò verò iter agentibus permiſſum ſecum portare, & ieiunis quotidie, nullius lætalis culpæ conſcijs, ſumere, vti teſtatur Baſilius ad Cæſ. Pat. & Sancti Greg. Pap. Orat. in funer. Fr. Dial. lib. 3 cap. 36. Tertullian. ad vxor. lib. 2. c. 5. & Baron. tom. 1. Annalium. Iam alium aggrediamur Eccleſiæ morem non vſquequaque obuium.

Serm. 215. de Temp. S. Ambr. de Sacr. &c. 5.

CAPVT XVIII.

De more luminis ſumendi ad lectionem Sancti Euangelij, etiam Sole rutilante. De cereis, & lychnis, vel clara luce in Eccleſijs priſcorum Chriſtianorum accenſis.

VNdè proceſſerit conſuetudo iſta, vt legenti Epiſcopo in Sacrificio Miſſæ Euangelium, luminare etiam claro Sole accendatur, varij varia cenſent. R. P. Lobbetius Societatis IESV eximius Theologus, eo fine id factum exiſtimat, vt ab illius luce in oculos, in animũ veniat altior omninò lux, Chriſtus inquã lux mundi, orbis oculus, Sol Eccleſiæ, à quo in nos emanet cœleſtis intelligentiæ nitor, & purioris amoris æſtus, atque incendia. Cælius Rhodiginus, vir multiformi etiam doctrinâ clarus, inducit D. Hieronymum aduerſus Vigilantium, ſic opinantem: *Per omnes*, inquit, *Orientis Eccleſias quando legendum Euangelium eſt, accendunt luminaria, iam ſole rutilante, non vtique ad fugandas tenebras, ſed ad ſignũ lætitiæ demonſtrandũ, eo quod Euangelium vniuerſo Orbi verum lumen diuinæ notitiæ prabuerit.* Vndè, & Virgines illæ Euangelicæ hiſtoriæ ſemper habent accenſas lampades ſuas. & Apoſtolis dicitur; *ſint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris,* deſignantes bona opera, quæ lumen animæ infundunt; Et de Ioanne Baptiſta: *Ille erat lucerna ardens, & lucens,* vt ſub typo luminis corporalis illa lux oſtendatur, de qua in Pſalterio legimus. *Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine, & lumen ſemitis meis.*

Speculo Eccleſ. c. 9.

Lib. 15. Antiq. Lect. c. 15. Epiſt. 13.

Indè ergò nata conſuetudo tempore primitiuæ Eccleſiæ, luminibus vtendi in Eccleſijs etiam clara luce, ad lætitiam ſcilicet: ac etiam ſacri cultus celebritatem, qui ritus ad noſtra vſque tempora profluxit. Hinc ordo Acolytorum, ſeu Ceroferariorum, de quibus mentio apud Cyprianum, Euſebium, & alios per Cardin. Baronium citatos, qui quoque lampades, ſeu lucernas argenteas, & capitulatas, id eſt multorũ capitum apud Eccleſiam etiam tempore perſecutionum in vſu fuiſſe ex Auguſtino oſtendit, Videatur Card. Bellarm. tom. 1. Contro. part. 2. cap 3.

Tom. 1. Annaliũ Anno Ch. 56.

Ver-

Digitized by Google

Verùm,contra hunc Eccleſiæ Catholicæ vſum accendendi lychnos & lucernas etiam clara luce,non defuerunt Hæretici,qui ipſo naſcentis Eccleſiæ initio acriter oppugnârunt,vti videre eſt apud Præſidem Durantum de Ritibus Eccleſiæ,& inter alios Vigilantius hæreticus,aduerſus quem Stylum ſuum diſtrinxit D. Hieronymus,quem refert idem Baronius in Annal. An. Ch 406.plura hac de re vide apud eundem Durantum & Cardinal Bellarmin.in Controuerſ.part.2.lib. 2. cap 3.& nos ſcripſimus ſuprà cap.8. Huncque ritum accendendi lumen ante librum legentis Euangelium Romæ exactè obſeruari, qui Miſſam Papalem viderunt probè ſciunt.

CAPVT XIX.

De Chaldeis, Mathematicis,ſiue Progonoſticis,qui futura prædicunt,è Repub pellendis: ſuper quo extant notabiles Sixti V. & Vrbani VIII. Pontificum Max. conſtitutiones.Damnantur à SS.Patribus qui artes illas profitentur.

ADeò exoſum fuit genus iſtud hominum,quorum alioqui libelli manibus vulgi etiamnum teruntur,vti Romæ Anno V.C D.CXIII. Popilio Cenate, Gn. Galpurnio Coſſ.C.Cornelius Hiſpallus Prætor Edicto Chaldæos intra decimum diem,abire ex Vrbe,atque Italia iuſſerit:quippè qui leuibus, atque ineptis ingenijs fallaci ſyderum interpretatione quæſtuoſam mendacijs caliginem inijciant,& idcircò,inquit A. Gellius,videntur tam in præteritis rebus, quam futuris, veritatem *Lib. Noct.* facilius imitari:& iſta omnia , quæ aut temerè , aut aſtutè vera dicunt, præ cæte- *Attic. 14.* ris quæ mentiuntur,pars ea non ſit milleſima. Vndè Phauorinus deterrêre volens, *c. 1.* & depellere adoleſcentes à Genethliacis iſtis, & quibuſdam alijs id genus,qui prodigioſis artibus futura omnia dicturos pollicentur,nullo pacto adeundos eſſe,conſulendoſque,huiuſcemodi argumentis concludebat: Aut aduerſa, inquit,euentura dicunt,aut proſpera,ſi prædicunt proſpera,& fallunt,miſer fies fruſtrà expectando; ſi aduerſa,& mentiuntur, miſer fies fruſtrà timendo. Si vera reſpondent , eaque ſunt non proſpera:iam indè ex animo miſer fies, antequam è fato fias. Si fœlicia promittunt,eaque euentura ſunt,tum planè duo erunt incommoda: nam expectatio te ſpei ſuſpenſum fatigabit,& futurum gaudij fructum,ſpes tibi iam deflorauerit.Nullo igitur pacto vtendum eſt iſtiuſmodi hominibus,res futuras præſagientibus:Ità Phauorinus apud A. Gellium. Quod & edicto ſuo Auguſtus Cæſar cauit anno V.C.DCCXXI.Et Tiberius eius ſucceſſor teſte Tacito,vbi refert Senatuſconſul- *Lib. 2.* ta de Mathematicis, Magiſque Italia pellendis facta fuiſſe. Vt ſanè iuſtiſſima ratio- *Annal.* ne Sixtus V.Pontifex Max. in ſua Conſtit.quæ incipit:*Cœli & terræ Creator Deus,&c.* quam proprio & eleganti edicto quod incip. *Inſcrutabilis iudiciorum Dei altitudo,&c.* renouauit,& confirmauit Vrbanus VIII.Anno 1631. Kal. April. grauiſſimiſque pœnis , ac cenſuris interdixit , omnem facultatem conſulendi Aſtrologos,

In Hexametro. Mathematicos, Vaticinatores, Ariolos, Aruſpices, ſiuè alios, qui futura diuinare, ſeu prædicere, aut iudiciariam Aſtrologiam exercêre audent. Nam præter ante dicta, Diuus Baſilius inſpectionem eiuſmodi occupariſſimam dixit eſſe vanitatem: Ambroſius verò etiam inutilem, & impoſſibilem: Chryſoſtomus, vanam, falſam, ridiculam: & rurſum idem Baſilius: Ridendi, inquit, profectò non mediocriter eſſe videntur, tam ij qui artis huius ſtudio indulſerunt, quàm nulla niti rerum ratione conſtat, quàm ij qui hiantes ab illorum pendent ore intenti, perindè atque omnia illa poſſint ſcire. Plura hac de re videantur apud Cælium Rhodiginum lib. Antiq. lect. xv.

CAPVT XX.

De Veſtalibus, ac Origine illarum: aſſignatur illis pœna ignis extincti: alia; Si proſtitutæ virginitatis conuincerentur. Quis honos ijs habitus? Capi cur dicerentur. Cuius ætatis eligebantur. Veſtalis maxima quæ? Sceleratus campus quis?

CVm multa mentio in hiſtorijs de Veſtalibus, futura etiam priſco æuo prædicentibus de his mihi dicere certum. Sic potè autem, dicebantur quod Veſtæ ſacra curarent, & ignem eius cuſtodirent. Earum originem Numæ Pompilio Romuli Succeſſori, vt pleraque omnia ſacra tribuunt. vide L. Florum, Liuium & alios. *Lib. 1. c. 2. lib. 1.* Nam cum Deæ Veſtæ (quam terram Deorum, Dearumque matrem eſſe voluit cæca illa mortalitas) perpetuo vigil ignis conſecrari ſoleret, illius obſeruationi, & cultui certas è primoribus Vrbis Virgines præficiebant. *Lib. 1. Cōtrouerſ.* *In Vrbe*, inquit Seneca, *tam beata, cum tot ſuperſint Virgines, cum tot Principum filiæ ſint poſtulata, &c.* De Auguſto *Cap. 31.* Suetonius: *Cum in demortuæ locum aliam capi oporteret, ambirentque multi, ne filias in ſortem darent, adiurauit ſi cuiuſquam neptium ſuarum competeret ætas, oblaturum ſe eam.* Tanta autem ignis aſſeruandi cura ipſis erat, vt ſi earum negligentia extinctus eſſet, flagris à Pont. Max. cædi iuberentur, vt factum à Publio Licinio Craſſo Pont. Max. in eam quæ negligentius ignem cuſtodierat.

Incœſtus verò crimine damnatam, viuam ſuffodi, exutam primum vittis, cæteriſque Sacerdotij inſignibus, inſtitutum erat: *Sed iniuſta, vt reor pœna* (inquit D. Hieronymus) *niſi grande crimen putaretur læſa virginitas. Vir autem qui eam inceſtauiſſet verberibus necabatur.* *Lib. ad uerſ. Iouinianum.* Porrò, Sex. Pomp. Feſtus ſcribit *ſceleratum Campum* appellari proximè portam Collinam in quo Virgines Veſtales quæ incœſtum commiſerant, viuæ erāt defoſſæ. Vid. Corn. à Lapide Comment. in Leuit. cap. 21. verſ. 9.

V. Liuium Florum & alios. Hæc autem pœna ex præſcripto Numæ inſtituta fuit, quippè qui triginta annorū ſpatio caſtimoniam ſeruare ipſas iubebat, quo elapſo permiſſum erat illis quæ vellent, poſitis coronis, & alijs inſignibus Sacerdotij, nubere, aut aliud vitæ genus deligere. *In Numa* Non multas tamen hac licentia vſas ſcribit Plutarchus, & eas quæ eam amplexæ fuiſſent, aduerſis rebus ſemper tentatas fuiſſe, pœnitentia, ac mœrore reliquum

Digitized by Google

quum vitæ traduxiſſe;ita vt ad ſenectutem potiùs,exitumque vitæ in Virginitate
perſeuerarent,& Deæ Veſtæ contubernio fruerentur.

Earum porrò fanum in tanta veneratione erat,vt non niſi nudis pedibus Ma-
tronas Romanas illud ingredi fas eſſet.

Alebantur autem de publico , diuerſiſque priuilegijs, ac alijs ceremonijs co-
honeſtabantur,ac venerabiles,& ſanctæ habebantur, adeò vt Prætor & Conſules
cederent via,& faſces ſubmitterent Magiſtratus,Seneca:*Tibi*,inquit,*Magiſtratus ſuos* Lib. 6.
faſces ſubmittent,tibi Conſules,Pratoreſq; cedent viâ,nec vlla meretrix Veſtali prodeunte, Contro-
auſa fuiſſet comparêre.Adde,quod in theatro ſedem iuxta Prætorem haberent,& uerſ.c. 8.
apud Cæſares ſontes,& noxios pœnis eximebant:teſtamentum etiam viuo patre Sueto.
condere poterant:atque vnus lictor eis publicè dabatur,vt eſt apud Dionem. Auguſto c.44.

Aſt,quot numero erant?Sex fuiſſe,vel vt alij,ſeptem comprehenſa tamen Ve- Sueto.
ſtali Maxima,Diuus Ambroſius refert his verbis:*Vix ſeptem Veſtales capiuntur puella.* Iul.c.1.
En totus numerus,quem infula Vittati capitis purpuratorum, veſtium murices,pompa lectica, Lib.56.
miniſtrorum circumfuſa comitatu,priuilegia maximo lucro ingentia,praſcripta denique pudici-
tia tempora coëgerunt.

Ad honorem etiam illarum pertinebat,quod pro populo,ſeu populi ſalute, ſa-
crificia facerent,vt pluribus in locis docet Cicero.Porrò,à Pontificibus Max. qui
ſacrorum omnium curam habebant, capiebantur, id eſt, inſtituebantur.quæ enim
legebantur Veſtales,*capi* propriè dicebantur.Prudentius: Lib.2.contr.

Ac primum parua teneris capiuntur ab annis.

Tacitus:*Defuncta Virgo Veſtalis Lalia,in cuius locum Cornelia ex familia Coſſorum capta* Symmachum
*eſt.*Idem Tacitus:*Poſt qua retulit Caſar capiendam Virginem in locum Occia;qua per annos* Lib.15.
57.*ſummâ ſanctimoniâ Veſtalibus ſacris praſederat*:Adde Suetonium:*ſed & commoda au-* Annal.
*xit pracipuè Veſtalium Virginum,cumq; in demortua locum aliam capi oporteret,&c.*quæ lo- Lib.2.In
cutio indè proceſſit,quod à Pontifice Max.manu præhenſa,ab eo parẽte,in cuius e- Auguſt. cap. 23.
rat poteſtate,veluti bello capta abducebatur: Nam Virgo Veſtalis ſimulatque cap-
ta,atque in atrium Veſtæ deducta, & Pontificibus tradita erat,eo ſtatim tempore
ſine emancipatione è patris poteſtate exibat,iuſque teſtandi adipiſcebatur.

Porrò, non capiebatur minor, quàm ſex annis , nec maior quam annis decem
nata,teſte Feneſtella.Quæ autem reliquis ætate,ordine,ac dignitate ſuperior erat, Lib.4.Ep.
Veſtalem Maximam appellatam fuiſſe docet Plinius Secundus, quam Symmachus, 11.Lib.9.
Primigeniam nominat,nec ad eas vlli(ſi à Pontifice Max. diſcedas)patebat aditus. Ep.119.
Cicero:*Quæ autem tanta te mentis imbecillitas tenuit,vt non putares Deos ſatis poſſe placari,* Orat pro
niſi etiã muliebribus Religionibus te implicuiſſes? Sed hæc ſatis ſint ad notionem Ve- Domo ſua.
ſtalium,quæ iam ab illa errorum caligine euanuerunt: quarum etiam
tanta erat auctoritas,& reuerentia tanta, vt nullus eſſet vel ſi
Imperator curru triumphali veheretur,qui obuiam illis
vel vni ex illis,non ei de via cederet,vt notat D.Hie-
ron. lib. contra Iouinianum.

Digitized by Google

CAPVT XXI.

De Canonicorum ſeu Clericorum & Monachorum habitu: qualis olim, & de Sacris Sacerdotum Veſtibus: varietas illarum reprehenditur, & Mutationem ſtatus deſignat. Hanc Cardinalis Bellarm. damnat.

INſtitutum Canonicorum vndè proceſſerit, binas refert opiniones Polyd. Virgilius, quarum prima eſt, eorum quos vulgus Regulares vocat; aliorum qui ab Eremo nomen ſibi fecerunt. *Lib. de Inuent. Rer. cap. 3.* Illi pertinaciter affirmant Auguſtinum, vt primum Hipponenſis eſt factus Epiſcopus redigiſſe ſuos ſtatim Canonicos ad eam viuendi Regulam, quam inter ſe in præſenti ſeruant. Quin etiam illud fuiſſe Apoſtolorum Inſtitutum iactitant, id quod Thomas Aquinas in ſuo Opere 22. comprobat, quia illi, vt inquit, poſt aſcenſum Chriſti Domini in cœlum in Monte Sion, de genere vitæ deliberantes, communia inter ſe omnia, ac tria vota coram Deo ſtatuêre. Quam ſententiam ſi ſequamur, inquit Polyd. Virgilius, non tam ab Auguſtino eſt ordo inſtitutus, quam renouatus, cui tamen ob illud ipſum, non immeritò debet principium rei acceptum referri. At verò eorum qui cum Auguſtino propter Manichæos in Africa ſæuientes in Eremum ſeceſſerant, inſtitutum & habitum auctore illo fuiſſe Monachorum probabilior eſt opinio, idque donec & quovſque ſæuitia conſopita eſſet. Vndè Auguſtinus cum ſuis Regularibus rediit cum eodem Inſtituto ad ſuos lares, vbi multi Monaſticam illam vitam amplexati ſunt, principeſque ac Reges Monaſteria ipſis excitârunt, ac dotibus cohoneſtârunt, vt alibi dicemus, manente nihilominus apud eos qui auſterum illud viuendi genus Eremiticum retinebant.

Quod Veſtis autem æuo illorum Monachorum & Canonicorum ſeu Clericorũ atra fuerit, indè patet, quod Pagani veſtibus albis, & ſplendidis vterentur, à quibus cùm animo & moribus diſſiderent Chriſtiani, alijs itidem veſtimentis diſcerni volebant, quod quidem videre licet ex ijs quæ ſcribit Metaph. in Martyrio 5. Indi. 28. Decembris. *Cui interfuiſſe Ethnicos*, inquit ille, *candidis & magnificis veſtibus celebrantes feſtum ſui interitus, ſolus autem Indus atris indutus veſtibus eſſet* Vndè in conuerſione S. Auguſtini legitur Simplicianũ atrã cucullam ei dediſſe: *Nouum*, inquit S. Ambroſius, *Serm. de Baptiſ. S. Auguſt. 92.* *Chriſtianum nouis veſtimentis, cuculla nigra induimus, cingulo ex corio nos ipſi præcinximus, quod Simplicianus noſter ingenti lætitia donauit.*

Ne multis, nigri coloris veſtimentum, inquit Baronius, *teſſera quædam Chriſtianæ Philoſophiæ videbatur.* Vndè legitur in vita SS. Martyrum, Galationis, & Epiſtemis, de *Tom. 10. Annal. Die 5. Nouemb.* quodam Onufrio meticuloſo Chriſtiano, qui veritus nè vt alij, à Paganis ad interitum raperetur, atra Chriſtianorum veſte relicta, albam aſſumpſit, atque hæc atra veſtis iuxta ſenſum nonnullorum, ſub initia naſcentis Eccleſiæ, Monachis tantum conueniebat: nam poſteà Clericorum veſtis fuit violacei coloris, quæ etiam nunc *Tom. 4.* retinetur, teſte Baronio, à Præſulibus, & familiaribus S. Pontificis. Verùm, quàm nunc

Digitized by Google

nunc, Deus bone! alieni ſumus ab illa priſcorum modeſtia, & conſtantia? Enimuerò, cum D. Hieronymo (quanquam alio ſenſu) liceat dicere: *In tanta morum diſcordia, quæ poteſt eſſe concordia?* Mutationis Reipub. ſignum non obſcurum eſſe habitus mutationem, Gregoras auctor eſt, dum ſcribit Darium principio Imperij vaginam acinacis Perſicam iuſſiſſe murari in eam formam, quâ Græci vterentur, protinuſque Chaldæos interpretatos, Imperium Perſarum ad eos tranſiturum, vtpotè quorum arma eſſet imitatus. Pari modo fertur Alexandrum Darij victoria potitum, purpureum diadema diſtinctam albo, quale Darius habuerat, capiti circumdediſſe, veſtemque Perſicam ſumpſiſſe: & quamuis ille ſe ſpolia Perſarum geſtare diceret, tamen verè cum illis mores induiſſe, & ſuperbiam habitus, animi inſolentiam ſecutam fuiſſe, manifeſtum fuit. *Annal. ro. Hieron. Epiſt. 22.*

Ac vt exemplis inſiſtamus, eò factum eſt, vt Ludouicus Germaniæ Rex externos habitus edicto prohibuerit. Legimus etiam Ioannem Ducas Imperatorem Orientis decreto ſanxiſſe, ne quis Subditorum vteretur veſtibus Aſſyrijs, Babylonicis, Italicis, varijs artificijs confectus, ſericis, niſi is, quiſquis eſſet, cum omni familia, in ordinem cogi, ac notari ignominia vellet, ſed his contenti eſſent, quas Conſtantinopolitanæ nouæ Romæ Prouinciæ præberent. Videtur etiam Deus ſuper vſu peregrinatũ veſtiũ ad irã prouocatus, dum apud Vatẽ Sophoniã, inquit, *Viſitatio ſuper Principes, & ſuper filios Regis, & ſuper omnes qui induti ſunt veſte peregrina.* *V. Pet. Greg. de Repub. 4. c. 11.*

Cæterum, tempore Cœleſtini Papæ in Eccleſijs Narbonenſi & Viennenſi turbæ excitatæ fuère à Nouatoribus quibuſdam, qui in veſtitu Clericorum nouum vſum inducerent, nempè vt incederent palliati, præcincti renibus, eò quod Dominus in Euangelio ſuos admonuiſſet dicens, *Sint lumbi veſtri præcincti.* Reprehendit hos Cœleſtinus Papa, vetuitque nè nouo, atque diuerſo ab eo quo hactenus vſi fuiſſent habitu inducerentur, ſed illum quem à maioribus accepiſſent, retinerent, nec à peregrinis Clericis peregrinum acciperent vſum veſtium: quod præſtaret moribus magis, quam indumentis Sacerdotalem præferre decorem. Sed vtinam, & ter vtinam! in quadam Eccleſiâ Cathedrali non aſſumptus eſſet à paucis annis peregrinus habitus, minor certè data fuiſſet occaſio obloquendi vulgo de antiqua illa Eccleſia, quæ alioqui pulla veſte à ſexcentis, & quod excurrit annis vſa fuerat. Varietatem hanc exoſam habens eminentiſſimus ille iuxta ac ſapientiſſimus Cardinalis Bellarminus nihil prius habuit (vt refertur in eius vita) quam vt in Eccleſia ſua Epiſcopali Politiana antiquum morem ſeruaret: qui veteribus inſiſtere malebat, niſi aliud vſus, aut ſtatus tunc præſens poſtularet.

Hactenus de veſtibus prophanis Clericorum, ſiue potius Canonicorum. De ſacris, dicimus contra Nouatores non eſſe nouum inuentum, vt conſecrentur: Nam ab Hebræis ſumptum id eſſe teſtatur Polydorus Virgilius, qui ſcribit veſtes Sacerdotales cum altarium tegumentis, ac reliquis rebus ad vſum templi neceſſarijs, ſacrari ſolitas, quod Stephanus Pontifex primus, apud noſtros, primo faciendũ ſtatuit: nam in exordio ſurgentis Eccleſiæ, Sacerdotes rem diuinã facturi, nihil *Lib. 2. cap. 12.*

ſuper-

Digitized by Google

ſuperinduere conſueuerant, quippè qui potius ſeſe intrinſecus animi virtutibus veſtire, ac vitijs corporis exuere ſtuderent, quam nouos ſumere apparatus, qui apud ipſos Hebræos magnæ habebantur venerationi, teſte Origine (ſuper Leuiticum) qui ait: *inuenimus & vaſa miniſterij ſancta vocitata, & veſtimenta ſancta dici, & loca nihilominus Sacerdotibus aſſignata.* De his veſtibus ſacris quibus Sacerdotes Miſſas facturi vtuntur, quidque illæ ſignificent, conſule Conrardum Brunum de Cæremonijs, & de veſtibus Summi Sacerdotis apud Hebræos, lege infrà cap. 72.

CAPVT XXII.

Canonici, an & quando vſi fuerint communi conuictu, & quo æuo cœperint propriâ quadrâ viuere? quibus primum in locis cœpta hæc mutatio. Præbenda Canonicorum quando inſtituta?

NOn omnibus liquet, aut ſi liquet, ob faſtum non agnoſcunt aliqui, an olim Canonici eodem conuictu, & contubernio vſi fuerint. Si etymon conſideremus κοινωνικοὶ, Cœnonici in commune viuentes deſignat, aut κανονικοί, id eſt Regulares, quod ſub vna eademque Regula, & communibus expenſis vitam traducerent. Nam ecce Vrbanus Pontifex Max, qui Eccleſiæ præfuit circa annum ducenteſimum vigeſimum quartum in ſua epiſt. Decretali ſcribit: *Vita cõmunis maximè viget inter illos, qui in ſortem Domini ſunt electi* id eſt, Clericos: κλῆρος enim, ſorte datus interpretatur, quod in ſortem Domini aſſumptus dicatur. D. Auguſtinus: *Cleros*, inquit, *& Clericos hinc appellatos puto, qui ſunt in Eccleſiaſticis gradibus ordinati: quia Matthias ſortè electus eſt, quem primum per Apoſtolos legimus ordinatum.*

In Pſalm. 67.

Tract. de Canonicis lib. 1. c. 11.

Hoc autem inſtituto vixerunt, Auguſtinus, Gregorius magnus, alijque præſertim in Germania, vt auctor eſt Ioannes Molanus S. Theologiæ Doctor Louanienſis, probatque auctoritate variorum Conciliorum, & inprimis Moguntinenſis, ſub Carolo Magno, in hæc verba: *In omnibus quantum humana permittit fragilitas, decreuimus, vt Canonici clerici canonicè viuant, obſeruantes Diuinæ ſcripturæ doctrinam & documenta Sanctorum Patrum, & nihil ſine licentiâ Epiſcopi ſui, vel Magiſtri eorum incompoſitè agere præſumant. In vnoquoque Epiſcopatu ſimul manducent, & dormiant, vbi his facultas faciendi ſuppetit; vel qui rebus Eccleſiaſticis ſtipendia accipiunt, in ſuo Clauſtro maneant, & ſingulis diebus manè prima hora ad lectionem veniant, & audiant quid eis imperetur; ad menſam verò ſimiliter lectionem audiant, & obedientiam ſecundam Canones ſuis Magiſtris exhibeant.*

Cap. 23.

Quò etiam pertinet Decretum Turonenſis Synodi: *Canonici & Clerici Ciuitatum, qui in Epiſcopijs conuerſantur, ſimul omnes in vno dormitorio dormiant, ſimulque in vno Refectorio reficiantur, quò faciliùs poſſint ad horas Canonicas celebrandas occurrere, ac de vita, & conuerſatione ſua admoneri, & doceri. Victum & veſtimentum iuxta facultatem Epiſcopi accipiant, nè paupertatis occaſione compulſi, per diuerſa vagari, ac turpibus ſe implicare negotijs cogantur.*

Vndè Aquiſgranẽſis Synodus exigit à Præpoſito Clericorum, vt Clauſtra in quibus

Digitized by Google

bus canonicè viuendum eſt, firmis vndique circundet munitionibus, vt nulli omninò intrandi, aut exeundi, niſi per portam, pateat aditus. Sint etiam interiùs Dormitoria, Refectoria, Cellaria, & cæteræ habitationes Fratrum vniuerſis, in vnâ Societate neceſſariæ.

Et nè Monachos fuiſſe putes, eos à Monachis diſtinguit: *Et vt prioribus*, inquit, *Decretis poſteriora iungamus, vt clarius conſtet vigorem, & rigorem Canonicæ & communis vitæ per aliquot ſecula perduraſſe*, *eſt apud Gratianum* Leonis IX. *decretum iſtud: Neceſſaria res exiſtit, vt iuxta Eccleſiam Clauſtra conſtituantur in quibus Clerici Eccleſiaſticis diſciplinis vacet. Itaque omnibus vnum ſit Refectorium, ac Dormitorium, ſeu cætera officinæ ad vſus Clericorum neceſſaria. Miniſtri verò poſt Epiſcopos ſuper eos eligantur, quorum vita, atque doctrina illos potiùs exornet, quàm dehoneſtet.* Accedat Gregorij Pontificis Conſtitutio quæ ad cunctos dirigebatur Epiſcopos adhuc ſub annum Chriſti 1186. per quam poteſtas ſit Epiſcopis conſtituendi, vt bona Clericorum veniant in commune, & vt in vnâ domo veſcantur, ſub vnoque tecto dormiant, & quieſcant, contradictoribus quibuslibet grauiter punitis, id quod procul dubio de Clericis omninò ſæcularibus, tam in Eccleſia Cathedrali, quàm Collegiata degentibus intelligendum eſſe docet Boëtius Epo Anteceſſor Academiæ Duacenæ.

Cap. 125.

In cap. Quoniam, de Vita & honeſt. Cler.

Alexander quoque ſecundus, qui anno plus minus centeſimo vltra milleſimum claruit, dum loquitur de Subdiaconis, Diaconis, & Præsbyteris, præcipiendo ſtatuit, vt hi prædictorum Ordinum, qui anteceſſoribus ſuis obedientes caſtitatem ſeruauerint, iuxta Eccleſias, (ſicut facere oportet Religioſos Clericos) ſimul manducent, & dormiant, & quidquid eis ab Eccleſia competit, hoc communiter habeant. Fit quoque in vita S. Rigoberti mentio *Canonici panis*, vti conſtat ex libris Chartarum Eccleſiæ Leodieñ.

In cap. 1. Ne Clerici vel Monachi & cap. præter hoc Diſt. 32.

In cap. præter hoc Diſt. 32.

Quo verò tempore iſtud Canonicorum Regul. inſtitutum cœpit exoleſcere, idem Molanus explicat, vbi ſcribit diſſolutionis communis iſtius victus meminiſſe Trithemium Abbatem in Hirſaugiæ chronico in hunc modum: *Sub Theodorico Archiepiſcopo Treuirenſi Canonici maioris Eccleſiæ, ibidem abiecta vita Regulari, quam huc vſque in eadem Eccleſia maiores eorum continuauerunt, deſierunt eſſe Regulares, & facti ſunt nomine, & conuerſatione ſeculares. Quorum exemplo malo, Canonici quoque Sancti Paulini Treuirenſes, Sancti Caſtris in Confluentia, Moguntinenſes, VVormatienſes, Spirenſes, & complurium aliarum Eccleſiarum diuerſis quidem temporibus, ſed vno impietatis ſpiritu*, inquit, *Regularis vitæ communitatem abiecerunt.* Idem notatur in tomo primo epitomes de omnibus Germaniæ Epiſcopatibus, qui Noribergæ anno 1549. à damnatæ lectionis ſcriptore editus eſt, *Sub Baldirico* (inquit) *vigeſimo ſecundo Epiſcopo Spirenſi, qui deceſſit anno nongenteſimo octuageſimo ſeptimo, ceperunt Canonici Nemetũ (quemadmodum etiam VVormacienſes, & Moguntini) Monaſtica vitæ profeſſione abiecta, ſeculares fieri, ſeorſum habitare, ac propria habere, & annuos prouentus inter ſe diſtribuere.* Hæc Bruſchinis, vbi tamen ſic loqui videtur, ac ſi Canonici Spirenſes, vt aliarum in Germania Cathedralium Eccleſiarum anteà Monachi fuiſſent. Quod ſi putauit,

Cap. 14.

An. 977.

uit, multum à vero aberrauit. Ideòque circum ſpectiùs locutus eſt de vigeſimo primo Paderbonenſi Epiſcopo agens: *Bechardus*, ait, *quartus huius nominis paſſus eſt, vt Canonici Paderbonenſes obſeruantiam regularem, quæ hactenus viguerat, mutarent in ſæcularium Canonicorum Statum, obijt anno* 1254. Et ſimilia de Treuitenſibus habet in Centuriâ primâ Monaſteriorum Germaniæ maximè illuſtrium. Apud nos æſtus ille Regularis ſeſe remiſit ſub Alberone Secundo Epiſcopo Leodienſi; ſed magis deperijt ſub Radulpho, qui diſciplinam penitùs collabi permiſit, etſi acerrimè à Lamberto (de quo ſuprà cap. 4.) quodam qui ſpiritu Prophetiæ clarebat, admoneretur. Idem rigor ſenſim ſe remiſit Traiecti, & videtur ſub Godebaldo Epiſcopo primam Præbendam datam eſſe Decano maioris Eccleſiæ, iuxta commune conſilium Prioratus ſui, vt loquuntur, in laboris temporalis conſolationem. Vndè quibuſdam renitentibus Colonienſis Eccleſia reſcripſit: *Dominis ac Fratribus Sanctæ Traiectenſis Eccleſiæ, tam maioribus, quàm minoribus Salutem, Vt Prepoſitura, Decania, vel aliqua Clauſtralis obedientia pro beneficio habeatur, vel beneficium nominetur, Eccleſiæ noſtra conſuetudo non patitur, &c.*

Sed hæc etiam Coloniæ immutata ſunt ſub Philippo quadrageſimo quarto Epiſcopo, laxioribus enim præualentibus, alij in Regulari obſeruatione permanere volentes, Nuſſienſe Monaſterium inchoarunt. Laborarunt autem nonnulli illis temporibus vt inter Canonicos communem vitam, aut conſeruarent, aut collapſam reuocarent. Inter quos fuit S. Wolfangus qui cùm eſſet Epiſcopus Ratiſbonenſis, in ſua Eccleſia Canonicæ vitæ collapſa, inſtituta reformauit, in id intentus, vt ſimul in Refectorio ederent, & extra Clauſtrum horis incongruis nè exirent, neque ſilentij diſciplinam negligerent. Cæterùm, paulatim benè reformata, ijs quoque in locis conciderunt. *Vide Martyrol. in VVolfango.*

Quando autem inſtituta ſint Beneficia Eccleſiaſtica, ſeu Præbendæ, hoc eſt vt ſinguli Canonici certos, & proprios reditus haberent, varij varia cenſent, plerique opinantur id accidiſſe tempore Concilij VVormatienſis, vbi Parochis aſſignantur certi reditus, vt refertur in cap. Sancitum eſt 23. quæſt. 8. vti etiam notat Rmus. D. VVoltherus Henricus Streueſdorff Suffraganeus meritiſſimus Moguntinen. Et prioribus multò antè ſæculis antequam Canonicorum inſtitutum eſſet in vſu, Clerici qui Epiſcopis in miniſterio aſſidebant, ad excolendam Domini vineam ab eis mittebantur, à quibus accipere ſoliti erant menſtruum ſtipendium, quos ea de cauſa *Sportulantes* appellabant, teſte Baron. in Annal. An. Chr. 257. Poſteà verò, id eſt, ſub annum Chr. 503. factum eſt vt omiſſo menſtruo ſtipendio ab Eccleſia per Epiſcopos Clericis ſolui conſueto, nonnullis ex ipſis bene de Eccleſia meritis, poſſeſſiones ab Epiſcopo concederentur, quæ demùm beneficia dici cœperunt. Conſule Baronium ad Annum Chr. 503. an autem illorum proprietas competat Clericis, vide Boëtium Eponem de Iure ſacro lib. 2. quæſt. 1. nu. 2. *Cap. 50.*

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XXIII.

De conſuetudine, & vſu canendi tam in veteri teſtamento, quàm nouo. Cantores qui Fabarij *dicti? De tempore primitiuæ Eccleſiæ. Quis canendi modus? Muſicis etiam inſtrumentis vtebantur. Hæretici reprehenduntur.*

COnſuetudinem hanc non eſſe nouum inuentum, ſed antiquiſſimum, & iam
indè ab ipſis Eccleſiæ incunabulis receptum, & à Deo inſtitutum ex Sacra
Scriptura probat Eminentiſſ. Cardinalis Bellarminus in Præfat. in Pſalmos, &
R. P. Adamus Contzen, & imprimis Exodi 15. vbi memoratur Iſraël merſo Pha- *Lib. 6.*
raone poſt tranſitum maris rubri in choros diuiſos, Deo gratias concinuiſſe, non *Polit.*
voce modò, ſed tympanis etiam, atque inſtrumentis Muſicis. Hos imitati ſunt *cap. 6.*
Iſraelitæ deinceps, & præcipuè poſtquam Cantorum ordines, viceſque Dauid, &
Salomon deſcripſit. Sed illorum deuotione euaneſcente Eſſenij ſucceſſere, de
quibus in vita contemplatiua Philo narrat in hæc verba: *Vbi omnes conſurrexere,
duo chori fiunt in medio cœnaculo, alter virorum, alter fœminarum, cuique ſuus incentor præ-
ficitur honore præſtans, & canendi peritia. Deindè cantans hymnos in laudem compoſitos va-
rijs metrorum, carminumque generibus, nunc vno ore, nunc alternis non ſine decoro, & religio-
ſo geſtu, & accentu. Poſtquam autem chorus ſeorſum expleuit hiſcè delicijs, velut amore di-
uino ebrij, vnum chorum faciunt promiſcuum, ad imitationem illius olim inſtituti, quando Ma-
re Deo iubente, alijs ſalutem, perniciem alijs attulit præcinente viris Moyſe, Maria verò prophe-
tide fœminis Concinentibus alternis choris Hymnum, Cantemus Domino, glorioſè enim ma-
gnificatus eſt, &c.* Qui Hymnus primus omnium decantatus fuit teſte Origine. *In Exod.*
Conſuetudo eadem canendi in Eccleſia, mox cum ipſo fidei initio tranſlata eſt, *cap. 15.*
vt auctor eſt idem Philo Iudæus, enarrans Eccleſiaſticæ inſtitutionis initia: *Non
ſolum* (inquit de prioribus Chriſtianis agens) *ſubtiliùs intelligunt hymnos veterum,
ſed ipſi faciunt nouos in Deum, omnibus eos, & metris, & ſonis, honeſta ſatis, & ſuaui
compage modulantens.* Et apertiùs apud Nicephorum: *Solere apud nos,* inquit, *ità* *Lib 2. c. 16*
*cantari hymnos, vt cùm vnus certis obſeruatis numeris, ritè, ac decenter præeat, reliqui tacitè
illum audientes, hymnorum tandem extremas partes concinant.* D. etiam Paulus: *Verbum
Chriſti habitet abundanter in vobis, in omni ſapientia, docentes & commonentes voſmetipſos* *Coloſſ. 3.*
pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritalibus in gratia cantantes, in cordibus veſtris Deo. Noctes *Lib. 2.*
etiam in eo pietatis genere perſeueraſſe diu noctuque teſte eodem Nicephoro, & *Epiſt. 10.*
Philone, adeòque Plinio qui nihil in Chriſtianis delicti ſe reperire teſtatur. Traia- *& 97.*
no Imper. *niſi quod antelucanos cætus concelebrent, & Chriſto laudes canant.* Eiuſdem
conſuetudinis teſtis eſt Iuſtinus Martyr, oratione ad Antonium, & Clemens
Alexandrinus ad Gentes.

Digitized by Google

Cæterùm, quò meliores voces aſſequerentur, pſallentes, aſſiduè Fabis vti ſolitos ſcribit Iſidorus, vndè & Cantores à Gentilibus, *Fabarios* eſſe dictos; Nihilominus, fuiſſe olim ſacri cantus contemptores docet S. Baſilius: *Ad id verò quod propter pſalmodias accuſamur quare potiſſimùm ſimpliciores perterrefaciunt, qui nos traducunt: hoc habeo, quod dicam: quod videlicet, qui iam obtinuerant ritus, omnibus Eccleſijs Dei concordes ſunt, & conſoni. De nocte ſiquidem populus conſurgens: antelucano tempore domum precationis petit: inibique labore, & tribulatione, ac lachrymis indeficientibus facta ad Deum confeſſione, tandem ad orationem ſurgentes, ad pſalmodiam inſtituuntur, & nunc quidem in duas partes diuiſi, alternis ſuccinentes ſallant, atque ex eo ſimul eloquiorum Dei exercitationem, & meditationem corroborant, & cordibus ſuis attentiorem, reiectis vanis cogitationibus mentis, ſoliditatem ſuppeditant. Deinde, vni ex his hoc muneris dato, vt quod canendum eſt prior ordiatur, reliqui ſuccinunt: atque ità in pſalmodiæ varietate, precibuſque ſubinde interiectis noctem ſuperant. Illucente iam die, pariter omnes velut vno corde, ac ore vno confeſſionis pſalmum Domino offerunt: ac ſuis quiſque verbis reſipiſcentiam profitentur, horum gratia ſi nos fugitis, fugietis ſimul Ægyptios, fugietis Lybiam vtramque, Thebaos, Palaſtinos, Arabes, Phœnices, Syros, & qui ad Euphratem habitant, & (vt ſemel dicam) omnes apud quos vigiliæ ac preces, communeſque pſalmodiæ in pretio ſunt.* Huc vſque Baſilij verba, quibus conſonant, eaque ſcribit Philo Iudæus lib. 3. de Vita Moyſis.

Lib. 2. de Offic Eccleſ. c. 12. Epiſt 69. aduerſ. Haret.

Quin & in vita Damaſi Papæ legitur eum conſtituiſſe, vt pſalmi diu noctuque canerentur per omnes Eccleſias, non quod de prima inſtitutione intelligendum ſit, ſed de generali præcepto, quo Eccleſiæ, quæ id facere nondum cœperant, cantum inſtituerent. Nam Valentiniano, & Valente Imperatoribus, poſt perſecutionem Conſtantij, & deindè Iuliani, Eccleſiæ refloruerunt, ità vt publicè cani poſſet, nedum aſſa (vt dicitur) voce, verumetiam adhibitis muſicis inſtrumentis ad inſtar Hebræorum, qui ijs in laudibus diuinis vtebantur. *Sumite Pſalmum* (inquit Regius Vates) *& date tympanum, pſalterium iucundum, cum cythara.* Et apertius pſalm. 150. *Laudate eum in ſono tubæ, laudate eum in pſalterio & cythara.* quanquam in Eccleſia Catholica paulò ſeriùs venerit Organorum vſus. Nam teſte Nauarro viuente D. Thoma, qui obijt anno ſalutifero 1274. non erat adhuc illorum vſus in officijs diuinis, vt ex eius verbis colligitur, neque in hodiernum vſque diem coram Papa illis vtitur Eccleſia, vti teſtatur Caietanus, & nobis conſtat, qui Papalem ſymphoniam in Vrbe ſæpius vidimus & admirati ſumus.

Pſalm. 80.

Pſalmodia tandem vetus, & hymnodia commodior erat populo, & Clero; Sacerdoti ſanè populus reſpondebat vt Auſonius oſtendit:

Conſona quæ celebrans medulati carmina Dauid.
Et reſponſurus ferit aëra vocibus Amen.

Creſcente autem multitudine fidelium cum abſonis multorum vocibus vtriuſque ſexus inconditoque vlulatu, vt ſic dicam, Eccleſiæ perſonarent, quæ res deuotionem eleuabat, adeoque impediebat, riſus conciebat, infideles offendebat, magno labore Epiſcopi in id incubuerunt, vt cantus Religioſa grauitate, innumeriſque

Digitized by Google

meriſque ad pietatem accommodis vocibus perficeretur. Nec id modò in Eccleſia, verumetiam in Agapis, caritatis in quam epulis, quod ſatis Clemens Alexandrinus oſtendit. Idcircò Iuſtiniani Conſtitutione ordinatum erat, vt Clerici circa pſalmodiam ſtudioſi eſſent, & per ſe canerent, nullis alijs ad illam admiſſis, vti conſtat apud Gratianum diſt. 92.

Porrò, hallucinantur hæretici, qui dicunt cantum rem abſurdam atque inutilem eſſe (quos acriter reprehendit S. Auguſtinus) & multò magis quod Ordinis Monaſtici Virgines, quæ latini ſermonis expertes ſunt Pſalmodias, laudeſque diuinas latine decantent: Nam vt illis reſpondet idem B. Auguſtinus, *Qui pſalmum*, inquit, *exactè non intelligit, credit tamen aliquid ſancti eſſe in eo quod cantat, ideò omninò ſine fructu non eſt. Deus enim Pſallentis cor magis, quàm verba attendit.* Pleraque omnia de cantu, & officijs diuinis videri poterant infrà cap. LXXX.

Can. fin. & cap. Praesbiter. de Celeb. Miſſ. & Bellarm. Tom. 3. Contro. tract. de Bon. oper. lib. 1. cap. 19. Lib. 2. Retract. cap. 9. & lib 6. Confeſſ.

CAPVT XXIV.

Conſuetudo malè imprecandi apud Iudaeos, quae? & qualis? deque ſciſſione veſtium apud eos.

INdecorum ac potiùs impium Iudæorum ritum animaduertimus, quod vbi malè alicui imprecarentur, puluerem in aërem ſpargerent, vel à ſe excuterent: vt colligimus ex illo loco Eſdræ: *Inſuper excuſſi ſinum meum, & dixi. Sic excutiat Dominus omnem virum, qui non compleuerit verbum iſtud de domo ſua, & de laboribus ſuis ſic excutiatur, & vacuus fiat, & dixit vniuerſa multitudo, amen.* Et in Act. Apoſtolorum de Iudæis in Paulum clamantibus, hæc habentur: *Vociferantibus autem eis, & proijcientibus veſtimenta ſua, & puluerem iactantibus in aera.* Qui ritus hinc deriuaſſe videtur, quod puluis ſignificet terrenam conuerſationem: vndè dictum Apoſtolis, vt excuterent pedum puluerem, de quo Rex Pſalmographus: *Humiliata eſt in puluere anima mea: adhæſit terra venter meus.* Et ad Hieruſalem Iſaias ait: *Excutere puluerem, & exurge Hieruſalem.*

Cap. 5. *Act. 22.*

Notes etiam conſuetudinis apud eos fuiſſe, inquit Hieronymus, *cùm aliquid blaſphemiæ, aut contra Deum audirent, ſcindere veſtimenta ſua, quod Paulum quoque & Barnabam Lycaonia quando Deorum cultum venerabantur feciſſe legimus.* Vndè in libris Regum habetur: *Regem Dauid in morte Saul, ſcidiſſe veſtimenta ſua*: & alibi: *Rex Ezechias ſcidit veſtimenta ſua, &c.*

In Matthaeum. c. 26. *2. Reg. 1.* *4. Reg. 19.*

Qui mos poſteà profluxit ad Romanos, vt patet ex Plino de Viris Illuſtr. vbi de Marco Scauro: P. *Decium Pretorem tranſeunte ipſo ſedentem, iuſſit aſſurgere, atque veſtem ſcidit, ſellam conſcidit: ne quis ad eum iret edixit.* Et exinde ad Chriſtianos, Tertullianus: *Duritia hoſtis annunciata ſcidit veſtem.* In Act. Apoſt. *Quod vbi audierunt Apoſtoli Barnabas, & Paulus, conſciſſis tunicis ſuis exierunt clamantes in turbas.* Si quempiam autem, tanquam impium, & blaſphemum contumelia afficere Iudæi vellent, ſpu-

Cap. 14.

ta in faciem illius veluti Dei iniuriam vindicantes ingerebant: quod Chriſto Domino noſtro, qui erat extra omnem mali patrationem, contigiſſe, Euangeliſta teſtatur, quod alicui latronum eueniſſe nulla prodit Hiſtoria.

CAPVT XXV.

De miris ſectionibus proprij corporis in ſacrificijs apud Gentiles: quæ Iudæis interdicta.

A Sciſſione veſtium apud Iudæos, tranſgredior ad aliam Gentilium ſectionem, ſed carnis quam in Sacrificijs, vſurpabant Gentiles, Iudæis tamen interdictam. De his itaque ſic infit Aloiſius Nouarinus. *Eò,* inquit, *Gentilium cæcitas, & amentia prorepſit, vt in Deorum ſuorum cultu corpora ſua compungerent, notis candentibus laminis inurerent, ſtigmata in falſorum Numinum memoriam deferrent. Stulti, delirique, dum muta & inanima ſimulachra his cruciatibus venerantur.*

Lib. 3. Sacror. Elect. c. 16.

Et quidem in myſterijs Idolorum conſecratione, & vniuersè in Deorum cultoribus initiandis, & conſecrandis, notis, ac compunctionibus, ſtigmatiſque vſos Gentiles ex noſtrorum, profanorumque ſcriptorum libris euincitur. Et in primis huc ſpectauit Prudentius in Martyrio Romani, vbi ait, ſacrandum ſphragitides accipere, & ſtigmata, traditque modum, quo in corporibus fieret, addens has notas aurea lamina coopertas, cùm ſignati vita functi ad ſepulchrum deferrentur: Ità autem ille canit:

Quid cùm ſacrandus accipit Sphragitidas, Acus minutas ingerunt fornacibus;
His membra pergunt vrere: vtque igniuerint, Quamcumque partem corporis feruens nota
Stigmarit, hanc ſic conſecratam prædicant. Functum deinde cùm relinquit Spiritus,
Et ad ſepulchrum pompa fertur funeris, Partes per ipſas imprimuntur bractea
Inſignis auri lamina inſigniuit cutem, Tegitur metallo, quod peruſtum ignibus.

Ad hunc ſignandi morem reſpexit etiam Tertullianus in Apologetico, dum ait: *Talia initiatus, & conſignatus, viues in æternum.*

Horum ſtigmatum, & notarum meminit etiam Primaſius, qui explicans illa Apoſtoli verba, *Vt contumelijs afficiant corpora ſua*, ait in Idolorum conſecrationibus cultores hos characteres ſibi inuſſiſſe, hæc eius verba: *Sibi characteres & vſtiones infligunt in conſecrationibus Idolorum.* Vndè Sacerdotes in Bellonæ ſacrificijs, humerorum ſectione hanc Deam venerabantur, locuples huius rei teſtis ſit Lactantius: *Alia,* inquit, *virtutis (ſacrificia) quam eandem Bellonam vocant; in quibus ipſi Sacerdotes non alieno, ſed ſuo cruore ſacrificant: ſectis namque humeris, & vtraque manu diſtrictos gladios exerentes, currunt, efferuntur, inſaniunt.* Tertullianus, ait, ex femore proſciſſo fluxiſſe ſanguinem, & ſignatis datum: *Hodie,* inquit, *iſthinc Bellonæ ſacratus ſanguis de femore proſciſſo in palmulam exceptis datur ſignatis.* Sic ille.

Rom. 1. 24.

Lib. 1. de falſa Relig. cap. 21.

Cap. 9. Apolog.

Neque

Neque viri tantum in Deorum ſacrificijs concindebant ſe, ſed etiam fœminæ. Vnde Tibullus de fœmina ſacrificante:

Ipſa bipenne ſuos cadit violenta lacertos, Sanguineque effuſo ſpargit inepta Deam.

Statque latus præfixa veru ſtat ſaucia pectus, Et canit euentus quos Dea magna monet.

Stigmata autem ſibi Idolorum cultores inurebant, in falſorum Numinum honorem; vtque eſſet obſignatio iſta ſeruitutis indicium: nam ſerui ſtigmata deferre conſueuerant, teſte Philone Iudæo: ità & illi. *De Monarch.*

Hac inſania laborauit Ioachim Rex, in cuius corpore cùm iam defunctus eſſet, Idolorum notæ inuentæ fuerunt, vt Idololatram ſe fuiſſe vel mortuus proderet. De impio iſto Rege hæc leguntur: *Reliqua verborum Ioachim, & abominationum eius, quas operatus eſt, & quæ inuenta ſunt in eo, continentur in lib. Regum Iuda, & Iſrael.* Ex quibus verbis colligunt aliqui in eius cadauere repertas Idolorum notas, quas viuens in eorum honorem ſibi inuſſerat: vbi Lyranus, *Reliqua*, inquit, id eſt ſtigmata, & figuræ, *quas fecerat in corpore ſuo in honorem Idolorum, & quæ inuenta in cadauere eius proiecto.* Ità ille. *2. Paralip. c. 36. v. 8.*

Ex his quæ de ſtigmatis, & characteribus diximus, obuium erit aliqua in Diuinis litteris loca explicare. Et imprimis non minima ab his lux mutuatur ea lex, quâ Iudæis inhibetur, ne carnes ſuas inciderent, figuras aut ſtigmata ſibi facerent; ſic enim legitur Leuit. 19. v. 28. *Non incidetis carnes veſtras, neque figuras aliquas, aut ſtigmata facietis vobis:* Ne ſcilicet Idololatrarum ritus obſeruarent, qui candente ferro Deorum notas, ſæpè etiam nomina ſibi inurebant. A nobis eſt Oleaſter, qui legens *Scripturæ notam: non ponetis in vobis*: talem explicationem, adijcit: *Vſque hodie Arabes, & Saraceni, & quidam Inſulares apud fortunatas Inſulas degentes, habent pectora, & brachia eiuſmodi notis, & litteris inſcripta, & hoc Dominus ſuis hic prohibet. Omnes enim huiuſmodi ritus Gentilium erant, & Idololatrarum; quam ob cauſam à Domino prohibentur.* Non aliter ſentire videtur Abulenſis: *Radulphus*, inquit, *prohibitionem ſtigmatum ad illa refert quæ in militum manibus fiebant, vt cuius Imperatoris milites eſſent, inuſto ſigno cognoſceretur: vt alibi diximus*: Hactenus ille. Alia de ſectionibus, & corporum inciſionibus, quæ funeribus adhibebantur, legat qui volet in primâ parte Cap. 52. *Quæſtio. 26.*

CAPVT XXVI.

De Religioſis Synagogæ, & quotuplices?

PRæter Leuitas, Sacerdotes, Phariſæos, Scribas, alioſque (de quibus paulò poſt dicemus) fuiſſe Religioſos in confeſſo eſt. Et quidē primò erant Nazaræi, id eſt ſancti, ſeu ſanctificati, ſeu viri, ſeu fœminæ, quæ voto ſe ſponte offerebant, & à communi aliorum conſortio ſequeſtrabantur, & idcircò Nazaræi dicebantur, quaſi ſeparati, conſecrati, abſtemij, comati, teſte R. P. Martino Becano [a], & Cornelio *a In ſua Analog.*

Digitized by Google

vet & Noteſt. b V Iu. c. 6 Num. verſ. 9.

nelio *b*. quorum inſtitutum deſcribitur à Moyſe. Nimirum, abſtinebant à vino, & ab omni potu, qui ebrium reddere poſſet, at noſtri Religioſi non quidem à vino, ſed ab opulentia, & vitæ commodis ratione voti abſtinent, itemque illi ab aceto, & vua tam paſſa, quam viridi. Cùm autem tempore naſcentis Eccleſiæ admodum abſtinentes eſſent Chriſtiani, à moribus Nazaræorum Nazaræi dicebantur, niſi mauelis à Domino N. Iesv, qui ſic vocari debebat ſecundum Prophetiam illam: (***Exiet**, inquit Eſaias, **virga de raduce Ieſſe. & Nazareus de radice eius conſcendet***) apellatos fuiſſe, quod vult Tertull. Vnde D. Paulus in Act. Apoſt. ſeditionis ſectæ Nazaræorum indigetatur. Denique, in veteri Lege ſoli Nazaræi, hoc eſt Sancti, qui ad Pontificatum Domini, inquit D. Hieronymus, meruerant peruenire, non radunt capita ſua: Neque enim habent mortis opera, nec immundi ſunt: quia Nazaræi, id eſt Sancti Domini ſunt. Et ipſe Chriſtus Dominus, Sanctus Sanctorum hoc nomine vocatus eſt, illudque Crucis titulo qui Romanæ in Eccleſia S. Crucis in Hieruſalem magnâ cum reuerentia aſſeruatur, appoſitum fuiſſe teſtatur D. Hieronymus, licet à patria ſua Nazarenus appellatus videatur.

Lib. 4. aduerſ. Marcio. cap. 9. Lib. 1. in Ezechiel. cap. 9.

Alij item Religioſi Synagogæ erant, qui Rechabitæ dicebantur à Rehab, qui fuit Pater Ionadab, qui ſuis præcepit Filijs, Primò, vt non biberent vinum vſque in æternum: quibus cùm offerret Hieremias vinum vt biberent, & illi bibere noluiſſent, dixit Dominus per Prophetam: ***Quia obediſtis præcepto Ionadab Patris veſtri, non deficiet vir de ſtirpe Ionadab.*** Secundò, vt nunquam habitarent in domibus, nunquam ſererent agros, nunquam plantarent vineas, &c. & alia quæ enumerat ſacer Codex, & S. Hieronymus. Verùm, de Religioſis Synagogæ ſatis dictum, modo de ipſa Synagoga dicendum.

Lib. 2. aduerſ. Iouin.

CAPVT XXVII.

Origo, & vſus Synagogæ apud Iudæos. Oratoria apud illos quæ?

QVi pauxillum Hebræorum hiſtorias voluerunt, non neſcij ſunt, Deum ipſum verbis ſuis minaciter iuſſiſſe, vt omnes Legis ſuæ Lectores populum in illa diligenter inſtruerent, qui populus in vnum congregatus Synagoga dicebatur, vt nu. 27. 20. & Matth. 4. 23. ***Circuibat** Iesvs **totam Galilaam docens in Synagogis eorum.*** Synagoga igitur à *συνάγω*, quod eſt colligo, inde *συναγωγή*, quaſi collectio. Hinc igitur exortæ Synagogæ, teſte D. Georgio Thourino q. Scholaſtico Leodienſi, nedum in Galilæa, & Iudæa, verum etiam in cæteris multis Prouincijs, in quibus Iudæi legem diuinam ediſcebant, & Deum aſſiduè colebant. Earum porrò vſus videtur fuiſſe multiplex. Nam plebs in eas quaſi Curias diſtributa, ſingulis ſabbathis poſt preces publicas legem diuinam audiebat. ***A temporibus antiquis habet in ſingulis Ciuitatibus Moſes, qui eum prædicent in Synagogis, vbi per omne ſabbathum legitur,*** (ait Iacobus Apoſtolus primus Hieroſolymorum Epiſcopus.) Vnde S. Lucas:

Orat. de Semin. orig.

Erat

Erat IESVS *docens in Synagogis Iudæorum Sabbathis,& mulierem ſanauit:reſpondens autem* *Cap. 13.*
Archiſynagogus,indignatus eſt,quia Sabbatho curaſſet. Et S. Ioannes: Iam conſpirauerunt Iudæi,vt ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtum, extra Synagogam fieret,id eſt, interdiceretur publicis conuentibus qui in Synagoga celebrabantur:quos nos dicimus,Excommunicatos. *Cap. 9.*

Sed qui ritus,quis ordo in eis ſeruabatur? Pauci conueniebant certis diebus viri,fœminæ,locis ſeparati,ante omnia Deum ſuum adorabant,rogabantque, vt à ſe,ſuiſque finibus auerruncaret mala communia,Meſſiæ aduentum vrgebant, ad vitam piè, iuſtèque tranſigendam, poſcebant cœleſtia adminicula. Poſt preces, primi ſacrorum periti,locum aliquem ex libris Moyſis Prophetarum,Pſalmorum, Plebi explanabant: poſtremò ſi quis eſſet doctrina eleganti: præſertim aduena, imò etiam indigena alterius tribus, ſeu Synagogæ, benigno vultu, ac ſermone à primoribus inuitabatur ad dicendum, & ille in concionem grauiter aſcendebat. Legiſti Lector,vt reor,Paulum, & Barnabam à Principibus Synagogæ, quæ erat Antiochiæ,Lyſidiæ honorificè rogatos vti ſuo loco dicerent? Dixit certè Paulus, lecta lege, & Prophetis:Is enim fuit mos apud Iudæos, vt notat Ianſenius, vt in Synagoga non vnus tantùm verba faceret ad populum, ſed liberum eſſet diuerſis ſucceſſiue concionari. Vnde & Paulus Gentilibus Corynthijs ſcribens,ſtatuit vt in Eccleſia Prophetæ viciſſim dicant,& audiant, & ſi cui fuerit reuelatum aliquid dignum cognitu,cedat qui prior dixerit,& det locum ſucceſſori. Sed abſente etiam populo lecti quidam viri,qui ſcholas inter ſe habebant de ſcripturis ad earum bonos ſenſus eliciendos, cuiuſmodi diſputationibus benignus Seruator noſter Chriſtus,puer ſæpe interfuit. *Act. 13.* *In Con. cord. Euangel. c. 14.* *1.Cor. 14.*

Verùm,Philonem omnium Iudæorum doctiſſimum audire lubet de vſu Synagogarum ſuæ gentis diſſerentem: *Moris fuit ſabbathis operam dare Philoſophiæ, Principe præeunte,& docente quæ opus facto ac dicto eſſent,reliquis audientibus,& nunc quoque philoſophantur more patrio. Nam oratoria in Ciuitatibus,ſcholæ ſunt omnium virtutum, in quibus diuina, humanaque intelliguntur.* Nolite verò exiſtimare, quas ſæpè nominaui Synagogas, fuiſſe primùm à Iudæis ad tuendam templi Hieroſolymitani memoriam in exilio Babylonico,conſtitutas,quod doctus, & diſertus vir aliquis aſſeuerauit. Nam quis ignorat ante templum ædificatum à Salomone conueniſſe in Maſphat quadraginta hominum millia in Eccleſiam,id eſt,domum aliquam Deo conſecratam?quæ domus non erat magnum illud delubrum, ſiue templum, in quo arca fœderis aſſeruabatur, & extrà quod ſacrificare magno Deo nefas erat; propterea quod illud in Vrbe Sylo fuiſſe conſtat. Locus igitur erat Deo dicatus in eos vſus, quos ſuprà commemoraui. At, quî diſtaret templum à Synagoga, proprio capite XXXIII. dicemus. Hactenus de Synagogis in genere, de quarum miniſtris, vtpotè Leuitis, Sacerdotibus, Pontificibus, infrà proprio cap. XXXVI. dicemus. *Carol. Sigon. lib. 2. de Rep.*

Digitized by Google

CAPVT XXVIII.

De Phariſais, Scribis, Legiſperitis, & Legiſdoctoribus apud Iudaos. Seminaria Prophetarum à Samuele.

PHariſeos nuncupatos volunt, teſte Cœlio Rhodig. à vitæ inſtituto, quod à cæ-
Lib. 1. Antiq. Lectio. teris abiuncti & ſequeſtrati puriſſimæ cuidam viuendi rationi ſe manciparint.
Nam Phares ex Hebræorum idiomate ἀφορισμὸς interpretabantur, id valet latinè
ſegregatio. Vide Ioſephum Antiq. Iud. qui vocat illos genus hominum aſtu-
Lib. 17. tum, arrogans, & interdum Regibus infeſtum, vt eos etiam apertè impugnare non
cap. 3. vereatur: veri hypocritæ qui mundant, vt Chriſtus inquit, quod deforis eſt cali-
Math 23. cis, & paropſidis, intus autem pleni ſunt rapinâ, & immunditiâ. Mores eoſdem
ferè ſequebantur καὶ οἱ γραμματεῖς: hoc eſt qui dicerentur *Scribæ*. Propriæ illorum
virtutes erant continentia, virginitas νηστεία δὶς τοῦ σαββάτου id eſt, bis in Sab-
batho ieiunium. Porrò quies, ſoporque eorum erat ſuper anguſtis tabulis, aut e-
tiam ſpinis, vel lapidibus ad comprimendas, corporis ac ſenſuum titillationes,
teſte Epiphanio. Virginitati itaque, & continentiæ ſtudebant, biſque in Sabba-
tho ieiunabant. Horum autem proprium fuiſſe Chryſoſtomus, & Matthæus in
Euangelio ſignificat, vt Decalogum in membranulis, quæ Hebræis dicebantur
philacteria, ſcriberent, ligarentque in fronte, vt Religionis intimæ ſpeciem præbe-
rent. At, quod diximus de ſeueriore illo Phariſæorum cultu, intellige de aſcetis
Phariſæis, quorum exemplum tranſiſſe ad primos Chriſtianorum Monachos,
quidam vir doctus exiſtimat.

Cæterùm, Scribarum, ſeu Legiſperitorum Doctorum munus erat, cum Sacer-
dotibus, & Leuitis legem populo prælegere, & interpretari, aut ſaltem aſſiſtere,
quem morem cùm Rex Ioſaphat exoletum, legiſque Diuinæ imperitum popu-
lum eſſe animaduertiſſet; Sacerdotes, ac Leuitas per ſingulas Ciuitates Iudæ di-
miſit, qui eam probè docerent, textus verba ſunt: *Tertio annò Regni ſui miſit de Prin-
cipibus ſuis, vt docerent in Ciuitatibus Iuda, & cum eis Leuitas, & Sacerdotes, docebantque po-
pulum Iuda, habentes librum Legis Domini, & circuibant cunctas vrbes Iuda, atque erudiebant
populum.*

At verò Eſdras, qui & Sacerdos, & Scriba, imò Princeps Sacerdotum, ac Scri-
barum dicitur, in patriam reuerſus è Babylone, templo iam reſtituto ſacros Codi-
ces, in illa LXX. annorum exilij, & cladis confuſione factos mendoſiores, correxit,
3 Eſdra. emendauit, diſtinxit, explicauit, ſicenim de ipſo ſcriptum eſt: *Eſdras parauit cor
& 9. ſuum, vt inueſtigaret legem Domini, & faceret, & doceret præceptum, & iudicium.* Item: *Con-
gregati ſunt Principes familiarum vniuerſi populi, Sacerdotes & Leuitæ apud Eſdram Scri-
bam, vt interpretaretur eis verba legis.* Itemque, *Stetit Eſdras Sacerdos, & Lector legis ſuper
ligneum tribunal, quod fabricatum erat, & aſſumpſit librum coram omni multitudine.* Aſci-
uit

Digitized by Google

uit quoque præclarus ille Doctor viros aliquot lectiſſimos, qui ſacros libros cuſtodirent, multaque arcana ad eos intelligendos cum eiſdem communicauit: *Scribe ergò omnia iſta in libro, quem vidiſti, & pone ea in loco abſcondito, & docebis ea ſapientes de populo tuo, quorum corda ſcis poſſe capere, & ſeruare ſecreta hæc.*

Ab huius igitur Eſdræ tempore Pontifices, Sacerdotes, atque Scribæ, ſcripturæ ſacræ exponendæ munus ſuſceperunt, & obiuerunt, legis Doctores eo nomine dicti, & habiti ſunt. Quò enim ſpectant illa verba: *Omnis Scriba doctus in regno cœlorum ſimilis eſt homini patriſamilias, qui profert de theſauro ſuo noua, & vetera?* Et, *Quid ergò Scribæ dicunt, quod Heliam oporteat primùm venire? Et quomodo dicunt Scribæ Chriſtum filium eſſe Dauid? Et congregans Herodes Rex omnes Principes Sacerdotum, & Scribas populi ſciſcitabatur ab eis, vbi Chriſtus naſceretur?* Quid quod Chriſtus ipſe reprehenſus fuit ab iſtis magiſtris magnis, quod in Synagogis, & templo legem doceret populum? Et ille quidem docebat, non ſicut illi, id eſt, non tanquam interpres legis, ſed ſicut poteſtatem habens, id eſt tanquam Legislator. *Matth. 13.16. Mar. 16.*

Porrò, ex eis quæ diximus, liquidò conſtat non in locis promiſcuis, cum quibuſuis mixtim, ſed in Gymnaſijs deſignatis, atque etiam in templis, & Synagogis tempore Chriſti, vt patet apud S. Ioannem ſacros homines à prima ætate fuiſſe in ſactis conſtitutos, quinimò auſus ſum dicere Samuelem Prophetarum Seminaria in Ciuitatibus Iuda præcipuis conſtituiſſe, eiſdemque ſapientiſſimè præfuiſſe. Nam quæ quiſque eſt qui non meminerit ſe in libris Regum legiſſe à Samuele, & deinceps, greges, Cuneos, filios Prophetarum? Plura videantur apud Georgium Thourinum Canonicum quondam & Scholaſticum Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis inſignem ſuo tempore Eccleſiaſten, in ſua Oratione de Erigendo Seminario Leodienſi, & apud R. P. Martinum Becanum in ſua Analogia vet. & No. teſtam. cap. 11. quæſt. 4. *Cap. 18. & Act. 24. 1 Reg. 10 19. 4 Reg. 2.*

CAPVT XXIX.

De Cellis in templo Salomonis: Mulieres diſtinctæ erant à Virginibus. B. Mariæ Virgini locus inter virgines etiam poſt Chriſtum editum deſtinatus. Carolus magnus ſpatia templorum diſtinxit.

IN auguſto illo Hieroſolym. templo, ter tricenas fuiſſe cellas ſacra pagina teſtatur: at diſſenſus eſt quibus eſſent cellæ iſtæ deſtinatæ. Nam Baronius cenſet viros & fœminas voto Religionis adſtrictos, ſeparatim Deo ſeruiuiſſe, corpuſque aliquod confeciſſe ad inſtar Monachorum per ſodalitates coëuntium, ſed Caſaubonus in alia it omnia, negatque cellas iſtas fœminis voti cauſa Deo oblatis, aſſignatas fuiſſe: ſed partem illarum deſtinatam fuiſſe ad cuſtodiam rerum ſacrarum, theſaurorum, veſtium, ſupellectilis, & annonæ, partem aliam inhabitatam fuiſſe ab illis qui templo quotidiè miniſtrabant. Licet autem demus plurimas *1. Paralip. 28. 12. & 3 Reg. 6. In Appar. ad Annal. nu. 49. Exercit. 1. Ad Appar Baron. nu. 49.*

CAPVT XXVIII.

De Phariſæis, Scribis, Legiſperitis, & Legiſdoctoribus apud Iudæos. Seminaria Prophetarum à Samuele.

PHariſæos nuncupatos voluit, teſte Cœlio Rhodig. à vitæ inſtituto, quod à cæ-
Lib. 1. teris abiuncti & ſequeſtrati puriſſimæ cuidam viuendi rationi ſe manciparint.
Antiq Nam Phares ex Hebræorum idiomate ἀφορισμὸς interpretabantur, id valet latinè
Lectio. ſegregatio. Vide Ioſephum Antiq. Iud. qui vocat illos genus hominum aſtu-
Lib. 17. tum, arrogans, & interdum Regibus infeſtum, vt eos etiam apertè impugnare non
cap. 3. vereatur: veri hypocritæ qui mundant, vt Chriſtus inquit, quod deforis eſt cali-
Math 23. cis, & paropſidis, intus autem pleni ſunt rapinâ, & immunditiâ. Mores eoſdem
ferè ſequebantur καὶ οἱ γραμματεῖς: hoc eſt qui dicerentur *Scribæ.* Propriæ illorum
virtutes erant continentia, virginitas νηστεία δὶς τοῦ σαββάτου id eſt, bis in Sab-
batho ieiunium. Porrò quies, ſoporque eorum erat ſuper anguſtis tabulis, aut e-
tiam ſpinis, vel lapidibus ad comprimendas, corporis ac ſenſuum titillationes,
teſte Epiphanio. Virginitati itaque, & continentiæ ſtudebant, biſque in Sabba-
tho ieiunabant. Horum autem proprium fuiſſe Chryſoſtomus, & Matthæus in
Euangelio ſignificat, vt Decalogum in membranulis, quæ Hebræis dicebantur
philacteria, ſcriberent, ligarentque in fronte, vt Religionis intimæ ſpeciem præbe-
rent. At, quod diximus de ſeueriore illo Phariſæorum cultu, intellige de aſcetis
Phariſæis, quorum exemplum tranſiiſſe ad primos Chriſtianorum Monachos,
quidam vir doctus exiſtimat.

Cæterùm, Scribarum, ſeu Legiſperitorum Doctorum munus erat, cum Sacer-
dotibus, & Leuitis legem populo prælegere, & interpretari, aut ſaltem aſſiſtere,
quem morem cùm Rex Ioſaphat exoletum, legiſque Diuinæ imperitum popu-
lum eſſe animaduertiſſet; Sacerdotes, ac Leuitas per ſingulas Ciuitates Iudæ di-
miſit, qui eam probè docerent, textus verba ſunt: ***Tertio anno Regni ſui miſit de Prin-
cipibus ſuis, vt docerent in Ciuitatibus Iuda, & cum eis Leuitas, & Sacerdotes, docebantque po-
pulum Iuda, habentes librum Legis Domini, & circuibant cunctas vrbes Iuda, atque erudiebant
populum.***

At verò Eſdras, qui & Sacerdos, & Scriba, imò Princeps Sacerdotum, ac Scri-
barum dicitur, in patriam reuerſus è Babylone, templo iam reſtituto ſacros Codi-
ces, in illa LXX. annorum exilij, & cladis confuſione factos mendoſiores, correxit,
3 Eſdra. emendauit, diſtinxit, explicauit, ſic enim de ipſo ſcriptum eſt: *Eſdras parauit cor
9. ſuum, vt inueſtigaret legem Domini, & faceret, & doceret præceptum, & iudicium.* Item: ***Con-
gregati ſunt Principes familiarum vniuerſi populi, Sacerdotes & Leuitæ apud Eſdram Scri-
bam, vt interpretaretur eis verba legis.*** Itemque, ***Stetit Eſdras Sacerdos, & Lector legis ſuper
ligneum tribunal, quod fabricatum erat, & aſſumpſit librum coram omni multitudine.*** Aſci-
uit

Digitized by Google

uit quoque præclarus ille Doctor viros aliquot lectiſſimos, qui ſacros libros cuſtodirent, multaque arcana ad eos intelligendos cum eiſdem communicauit: *Scribe ergò omnia iſta in libro, quem vidiſti, & pone ea in loco abſcondito, & docebis ea ſapientes de populo tuo, quorum corda ſcis poſſe capere, & ſeruare ſecreta hæc.*

Ab huius igitur Eſdræ tempore Pontifices, Sacerdotes, atque Scribæ, ſcripturæ ſacræ exponendæ munus ſuſceperunt, & obiuerunt, legis Doctores eo nomine dicti, & habiti ſunt. Quò enim ſpectant illa verba: *Omnis Scriba doctus in regno cælorum ſimilis eſt homini patriſamilias, qui profert de theſauro ſuo noua, & vetera?* Et, *Quid ergò Scribæ dicunt, quod Heliam oporteat primùm venire? Et quomodo dicunt Scribæ Chriſtum filium eſſe Dauid? Et congregans Herodes Rex omnes Principes Sacerdotum, & Scribas populi ſciſcitabatur ab eis, vbi Chriſtus naſceretur?* Quid quod Chriſtus ipſe reprehenſus fuit ab iſtis magiſtris magnis, quod in Synagogis, & templo legem doceret populum? Et ille quidem docebat, non ſicut illi, id eſt, non tanquam interpres legis, ſed ſicut poteſtatem habens, id eſt tanquam Legiſlator. *Matth. 113.16. Mar. 16.*

Porrò, ex eis quæ diximus, liquidò conſtat non in locis promiſcuis, cum quibuſuis mixtim, ſed in Gymnaſijs deſignatis, atque etiam in templis, & Synagogis tempore Chriſti, vt patet apud S. Ioannem ſacros homines à prima ætate fuiſſe in ſacris conſtitutos, quinimò auſus ſum dicere Samuelem Prophetarum Seminaria in Ciuitatibus Iuda præcipuis conſtituiſſe, eiſdemque ſapientiſſimè præfuiſſe. Nam quotuſquiſque eſt qui non meminerit ſe in libris Regum legiſſe à Samuele, & deinceps, greges, Cuneos, filios Prophetarum? Plura videantur apud Georgium Thourinum Canonicum quondam & Scholaſticum Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis inſignem ſuo tempore Eccleſiaſten, in ſua Oratione de Erigendo Seminario Leodienſi, & apud R. P. Martinum Becanum in ſua Analogia vet. & No. teſtam. cap. 11. quæſt. 4. *Cap. 18. & Act. 24. 1 Reg. 10 19. 4 Reg. 2.*

CAPVT XXIX.

De Cellis in templo Salomonis: Mulieres diſtincta erant à Virginibus. B. Maria Virgini locus inter virgines etiam poſt Chriſtum editum deſtinatus. Carolus magnus ſpatia templorum diſtinxit.

IN auguſto illo Hieroſolym. templo, ter tricenas fuiſſe cellas ſacra pagina teſtatur: at diſſenſus eſt quibus eſſent cellæ iſtæ deſtinatæ. Nam Baronius cenſet viros & fœminas voto Religionis adſtrictos, ſeparatim Deo ſeruiuiſſe, corpuſque aliquod confeciſſe ad inſtar Monachorum per ſodalitates coëuntium, ſed Caſaubonus in alia it omnia, negatque cellas iſtas fœminis voti cauſa Deo oblatis, aſſignatas fuiſſe: ſed partem illarum deſtinatam fuiſſe ad cuſtodiam rerum ſacrarum, theſaurorum, veſtium, ſupellectilis, & annonæ, partem aliam inhabitatam fuiſſe ab illis qui templo quotidiè miniſtrabant. Licet autem demus plurimas *1. Paralip. 28. 12. & 3 Reg 6. In Appar. ad Annal. nu. 49. Exercit. 1. Ad Appar Baron. nu. 49.*

fuiſſe

Digitized by Google

CAPVT XXVIII.

De Phariſæis, Scribis, Legiſperitis, & Legiſdoctoribus apud Iudæos. Seminaria Prophetarum à Samuele.

Lib. 1. Antiq. Lectio. *PHariſæos* nuncupatos voluit, teſte Cœlio Rhodig. à vitæ inſtituto, quod à cæteris abiuncti & ſequeſtrari puriſſimæ cuidam viuendi rationi ſe mancipatint. Nam Phares ex Hebræorum idiomate ἀφορισμὸς interpretabantur, id valet latinè ſegregatio. Vide Ioſephum Antiq. Iud. qui vocat illos genus hominum aſtutum, arrogans, & interdum Regibus infeſtum, vt eos etiam apertè impugnare non vereatur: veri hypocritæ qui mundant, vt Chriſtus inquit, quod deforis eſt calicis, & paropſidis, intus autem pleni ſunt rapinâ, & immunditiâ. Mores eoſdem ferè ſequebantur καὶ οἱ γραμματεῖς: hoc eſt qui dicerentur *Scribæ*. Propriæ illorum virtutes erant continentia, virginitas νηστεία δὶς τοῦ σαββάτου id eſt, bis in Sabbatho ieiunium. Porrò quies, ſoporque eorum erat ſuper anguſtis tabulis, aut etiam ſpinis, vel lapidibus ad comprimendas, corporis ac ſenſuum titillationes, teſte Epiphanio. Virginitati itaque, & continentiæ ſtudebant, biſque in Sabbatho ieiunabant. Horum autem proprium fuiſſe Chryſoſtomus, & Matthæus in Euangelio ſignificat, vt Decalogum in membranulis, quæ Hebræis dicebantur *phylacteria*, ſcriberent, ligarentque in fronte, vt Religionis intimæ ſpeciem præberent. At, quod diximus de ſeueriore illo Phariſæorum cultu, intellige de aſcetis Phariſæis, quorum exemplum tranſiſſe ad primos Chriſtianorum Monachos, quidam vir doctus exiſtimat.

Lib. 17. cap. 3. Math. 23.

Cæterùm, Scribarum, ſeu Legiſperitorum Doctorum munus erat, cum Sacerdotibus, & Leuitis legem populo prælegere, & interpretari, aut ſaltem aſſiſtere, quem morem cùm Rex Ioſaphat exoletum, legiſque Diuinæ imperitum populum eſſe animaduertiſſet; Sacerdotes, ac Leuitas per ſingulas Ciuitates Iudæ dimiſit, qui eam probè docerent, textus verba ſunt: ***Tertio anno Regni ſui miſit de Principibus ſuis, vt docerent in Ciuitatibus Iuda, & cum eis Leuitas, & Sacerdotes, docebantque populum Iuda, habentes librum Legis Domini, & circuibant cunctas vrbes Iuda, atque erudiebant populum.***

At verò Eſdras, qui & Sacerdos, & Scriba, imò Princeps Sacerdotum, ac Scribarum dicitur, in patriam reuerſus è Babylone, templo iam reſtituto ſacros Codices, in illa LXX. annorum exilij, & cladis confuſione factos mendoſiores, correxit, emendauit, diſtinxit, explicauit, ſic enim de ipſo ſcriptum eſt: ***Eſdras parauit cor ſuum, vt inueſtigaret legem Domini, & faceret, & doceret præceptum, & iudicium.*** Item: ***Congregati ſunt Principes familiarium vniuerſi populi, Sacerdotes & Leuitæ apud Eſdram Scribam, vt interpretaretur eis verba legis.*** Itemque, ***Stetit Eſdras Sacerdos, & Lector legis ſuper ligneum tribunal, quod fabricatum erat, & aſſumpſit librum coram omni multitudine.*** Aſciuit

3 Eſdra. c. 9.

uit quoque præclarus ille Doctor viros aliquot lectiſſimos, qui ſacros libros cuſtodirent, multaque arcana ad eos intelligendos cum eiſdem communicauit: *Scribe ergò omnia iſta in libro, quem vidiſti, & pone ea in loco abſcondito, & docebis ea ſapientes de populo tuo, quorum corda ſcis poſſe capere, & ſeruare ſecreta hæc.*

Ab huius igitur Eſdræ tempore Pontifices, Sacerdotes, atque Scribæ, ſcripturæ ſacræ exponendæ munus ſuſceperunt, & obiuerunt, legis Doctores eo nomine dicti, & habiti ſunt. Quò enim ſpectant illa verba: *Omnis Scriba doctus in regno cælorum ſimilis eſt homini patriſamilias, qui profert de theſauro ſuo noua, & vetera?* Et, *Quid ergò Scribæ dicunt, quod Heliam oporteat primùm venire? Et quomodo dicunt Scribæ Chriſtum filium eſſe Dauid? Et congregans Herodes Rex omnes Principes Sacerdotum, & Scribas populi ſciſcitabatur ab eis, vbi Chriſtus naſceretur?* Quid quod Chriſtus ipſe reprehenſus fuit ab iſtis magiſtris magnis, quod in Synagogis, & templo legem doceret populum? Et ille quidem docebat, non ſicut illi, id eſt, non tanquam interpres legis, ſed ſicut poteſtatem habens, id eſt tanquam Legislator. *Matth. 13. 16. Mar. 16.*

Porrò, ex eis quæ diximus, liquidò conſtat non in locis promiſcuis, cum quibuſuis mixtim, ſed in Gymnaſijs deſignatis, atque etiam in templis, & Synagogis tempore Chriſti, vt patet apud S. Ioannem ſacros homines à prima ætate fuiſſe in ſacris conſtitutos, quinimò auſus ſum dicere Samuelem Prophetarum Seminaria in Ciuitatibus Iudæ præcipuis conſtituiſſe, eiſdemque ſapientiſſimè præfuiſſe. Nam quotuſquiſque eſt qui non meminerit ſe in libris Regum legiſſe à Samuele, & deinceps, greges, Cuneos, filios Prophetarum? Plura videantur apud Georgium Thourinum Canonicum quondam & Scholaſticum Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis inſignem ſuo tempore Eccleſiaſten, in ſua Oratione de Erigendo Seminario Leodienſi, & apud R. P. Martinum Becanum in ſua Analogia vet. & No. teſtam. cap. 11. quæſt. 4. *Cap. 18. & Act. 24. 1 Reg. 10 19. 4 Reg. 2.*

CAPVT XXIX.

De Cellis in templo Salomonis: Mulieres diſtincta erant à Virginibus. B. Maria Virgini locus inter virgines etiam poſt Chriſtum editum deſtinatus. Carolus magnus ſpatia templorum diſtinxit.

IN auguſto illo Hieroſolym. templo, ter tricenas fuiſſe cellas ſacra pagina teſtatur: at diſſenſus eſt quibus eſſent cellæ iſtæ deſtinatæ. Nam Baronius cenſet viros & fœminas voto Religionis adſtrictos, ſeparatim Deo ſeruiuiſſe, corpuſque aliquod confeciſſe ad inſtar Monachorum per ſodalitates coëuntium, ſed Caſaubonus in alia it omnia, negatque cellas iſtas fœminis voti cauſa Deo oblatis, aſſignatas fuiſſe: ſed partem illarum deſtinatam fuiſſe ad cuſtodiam rerum ſacrarum, theſaurorum, veſtium, ſupellectilis, & annonæ, partem aliam inhabitatam fuiſſe ab illis qui templo quotidiè miniſtrabant. Licet autem demus plurimas *1. Paralip. 28. 12. & 3 Reg 6. In Appar. ad Annal. nu. 49. Exercit. 1. Ad Appar Baron. nu. 49.*

fuiſſe cellas, tamen ſi conſideres multitudinem miniſtrantium, veluti Sacerdotum, Leuitarum, Cantorum, Ianitorum, Curſorum, & aliorum Miniſtrorum, in tanto numero apparet valde illos anguſtè habitaſſe. Quod fœminis autem locus non patuiſſet, probare conatur Gregorij Niſſeni loco: *Mulierem, inquit, inter Sacerdotes in templo verſari, atque in ſanctis ædibus conſpici, nec lex nec grauitas permittebat*, præſertim cùm conſtet fœminas in Eccleſia à viris ſeparatas fuiſſe, vt diuerſis in locis oſtendit ipſemet Baronius, vt & Virgines à nuptis inter quas nuptas minimè conſtitit B. Virgo, etiam poſtquam Chriſtum peperit, vt Origines teſtatur, ſed inter Virgines, quia ſcilicet Virgo tam ante partum, quam in partu, & poſt partum fuit. Pueris, de quibus nulla poſſet peccati eſſe ſuſpicio, matres ſequi non erat vetitum; quibus etiam liberum erat patres ſequi. Quod viri etiam nunc à mulieribus in templo certo ſeparentur velo in Vrbe, notum eſt Romipetis. Cæterùm, quod nonnullis placuit virgines fuiſſe concluſas, ſiue recluſas in populo Iudaico, ſic accipiendum cenſet Caſaubonus non quod in templo fuerint recluſæ, ſed tantummodo in domibus parentum. Olim enim apud Iudæos, Græcos pleroſque, & Romanos, cùm Virgines domi eſſent continebantur in proprijs cellis, quas Græci παρθενῶνας appellabant. Hinc apud Hieronymum vocem *ALMA*, *interpretatur quaſi abſcondita*, id eſt, *virgo nimiâ diligentiâ cuſtodita*. ALMA enim non ſolùm virgo vel puella, ſed cum ἐπιτάσει, virgo abſcondita, & ſecreta, quæ nunquam virorum patuerit aſpectibus. Baronius autem in Appar. ad Annales ſcribit fuiſſe mulieres quæ ſeculi pompis, atque delicijs renunciantes ſeſe vnà cum ſuis rebus, miniſterijs Domini mancipantes, aſſiduis intentæ precibus excubarent ad oſtium tabernaculi, & ex harum numero fuiſſe Annam Propheriſſam, filiam Phanuel exiſtimant, de qua ſcribit Lucas, quod annos 84. nata iam vidua ab adoleſcentia ſua vacans precibus die ac nocte non diſcedebat de Templo. Denique animaduerſione dignum, quod Carolus Magnus pulcherrime (vtor verbis Boëtij Eponis,) ſpatia templorum diſtinxit, nimirùm Clero ſeorſum in choro, viris laicis in parte templorum poſtrema quoque ſeorſum, denique mulieribus in loco intermedio collocatis: quod ita eo æuo ſeruabatur vt inſtar monſtri habitum fuiſſet in templo, ſi vel inter clericos vir laicus, vel inter alterutros mulier conſpecta fuiſſet.

Cap. 2. De Iure ſacro tit. de vita & honeſt. cler. c. 1.

CAPVT XXX.

An proprius olim fuerit nummus ad penſitationem tributi. Triginta argentei, quibus Chriſtus Dominus fuit venditus, quales?

EMinentiſſimus ille iuxtà ac eruditiſſimus Cardinalis Baronius, exiſtimat certum deſignatumque nummum fuiſſe qui penſitaretur pro *cenſu*, dum ſic inquit: *Moris fuit apud Romanos, vt numiſmata pro ratione tributi, vel cenſus ab Imperatoribus cuderentur, nec vno ſemper modo eadem permanerent: ſed numiſmata tributorum à cæteris*

Tom. 1. Annal. An. Chr. 34.

vſualis pecunia nummis in eo differrent, quod iſtorum pretium ſemper idem eſſet: numiſmata verò cenſus vel tributi, cùm mutaretur tributi quantitas eadem ad rationem tributi, ſiue cenſus recens formarentur.

Vnde cum Dominus dixiſſet, *Oſtendite mihi Numiſma cenſus*, & oſtenſus illi eſſet *Math. c.* denarius, putauit Eminentiſſimus Cardinalis nummum qui appellabatur *Cenſus* 22. fuiſſe denarium Romanum, cuius nota Cæſaris effigies erat, & qui æſtimatur Iulio hodierno Romano, vt oſtendi in tractatu de re nummariâ. At diuerſum ſen- *Exercit.* tit IC. Caſaubonus Baronij ſat inquus in multis antagoniſta, qui ſcribit Domi- 16. num appellaſſe Numiſma cenſus, non certum genus numiſmatis, quo ſolo tributa ſoluerentur, ſed pecuniam Romanam, quæ ſola ab exactoribus eius tributi accipiebatur. Denarius autem Chriſto oſtenditur, velut in exemplum pecuniæ Romanæ; neque id fuit peculiare aliquod monetæ genus ad tributi ſolutionem cuſæ. Verùm, omnes denarij erant pecunia Romana, & tam Denarij, quàm alij nummi Romani, dici poterant Numiſma cenſus. quibus inſuper vtatur Caſaubonus argumentis videat cui libitum eſt.

Denarij, & Chriſti Domini mentione, lubet affinem proponere quæſtionem, an 30. illi argentei, quibus per proditorem venditus fuit, conſtituerant totidem ſiclos? Equidem fui aliquando in illa opinione. At modò alij aliter; nam triginta illos argenteos exiſtimant effeciſſe quidem totidem ſiclos, ſed qui conſtituerent quindecim vncias argenti Romanas, ſiue vndecim Hiſpanicas, ego potiùs dixerim totidem libras argenti effeciſſe: nam non eſt veriſimile tantillo illo pretio, quindecim ſcilicet illis vncijs argenti potuiſſe Principes Sacerdotum, (vt habet textus Euangelicus) emiſſe agrum in ſepulturam peregrinorum Ciuitati Hiero- *Math. 27. 3.* ſolym. proximum, & inter amœna ditiorum exiſtentem.

CAPVT XXXI.

Mos imponendi nomina apud antiquos, & quot ipſis indita? Vnde ſumebantur apud Hebraos. Cereorum vſus in hac re. Arragonum Regis factum. Luſtrici dies: qui Nominalia *Tertulliano dicti? Adoptati ab Adoptante nomen ſumebant.*

VEteribus tria imponebantur nomina. Proprium, quod erat gentilitium, quod originem gentis vel familiæ declarat, vt Porcius, Cornelius, Iulius; cognomen quod vniuſcuiuſque proprium eſt, & nominibus gentilitijs ſubiungitur, vt Cato, Scipio, Cæſar agnomen eſt, quod extrinſecus cognomentum adijci ſolet ex aliqua ratione, vel caſu quæſitum, vt Cenſorius Africanus, ſic à medicina, & cæteris artibus Apollini ab Homero tributis ipſum Apollionem vocatum, teſtis eſt Plutarchus.

Quemadmodum & apud Hebræos, & Micheas, & Abdias, & Zacharias, cæ-

Digitized by Google

V. D. Hierony. Prolog. in Mich. & Iſai. c. 64. *Geneſ. 16.* *Exod. 2.* *Lib. 3 de Pecc pro-poſ. 1.* *In c. 2. Ep. 1. ad Cor.*

teraque his ſimilia ex virtute vocabula liberis à Parentibus imponuntur. Sed & ex euentu, ſicut Abraham, qui priùs dicebatur Pater excelſus, quando audiuit re-promiſſionem, & in ſemine tuo benedicentur omnes gentes; appellatus eſt Pater multarum gentium, id eſt, Abraham, aut etiam ex ſingulari aliquo Dei beneficio, vnde vbi Agar ancillæ Abrahæ natus eſt puer, dictus eſt *Iſmael*, id eſt exauditio Dei, quod Deus qui afflictis ſemper inuigilat, vt eis in opem præſtò ſit, eius orationem exaudiſſet. Ità deinde poſt longa ſæcula magnus ille Moyſes è filijs vnum appellauit *Eliezer*, hoc eſt *Dei adiutorium*, à ſingulari illo Dei vindicis beneficio, quo de dura Ægypti ſeruitute, de manu, iugoque Pharaonis in libertatem vindicatus. Plura in hanc ſententiam exempla legat qui volet apud Eruditiſſimum P. Lobbetium, Societatis IESV Theologum, qui inſuper veteres nomina impoſituros refert, quaſi vitam longiorem ipſi proli quærere viderentur: cereis enim accenſis appendebant varia nomina ea lege, vt nomen eius cerei, qui diutiùs flammam ſuſtinuiſſet vitæ producendæ ſpe, votoque infanti cederet. Meminit huius antiqui ritus S. Chryſoſtomus: *Nomen*, inquit, *ſancti alicuius impoſituri, cereos complures accendebant, ſuum cuique nomen aſſignantes, atque eius demum, qui cereis extinctis ſuperuixerat, nomen, quaſi longioris aui accipientes, puero imponebant.*

Ità nimirum à cereo qui diutius ignem extuliſſet, lucemque velut animam extraxiſſet, omen vitæ longioris aucupari videbantur.

Huius antiqui moris amans, & retinens Petrus Aragonum Rex, cùm ex Maria coniuge natus eſſet filius, dubiumque ſuboriri cœpiſſet, quod ei nomen in baptiſmo imponeretur, illud ſoluit non minùs piò, quàm ingenioſo inuento. Expediri iuſſit, & ſimul accendi faces omnino duodecim è cera Virgine, eiuſdem molis, ac ponderis, quarum ſingulæ vnius Apoſtoli nomen adſcriptum præferebant; ea lege vt nomen appenſum faci, quæ omnium vltima defeciſſet, recens edito infanti cederet. Euenit autem non tam caſu, quàm diuinâ prouidentià, quæ ſortes moderatur & verſat, vt vltima ſolueretur ac deficeret illa, quæ D. Iacobi nomen exhibebat. Ità puero factum nomen Iacobus.

Lib de Idolatria. *Lib. 22. Lect. Antiq.*

Quoto autem die pueris imponerentur nomina apud veteres, Feſtus oſtendit verbis his: *Luſtrici dies infantium appellantur, puellarum octauus, puerorum nonus: quia his luſtrantur, atque eis nomina imponuntur.* Tertullianus dies hos *Nominalia* vocat. Athenis verò decimo demùm die nomen imponebant, vt author eſt Cælius. Denique ratio etiam imponendi nominis erat, per parentes adoptiuorum, quorum nomina gentilitijs aliquantulum immutatis aſſumebant, qui in alienam familiam adoptione tranſibant. Briſſon. ad l. Iul. de Adult. Vid. quæ parte 1. ſcripſimus cap. XII.

* * *

CAPVT

CAPVT XXXII.

De Tabernaculo in veteri Lege, deque Sancto Sanctorum. Arca fœderis, & ornamentis eorum, denique de Excelſis: deque Templo, illiuſque excidio.

FRequens fit in ſacra Pagina *Tabernaculi* mentio, & de *Arcâ fœderis*, ſed illorum notio ſatis rata: Idcircò, ſtrictim iſta proprio hoc capite explicabuntur. *Tabernaculum* itaque cuius mentio Exodi 25. & in Leuit. ac lib. Num. erat ad inſtar exigui templi confectum de mandato diuino ex lignis Setim, ſicque compactum, vt diſſolui in partes, & rurſus compingi, ac quocumque luberet deferri poſſet. Interior autem pars illius, quæ velo diſtincta, *Sanctuarium, ac Sanctorum* appellabatur: in quo *arca fœderis* ſeruabatur de lignis itidem Setim, cuius longitudo duos & ſemis cubitos, latitudo cubitum & dimidum, altitudo cubitum ſimiliter, & ſemiſſem continebat, eratque deaurata intus, & foris, vt ex Scriptura conſtat, operculumque habebat, *Propitiatorium* duobus Cherubim aureis alas ſuas ſuper extendentibus exornatum, eratque id, velut cœlum arcam tegens, vt ſolet fieri rebus prætioſis, vel vt quidam volunt, ipſum arcæ operculum. Dictum verò *Propitiatorium*, quod ibi ſe Deus propitium exhiberet, dicebaturque & *Oraculum*, quod ibi reſponſa daret. Extra velum autem erat menſa, in quâ erant *Panes propoſitionis* ſemper ante Dominum, & iuxta eam candelabrum de auro mundiſſimo, ſuper quo lucernæ ſeptem ardentes, adduntur *acetabula*, id eſt, ſcutellæ, ſeu vaſa concaua in quibus ponebantur panes, aliaque non pauca, quorum meminit Apoſtolus ad Hebræos. *Cap. 9.*

Iam Altare ad adolendum thymiama auro puriſſimo veſtitum, Labrum aureum, & in vſum Holocauſti vaſa diuerſa, lebetes, forcipes, fuſcinulæ, vicini, & ignium receptacula, aliaque quæ in Exodo leguntur.

Denique, *Excelſorum* mentio in Deuter. Hi erant colles, in quibus contra legem Dei, ſed tamen patiente Deo, ſub frondoſis arboribus ſacrificabant, vndè in Deuter. Deus ea prohibuit verbis his: *Subuertite omnia loca in quibus coluerunt gentes, quas poſſeſſuri eſtis, Deos ſuos ſuper montes excelſos, & colles, & ſubter omne lignum frondoſum. Diſsipate aras earum & confringite ſtatuas, lucos igne comburite, & idola comminuite.* Nomen tamen *Excelſi* generale fuit, & translatum ad omnia Altaria, & templa Idolorum, vt etiamſi eſſent in vallibus (ſed frequentiùs in montibus) communi tamen nomine vocarentur *Excelſa*, inquit Cornel. à Lapide. Tempore verò Iudicum ad ea ſacrificari permiſit; quod primùs omnium fecit Gedeon ſub quercu, vt habetur 6. Iud. *Tulit*, inquit, *omnia ſub quercu, & obtulit Deo.* De quo inſtituto ſic D. Auguſtinus: *Deus conſuetudinem populi ſui, quâ præter eius tabernaculum, non tamen Dijs alienis offerebant, ſed Domino Deo ſuo, ſuſtinebat potiùs, quàm vetabat, etiam ſic exaudiens offerentes.* Indè ea conſuetudo ad tempora vſque Regum peruenit, nondum *Cap. 12.* *In cap. 6. Ezechiel.* *In lib. Iud.*

condito

Digitized by Google

condito templo, vt 9. primi Regum, regnante Saule: *Hodie venit in Ciuitatem, quia ſacrificium eſt hodie populo in Excelſum.* Et ſecundo primi Paralip. *Salomon abijt in Excelſum Gabaon, vbi erat tabernaculum fœderis Domini, quod fecit Moyſes in ſolitudine.* Et tertio tertij Regum: *Attamen populus immolabat in Excelſis, non enim ædificatum erat templum nomini Domini, vſque in diem illum. Dilexit autem Salomon Dominum, excepto, quod in Excelſis immolabat, & accendebat Thymiama, abijt itaque in Gabaon, vt immolaret ibi: illud erat quippè Excelſum maximum.*

Templo nihilominus conſtructo, non tamen Excelſa deſeruerunt. Nam Hieroboam Rex Iſraël defectione à Deo facta, ſana in Excelſis fecit, atque exemplo eius reliqui Reges Iſraël Deos alienos in Excelſis coluerunt. Vndè ſcriptum eſt ſeptimo decimo quarti Regum: *Ædificauerunt ſibi Excelſa in cunctis Vrbibus ſuis, feceruntque ſtatuas, & lucos in omni colle ſublimi ſubter omne lignum numeroſum, & adolebant ibi incenſum ſuper aras in morem gentium quas ſuſtulerat Dominus à facie eorum.*

Posteà, re Iudæorum ab Ægyptijs Regibus ad Syros traducta. Antiochus Epiphanes Rex Syriæ Hieroſolymam ex Æpypto accitus à Tobiæ filijs, quos per ſeditionem Onias Pontifex Vrbe deiecerat, *venit, & intrauit in ſanctificationem cum ſuperbiâ, & accepit Altare aureum, & candelabrum luminis, & vniuerſa vaſa eius, & menſam propoſitionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & velum, & coronas, & ornamentum aureum, quod in facie templi erat, & comminuit omnia, ac biennio poſt ædificauit abominandum Idolum deſolationis ſuper Altare Dei*, id eſt (vt tradit Ioſephus) ipſum Ioui Olympio dedicauit, atque Onia Pontifice interfecto Alcimum Pontificem ex non Pontificali genere fecit. Verùm, biennio poſt Iudas Aſſamonæus, cognomine Machabæus, Princeps Iudæorum exortus, Vrbe receptâ, ipſum templum mundauit, atque omnia in antiquum ſtatum redegit, ipsà abominatione ſublatâ. Siquidem vt ibi ſcriptum eſt, cum pulſis hoſtibus dixiſſet: *Ecce nunc contriti ſunt inimici noſtri, aſcendamus nunc mundare Sancta, & dedicare, aſcenderunt in montem Sion, & viderunt Sanctificationem deſertam, & Altare profanatum, & portas exuſtas; Tunc ordinauit Iudas viros vt pugnarent aduerſus eos, qui erant in arce, donec emundarent ſancta, & elegit Sacerdotes ſine maculâ, voluntatem habentes in lege Dei, & mundauerunt Sancta, & tulerunt lapides contaminationis in locum immundum, & deſtruxit Altare holocauſtorum, quod profanatum erat, nè fortè illi eſſet in opprobrium, quia contaminauerant illud gentes, & repoſuerunt lapides in monte Domus in loco apto quoad vſque venit Propheta, & reſponderet de eis, & acceperunt lapides integros ſecundùm legem, & ædificarunt Altare nouum ſecundum illud, quod fuit prius, & ædificarunt Sancta, & quæ intra domum erant intrinſecus, & ædem, atque Atria ſanctificauerunt. Et fecerunt vaſa ſancta noua, & intulerunt candelabrum, & Altare incenſorum, & menſam in templum, & incenſum poſuerunt ſuper Altare, & accenderunt lucernas, quæ ſuper candelabrum erant, & lucebant in templo, & poſuerunt ſuper menſam panes, & appenderunt vela, & conſummauerunt omnia opera, quæ fecerant, & ante matutinum ſurrexerunt quinta, & viceſima die menſis Caſleu, menſis noui, & obtulerunt ſacrificium ſecundùm legem ſuper Altare holocauſtorum nouum, quod fecerunt ſecundùm tempus, & ſecundùm diem,*

in

in qua contaminauerant illud gentes, in ipſa dedicatum eſt in Canticis: & fecerunt dedicationem »
Altaris diebus octo, & obtulerunt holocauſta cum lætitia, & ſacrificium ſalutaris, ac laudis. Et »
ſtatuit Iudas, & fratres eius, & vniuerſa Eccleſia Iſraël, agatur dies dedicationis Altaris in tem- »
poribus ſuis ab anno in annum per dies octo, à quinta & vigeſima die menſis Caſleu cum lætitia, »
& ædificauerunt in tempore illo montem Sion, & per circuitum muros altos, & turres firmas, nè »
quando venirent gentes, & conculcarent eum, ſicut antè fuerat, & collocauit illic exercitum, vt »
ſeruarent. »

Exindè Herodes Rex templum reædificauit longitudine centum cubitorum, latitudine totidem, altitudine centum viginti. De cuius magnificentia videatur Ioſephus. Quot verò cellæ in eo fuerint oſtendi ſuprà cap. 25. Nihilominus auguſtiſſimum illud templum Titus Cæſar Vrbe expugnata, ſiue inuitus, ſiue volens, ambuſſit eadem die, qua à Babilonijs olim fuerat inflammatum. Denique Adrianus Imperator Iudæos rurſum rebellantes ſubegit, & captam Vrbem ſolo æquauit, ac reliquias templi igne deleuit, & templum aliud, vt omnem tolleret Religionem in eius locum Veneri dedicauit, adeo vt tum IESV Chriſti vox diuina completa fuerit, quâ dixit fore vt Hieroſolymis lapis ſuper lapidem non remaneret, ſub finem ſæculi tamen Elias Vrbem, templumque tribus annis cum dimidio reſtituet, quod tamen Antichriſtus deſtruet ſoloque æquabit.

Lib. 7. Antiquit.

CAPVT XXXIII.

Iterum de Synagogis, illarum etymon, & multitudo, & diuerſitas, & qui differant à templis Iudæorum: an Synagoga aliquando defecerit à fide?

DE Synagogis non mihi, neque Lectori ſuprà Cap. 27. ſatisfeciſſe videor, dum ſuprà de illarum origine dixi. Nunc quid diſtet Synagoga à Templo tractandum eſt Carolus Sigonius ſcribit Iudæos poſtquam ex Babylonia rediiſſent, templum in Vrbe Hieroſolymorum reſtituiſſe, legemque in illo audiſſe. Prouinciales verò cum ad Vrbem veniebant in Synagogis (quæ templis erant ſuppares) vacaſſe, in quibus aut orarent, aut docerent. In commentarijs certè Hebræorum ſcriptum eſt, vltimis temporibus in Vrbe Hieroſolyma quadringentas octoginta Synagogas conſtitutas fuiſſe, quod Iudæi eo ex omnibus regionibus conuenirent. Erant ergò Hieroſolymis Synagogæ peregrinorum, templum ciuium, in reliqua verò Iudæa & Galilea, & in cæteris Prouincijs in quibus Iudæi poſt diſperſionem verſabantur, erant etiam Incolarum quibus Hieroſolymam adire non erat commodum.

De Reſp. Hebr. lib. 2. c. 8.

De Hieroſolymitana vna Synagoga mentio fit præcipuè Actuum Apoſt. Cap. 6. *Surrexerunt quidam de Synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenenſium, & Alexandrinorum, ac eorum, qui erant è Cilicia, & Aſia diſputantes cum Stephano.* Hi enim omnes erant Iudæi; verum in Prouincijs habitantes, qui cum Hieroſolymam negotiorum ſuorum cauſa adibant, non ad templum, ſed ad Synagogam, quam ipſi ſibi parauerant, conuenire inſtituerant. Item apud Ioannem XVIII. *Ego ſemper docui in Synagoga & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt:* De cæteris cap. Actuum XV. *Moyſes à temporibus*

antiquis habet in ſingulis Ciuitatibus, qui eum prædicent in Synagogis vbi per omne Sabbathum legitur. Per Moyſem autem intelligit libros eius. Hæ verò Synagogæ aliquando à priuatis hominibus etiam gentilibus pij officij cauſa conſtruebantur, vt fuit illa Lucæ 7. in Capharnao à Centurione Romano. ſic enim dixêre Iudæi: *Dignus eſt vt ſanes illi ſeruum, diligit enim gentem noſtram, & Synagogam ædificauit ipſe nobis.*

Vt autem in templo Sacerdotes, & alij diſputãtes, ſic in Synagogis Scribæ, & eorũ caput Synagogæ ſcilicet Princeps ſiue Archiſynagogus dicebatur. Conſtat enim Iudæorum morem fuiſſe, vt non tantum in Synagogis legem explicarent, & de lege
Act. 24. diſſererent, ſed etiam in templo. Vndè Apoſtolus Paulus cùm ſuam coram Fœlice Præſide dixit defenſionem, hæc ait: *Neque in templo inuenerunt me cum aliquo diſputantem, aut concurſum facientem turbæ, neque in Synagoga, &c.*

Epiſt. ad Cor. 14. Porrò, ſedentes diſputabant teſte Ambroſio, dignitate quidem ſeniores in Cathedris, quæ ordine erant diſpoſitæ (de quibus Dominus: *Amant primas Cathedras in Synagogis*) cæteri minoris ordinis in ſubſellijs, nouiſſimi in pauimento ſuper matras, quibus etiam dabatur dicendi locus. Plura de his, & Synagogis, & earum vſu, nè actum agam videantur ſuprà Cap. xxvii. & xxviii. ſed & Conſule Card. Baronium tom. 1. Annal. An. Chriſti 12.

Supereſt tamen quærendum, num Synagoga aliquando defecerit à fide? Aſſerunt Lutherani, & Caluiniſtæ, nimirum tempore Moyſis quando Aaron cum vni-
Exod. 32. 4. uerſo populo adorauit vitulum, & tempore Heliæ quando nullus manſit fidelis niſi ſolus Helias, vt ipſemet conqueritur 3. Reg. 19. Verùm illi omninò hallucinantur: nam nullo modo tota defecit Synagoga tempore Moyſes, ſed vna tantum illius pars, non enim defecit Moyſes, nec Leuitæ, & Sacerdotes, vt patet Exod. 32. 26. Nec etiam defecit penitus tempore Heliæ: quia ſemper fuerunt aliqui in Regno Iuda (quod pertinebat ad Synagogam) qui abſtinerent à cultu Idolorum, & Deum verum agnoſcerent, etiam tempore Heliæ vt patet 3. Reg. 19. 18. & de Tobia Tob. 1. 5. ſed ſtylum hîc pono. Plura generis eiuſdem legat qui volet apud Mart. Becanum in Analog. vet. ac noui teſtam. c. 6. quæſt. 2. & quæ nos ſupra cap. xxxii.

CAPVT XXXIV.

De Votis, eorumque ritibus tum ſacris, tum profanis. Votum Iephte an fuerit licitum? Quæ conditiones requirantur ad Votum licitum?

VOtum, inquit Philo Iudæorum diſertiſſimus, eſt petitio boni alicuius à Deo: vel, vt alij, Vouêre nihil aliud eſt, quam Deo aliquid promittere, & voti compotes illud quoad fieri poteſt citiſſimè exſoluere. S. Tho. Votum eſt promiſſio Deo
Iud. 11. facta de meliori bono. Voti concipiendi apud Hebræos formula talis: *Votum vouit Domino dicens: Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicumque primus fuerit egreſſus de foribus domus meæ, eum holocauſtum offeram Domino.* & 1. Samuelis: *Votum vouit dicens: Domine ſi dederis ſeruæ tuæ ſexum virilem, dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula*

non

Digitized by Google

non aſcendet ſuper caput eius. Et II. Regum VIII. *Vouens vouit ſeruus tuus dicens: Si reduxerit me Dominus in Hieruſalem ſacrificabo Domino.* Vndè formulæ: *Vota ſoluere, nuncupare, reddere.* In Leuit. XXII *Qui obtulerit oblationem ſuam, vel vota ſoluens, vel ſpontè offerens.* Et II. Regum 8. *Vadam, & reddam vota mea quæ voui Domino in Hebron.* Qui ritus traducti poſteà ad Paganos, quod collige ex Xenophonte: *Votum Cyri Ioui nuncupandum pro* Lib. 3. Cyri. *communi ſalute cenſeo; quod tum ſacris ritè ſuſceptis perſoluemus cùm primum terram pacatam attigerimus.* Plinius ad Traianum: *Solemnia vota pro incolumitate tuâ, quâ publica ſalus* Lib. 10. *continetur, & ſuſcepimus Domine pariter; & ſoluimus: precati Deos, vt velint ea ſemper ſolui, ſemperq; ſolui, ſemperque ſignari.* Votum etiam ſuum nuncupatum, & in charta conceptum Saty. 10. conſcriptumque Deorum genibus cerâ obſignatum affigebant, vt liquet ex illo Iuuenalis: *Ergò ſuperuacua, aut pernicioſa petuntur, propter quæ fas eſt genua incerare Deorum,* Lucian. in Phil. *Iacebant ad pedes eius ſtatuæ oboli, & argenteæ tabellæ cerâ affixæ ad femur iſtius Dei.* Prudent. lib. 1. *Saxa illita ceris viderat.* Nempè votiuis. Moris etiam erat vt Lib. 1. Tuſcul. coronati vouerent. Ità teſte Cicerone. *Neapolitani coronati vota fecerunt pro Pompeio ægrotante.* Porrò vbi voti compotes facti erant, *Votum ſoluere* (vt patet ex iam dicto Plinij loco) & *reddere* dicebantur.

Sed quæſtionis eſt ſatis curioſæ, de Voto Iephte fueritnè illud licitum? ſic enim Iudic. 11. vouerat Domino: *Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicumque primus fuerit egreſſus de foribus Domus meæ, mihique occurrerit reuertenti cum pace à filijs Ammon eum holocauſtum offeram Domino.* Impletio voti conſiſtit in eo, quod ipſe filiam ſuam vnigenitam, quæ ei reuertenti ex bello prima occurrebat, obtulerit Deo holocauſtum. Quæritur modò, an ipſe ſic vouendo, & votum implendo peccauerit? Nonnulli exiſtimant peccaſſe, ratione materiæ voti, quæ repugnabat legi Moſaicæ, in qua nefas immolare hominem. Alij in alia eunt omnia, inter quos S. Chryſoſtomus (Homil. 14 ad populum Emiſſenum Serm. de Natal. Virg. & Lorinus in cap. 23. Act. factumq; excuſant, quod ex inſtinctu Spiritus Sancti id fecerit, quod patet ex illo Iudic. 11. 29. *Factus eſt ergò ſuper Iephte ſpiritus Domini,* ſubijciturque: *Votum vouit Domino.* Quam ſen- Annal. tentiam meliorem exiſtimat R. P. Becanus, vtiturq; exemplo Abrahami, qui non vet. ac noui teſt. c. peccauit offerendo filium ſuum vnigenitum ad immolandum: quia inſtinctu etiam 16 Quæſt. diuino fecit. Vtramque tamen partē probabilem ſcribit Auguſtinus. Plures alias eo- 49. dem pertinentes, nec pœnitendæ lectionis quæſtionis proponit idem P. Becanus d. loco: vbi inter alias de Chriſtianorum votis, an ea ſcilicet ſint licita ſicut erant Iudæis? Reſp. licita eſſe, tum quia Propheta prædixit hoc futurum: *In illa die colent eum hoſtijs, & in muneribus & vota vouebunt Domino, & ſoluent.* Vbi ſermo eſt de Chriſtianis teſte D. Hieron. & Cyrillo. Quò ſpectat illud Pſalm. 75. 12. *Vouete, & reddite Domino Deo veſtro omnes qui in circuitu eius affertis munera.* Quod autem de Chriſtianis dictum eſſe interpretatur D. Auguſtinus. Quæ autem conditiones neceſſariæ ſint, vt votum ſit validum, & quando obliget, vel non, & quando ſuper ipſis diſpenſari poſſit, lege Schanchez in ſuo doctiſſimo Oper. Morali lib. 4 cap. 1. Toletum in Summa lib. 4. cap. 8. Barboſa de poteſt. Epiſcopi, P. Layman, & alios.

Digitized by Google

CAPVT XXXV.

Qui in veteri lege Prophetæ? Ratio per eos conſulendi Deum. Tripliciter loquebatur Sacerdotibus & Prophetis. Itemq; Oraculo & diuerſitate Prophetiarum. Qui diſtinguantur Prophetæ à Doctoribus?

PRophetæ in veteri lege homines erant eximij, quibus Deus futura bona, malaue prænuntiabat, quos primò *Videntes*, deindè *Prophetas* nuncupârunt vt habet textus ſacræ Paginæ 1. Reg 11. verſ 19. Olim in Iſraël ſic loquebatur vnuſquiſque volens conſulere Deum: *Venite, & eamus ad Videntem*, qui enim Propheta dicitur hodie, vocabatur olim *Videns*. Tripliciter autem Deus *Sacerdotibus & Prophetis* loquebatur, aliquando per ſomnia vt 1. *Reg. verſ.* 28. *Geneſis cap.* 15. *verſ.* 12. vbi Cornelius à Lapide, aliquando per Angelos voce ſenſibili, aliquando per locutionem ſpiritualem in mente & phantaſia, quemadmodum locutus eſt Abrahæ *Geneſ. cap.* 12. aliquando etiam in ænigmate cum aliud videtur, aliud innuitur, vti erat cum Hieremias *cap.* 1. vidit ollam accenſam, & faciem eius ab Aquilone, quo ſignificari intellexit, Babilonici Regis exercitum Ciuitatem Hieruſalem exuſturum. Interdum videtur nihil, ſed inſtruens vox auditur: hic verò eſt priore excellentior, quoniam veritatem expreſſius præmonſtrant voces,. Tertius porrò modus erat, cùm non vox tantum auditur, quæ inſtruat, ſed videtur etiam qui loquitur, quæ res creditur adhuc auguſtior. Porro vel iſta contingunt in quiete, vocanturque à Theologis Reuelationes per ſomnia: vel dum vigilamus, & à iunioribus dicuntur Viſiones, qui eſt præclariſſimus modus, quoniam & mentis fit illuſtratio maior, quæ quamuis ſenſuum exteriorum vi diſtracta, intelligibilem tamen ſupernaturalium veritatem percipit, quod non fit in ſomno ſenſibus quietis.

Qui autem differant Prophetæ à Doctoribus, ſic diſtinguit Ianſenius, quod nimirum Doctores, quæ per ſcientiam aſſecuti ſunt, Eccleſiæ tradunt; Prophetæ, vero quæ per reuelationem, Nam hos apertè inter ſe diſtinguit Paulus, & hi antequam venirent Apoſtoli, multum laborauerunt in erudiendo populo, & eorum corda ad Chriſtum recipiendum præpararunt. Dupliciter autē probant ſe à Deo miſſos, primo per miracula; ſecundo per veracem prædictionēm eorum quæ breui erant euentura, quæ ſigillatim explicat R. P. Martinus Becanus in ſua Anal. Vet. & Noui Teſtam.

In Concord. Euang. c. 4. 1. Cor. 12. & Epheſ. 4.

Iam de Sacerdotibus legimus 18. Iud. *Rogârunt Sacerdotem vt conſuleret Dominum, vt ſcire poſſent, an proſpero itinere pergerent: qui reſpondit ipſis, ite in pace.*

Licet autem præcipuè adirent Prophetas, & Sacerdotes pro futuris euentibus, conſulebant tamen Deum per Oraculum, nempè, cùm ad propitiatorium Arcæ fœderis accedebant. Vndè Exodi 27. ſic Moiſem Deus alloquitur: *Loquar ad te ſupra Propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim, qui erunt ſuper arcā teſtimonij, cunctaque quæ mandauero filijs Iſraël.* Et num. 7. *Cumque ingrederetur Moyſes Tabernaculum fœderis, vt conſuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad ſe de Propitiatorio, quod erat ſupra arcam Teſti-*

Digitized by Google

Teſtimonij inter duos Cherubin, vndè & loquebatur ei. Hactenus de Prophetis.

CAPVT XXXVI.

De Ordinarijs Synagogæ Miniſtris, qui Leuitæ, Sacerdotes, Pontifices?

R.P. Martinus Becanus è Societ. IESV in ſua Analogia Vet. & Noui Teſtamenti cap. [illegible]. dilucidiſſimè oſtendit Miniſtros Synagogæ fuiſſe Leuitas, Sacerdotes, & Pontificem, his verbis: In ſtatu naturæ, qui durauit ab Adamo vſque ad Moyſem, omnes primogeniti erant Sacerdotes, & Diuino cultui peculiariter mancipati. At in ſtatu Legis Moſaicæ, qui durauit à Moyſe vſque ad Chriſtum, voluit quidem Deus omnes primogenitos ſibi ſanctificari. Sed tamen in illorum locum, ex duodecim Tribubus Iſraël, elegit Tribum Leui, eamque diuino ſeruitio præ cæteris deſtinauit, iuxta illud Numerorum 3.12. *Ego tuli Leuitas à filijs Iſrael, eruntque Leuitæ mei.* Et cap. 8.6. *Tolle Leuitas de medio filiorum Iſraël, & purificabis eos.* Et infrà, *Statues Leuitas in conſpectu Aaron & filiorum eius, & conſecrabis oblatos Domino, ac ſeparabis de medio filiorum Iſrael, vt ſint mei: Et poſtea ingredientur tabernaculum fœderis, vt ſeruiant mihi.*

Porrò, in tribu Leui tria hominum genera diſtingui ſolent: Primò, Leuitæ propriè dicti; Secundò Sacerdotes; Tertiò, Summus Sacerdos, ſeu Pontifex. Tametſi enim omnes, qui erant ex tribu Leui, generatim vocati fuerint Leuitæ, ſeu filij Leui; tamen ex vſu Scripturæ, Leuitæ propriè dicti, diſtinguebantur à Sacerdotibus, & Pontifice; Nam illi ſoli vocabantur Sacerdotes, qui victimas, & Sacrificia; Illi verò Leuitæ qui Sacerdotibus miniſtrabant, inter Sacerdotes, qui erat Summus Pontifex vocabatur.

Aduerte porrò, quod vltra Summum Sacerdotem præcipuum ſacri templi Miniſtrum, erant minores Sacerdotes, quaſi ſuccolantes in ſacro Miniſterio Summo Pontifici, debebantque proceſſiſſe de filio ſecundo Aaron, dicto Thamar, veluti Pontifex de progenio Alcazari primogeniti Aaron.

Inſuper notandum, cum æuo Dauidis minorum Sacerdotum excreuiſſet numerus, ordinatas fuiſſe xxiv. claſſes, quæ diſtributis inter ſe oneribus, certis ſtatiſque diebus templo vacabant, & primum cuiuſque Claſſis vocitatum Principem Sacerdotum, & iſti diſtinguebantur à Phariſæis, & Scribis (de quibus dictum ſuprà cap. xxvi.) Nam illi erant miniſtri templi; Iſti Doctores erant Legis, qui poterant eſſe cuiuslibet conditionis quà profanæ, quà Eccleſiaſticæ, dum legiſperiti eſſent, quorum munus erat, quotquot Sabbathis interpretari legem populo, vel in templo, vel in Synagogis, atque etiam ius populo dicere; quod nemini prorſus reddebatur, niſi præſente Principe; ſiue Summo Sacerdote, vt legimus de ſumo Sacerdote Caipha, qui necis Saluatoris generis humani auctor fuit. De his omnibus ac potiſſimū de Pontifice tractat idem P. Becanus hoc ordine. Primo, ex qua familia fuerit Pōtifex. Secundo, quæ fuerit ſucceſſio Pontificū. Tertio, quo ritu conſecrati

Digitized by Google

fuerint Leuitæ, Sacerdotes,& Pontifex, Quartò, quod fuerit illorum officium. Quintò,quo veſtitu,& ornatu fuerint vſi.Sextò,quos,& quantos redditus habuerint.Septimò,an aliquando debuerint ſeruare continentiam ab vxoribus. Octauo, Quanta fuerit illorum,& potiſſimùm Pontificis authoritas apud populum.Nonò, quæ vtilitas ex his omnibus colligi poſſit. Quæ ſingula ſigillatim explicata legat qui volet apud eundem P. Becanum.

Verùm,vnum ſolum ſubijciam memoratu dignum,& notatum per R.P. Lobbetium eiuſdem Societatis Theologum,& popularem meum(in ſuo Speculo Eccleſiaſt.cap.6.§.9.fol.150.) grauem olim in Tribubus Iſrael exortam eſſe contentionem de ſupremi Sacerdotis officio ac dignitate,dum eam ſibi quiſque arrogare ſtuderet.Core,Dathan,Abiron,& Hon ſuperba in Moyſen,& Aaronem extulêre capita,& vt eſt inſolens ſuique impotens regnandi libido,per fas nefaſque in ſacra iura inuolare,in aras euadere,& conceſſam à Superis vni Aaroni dignitatem eripere conantur.At vindex è cœlo Deus,cuius oculus manuſque mortalibus ſemper imminet,vt elatos deprimat,abiectos eleuet;Core,Dathan,Abiron ſubitò, ac repentino terræ hiatu abſorpſit:è viuis eripuit,inferis dedit,eorumque aſſeclas vltrice flammâ , deuorauit.

Hoc ibi diuinæ iuſtitiæ datum eſt.Tum,ne qua impoſterum moueretur quæſtio,ſacram illam Sacerdotij maieſtatem ſorti committendam eſſe cenſuit Legislator Moyſes,iuſſitque ſingulas tribus,vel potiùs ſingulos tribuum Principes,virgas ſuas proferre,eiſque nomen adſcribere,ac deponere in tabernaculo fœderis, vt cuius virga arida & exſucca germinaſſet,is vnus Sacrorum Princeps,Sacerdos,Pontifex haberetur(fuiſſe autem ex amygdalo exciſam virgam illam,qua veluti Pedo, baculoque Paſtorali vtebatur Aaron,curioſè oſtendit idem P.Lobbetius.) Annuêre omnes diuinæ ſorti,ac conſilio virgas extulêre, ſtatuere coram Domino; à quo contra naturæ temporis leges,& pacta germinauit,ac floruit vnius Aaronis virga, eòque prodigio Sacerdotem,vel ipſo cœlo indice creauit.Nec nouum eſſe Sacerdotes,Reges, ac Principes immediatè à Deo poteſtatem accipere,etiam per ſortitionem,ſacrorum ac profanorum exemplis oſtendi lib 1.Polit.Aphoriſm.cap.1.

Denique de Pontifice illo vet.Teſtam.hoc notatur,illum oſtentare ſolitum in fronte laminam auream,in qua ſcriptum legebatur,auguſtum,ineffabile,diuinum Dei nomen Iehoua,quod illis reuerentiam, populo Religionem,& obedientiam commendaret:per quod etiam monentur Chriſtiani,vt Pontifici,& Epiſcopis morem gerant,niſi velint grauius à Deo puniri,monente Apoſtolo ad Hebræos 13.Obedite Præpoſitis veſtris,& ſubiacete eis.Ipſi enim peruigilant,quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri,vt cum gaudio hoc faciant,& non gementes:Hoc enim expedit vobis.Quæ carptim acceptum fero à R.P.Lobberio in ſuo Speculo Eccleſiaſticorum, prorſus idoneo quod illi intentis mentis oculis contemplentur.

CA-

CAPVT XXXVII.

Nonnulla de Paſchate.

PAſcha deriuatur non à verbo Græco πάσχω,quod pati ſignificat,vt quidam volunt;nam eſt dictio Hebraica,qua Hebræis dicitur Paſach,pro quo D. Hieronymus poſuit *Phaſe*, quæ dictio ſignificat tranſitum,feſtiuitati,ſiue Agno Paſchali accommodata. *Phaſe* autem ſiue Paſcha(id eſt,tranſitus Domini per Ægyptum, ſiue tranſgreſſio domorum Iſraëlitarum in Ægypto exiſtentium,vt habetur Exodi 12.)celebrabatur 14.luna,hoc eſt,14.die Menſis Martij,qui erat primus,ipſa nempè feria quinta ad veſperam,qua die ab omni opere ceſſabatur, & ſingulæ familiæ ſibi agnum occidebant,& aſſatum cum azymis edebant ex præcepto Domini,vt habetur Exod.12 & Leuit.23.Romana autem,& Catholica Eccleſia ex curſu Solis ſimul & Lunæ diem celebrandi Paſchatis ſemper computauit.Solis quidem propter diem Dominicum,& Lunæ,propter legem qua à decima quarta luna vſque ad vigeſimam primam,id eſt,in tertia hebdomada primi menſis die Dominico ſolemnitas Paſchæ celebretur,quem ritum Romana Eccleſia à tempore Apoſtolorum cuſtodiuit:quem & Sancti Patres certis Conſtitutionibus confirmarunt,vti videre eſt in 8 Canone Apoſtolorum,& ijs quæ ſcribit Conrard.Brunus. *Tract. de Ceri.c.4.*

Porrò,vt redeam ad ritum Hebræorum,altera dies quæ 14.ſequebatur , id eſt, quinta decima,& Paſcha,& prima azymorum vocabatur,quæ itidem dies libera ab opere erat. Indè ſeptima ab illa,nempè vigeſima prima,erat ſeptima azymorũ, quam *collectam* dicebant,quia tum fruges terræ metebant, colligebantque. Quoniã autem dies feſtus apud eos incipiebat à veſpere, propterea quarta decima die Paſchæ celebrari incipiebat,& quinta decima deſinebat,quam & Paſcha,& primam Azymorum diximus: ſic enim loquutus eſt Sanctus Lucas: *Appropinquabat autem dies feſtus Azymorum in qua neceſſe erat occidi Paſcha.* *Cap.22.* Et S. Marcus: *Primo die Azymorum quando Paſcha immolabant.* *Cap.14.* Hìc enim Paſcha pro Agno Paſchali accipitur,vt in illo: *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.* Nam aliquando vocabulum hoc accipitur pro ipſa feſtiuitate Paſchali,idque interdum pro tota ipſa ſolemnitate ex ſeptem diebus conſtante:quandoque ſingulariter pro prima huius feſtiuitatis die,in cuius veſpera præcedente Agnus immolandus erat,nempè pro 5.luna primi Menſis, quæ ſolemnior erat alijs diebus,vt patet Leuit.23.& nu.28. Vtroque poſteriori modo accipi poteſt dictus locus S Lucæ,cum *poſt biduum dicit futurum Paſcha.* Pro Paſchali enim ſolemnitate vocabulum hoc accipi Lucas apertè teſtatur dicens: *Appropinquabit dies feſtus Azymorũ qui dicitur Paſcha.* Vbi etiã per diem feſtũ Azymorũ intelligi poteſt, aut tota ſeptẽ dierũ ſolemnitas,quæ à Ioan. Euang. dicitur dies feſtus Iudæorũ , aut prima huius ſolẽnitatis dies. Sicut autẽ nomẽ *Paſcha* cũ propriè ſignificet Agnum Paſchalẽ,tranſlatũ eſt etiã ad ſignificandũ ipſam feſtiuitatẽ,ſic etiã vocabulũ Græcũ, *azyma*, cũ propriè ſignificet panes infermẽtatos,trãſlatũ videtur ad ſignificandũ ipſam

Digitized by Google

ipſam feſtiuitatem, in qua ſeptem diebus panibus infermentatis Iudæi veſci debebant. Sic enim videtur accipi apud Marcum, cum habet; *Erat autem Paſcha,& azyma poſt biduum.*

Lib. 3. de Rep. Iud. c. 9.

Illud autem animaduerſione dignum ex præcepto Dei, Paſcha celebrari non potuiſſe, niſi in Vrbe regni Metropoli, vt notat Carol. Sigon. conſtatque Deuteromij XVI. *Non poteris immolare Phaſe in qualibet Vrbium tuarum, quas Dominus daturus eſt tibi, ſed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi*: Itaque in Silo primum, deinde in Hieruſalem celebrare eſt ſolitum.

Cæterum, vt hoc obiter dicam, dies illi Paſchæ, & Penthecoſtes, proprij erant Sacramento Baptiſmatis, vndè in vrbe Romana nullus eſt etiamnum annus, quo non multi Catechumeni in Paſchate baptizentur. In eo autem conuenit Paſcha noſtrum cum Paſchate Hebræorum, quod iſti 14. Lunæ primi Menſis, in quamcumque ea diem inciderit, celebrarent; Nos vero à 14. luna vſque ad 21. primum diem, quicunque inter ſeptem dies Dominicus interciderit, eum feſtiuitati Paſchali conſecramus: ſed ità tamen, vt ſiquidem 14. luna in ſabbathum, aut alium diem ſequentis hebdomadæ inciderit (nam eadem Lunæ dies in diuerſas ſeptimanæ deciditur ferias) Dominica ſequenti Paſcha celebremus. Sin vero in ipſum Dominicum inciderit, Dominicum diem in ſeptimanam ſequentem differamus. Qua ratione. & legem illorum ſeruamus. Nam ſemper noſtra ſolemnitas aliquem legalium Paſchæ dierum, ſæpe autem omnes intra ſe complectitur. Sed à Iudæis in hoc diſcordamus, quod diem Dominicum, quem Chriſtus reſurrectione ſua ſanctificauit, huic feſtiuitati deputamus; tum etiam in hoc, Chriſti exemplum imitamur; quippè Chriſtus 14. luna eſt traditus, hoc eſt, quinta poſt Sabbathum, 15. autem crucifixus, die tertia reſurrexit, hoc eſt 17. luna, quæ tunc Dominica die fuit inuenta, vt poſt Theophilum Epiſcopum Alexandriæ & Bedam, confirmat Brunus lib. 6. de Cærem. cap. 4. vbi plura cui hæc placent, videbit Lector.

Lib. 3.

Orat. funebri.

In Orat. de Feſto Paſcha.

Cæterum, & illud notandum feſtum Paſchæ, adeo olim celebre fuiſſe, vt mox eius pervigilio coleretur teſte Euſebio, & hæc eſt nox quæ à nobis propter aduentum Regis, & Dei noſtri priuilegio celebratur. Aſſentitur Greg. Nazian. qui ſcribit noctem Paſchalem vigilijs tranſactam, & luminum ſplendore illuſtratam. Et Gregorius Niſſenus: *Sermo autem per totas aures noſtras circumſonans in pſalmis, hymnis, cantionibuſquè ſpiritualibus, tanquam flumen quoddam gaudij in aures omnium influens, nos optimâ ſpe repleuit.* Plura de Paſchate qui volet legat apud Eminentiſſ. Card. Bellarminum tom. 2. Contro. part. 2. cap. XII.

CAPVT XXXVIII.

Lunula harum regionum, an originem duxerint à Paganis?

ETHnicos olim quoddam genus placentæ quod βοῦς, id eſt, bos, à cornuum ſimilitudine appellabant, Lunæ obtuliſſe ſcribit Eruditiſſimus Cornelius à Lapide

Digitized by Google

de. An ergò panes iſti Quadrageſimales, quos Lunulas vulgò *Lunettes* vocitamus, ſint reliquiæ iſtius ritus Ethnicorum? R. D. Leonardus Stockis S. Theol. Licentiatus & Decanus D. Petri Leodien. ſciſcitatus ſuper hac re, reſpondit, tametſi materialiter aliquid tale ſubeſſet, nihilominus quoad intentionem offerendi dictas placentas, ſeu Lunula prorſus nihil ſubeſſe, ſed veriùs, & ſolidiùs ille, qui opinatus eſt nos vti, & veſci corniculatis iſtis panibus, ſeu ſemilunis, quaſi prognoſticis plenilunij Martialis, quo contigit paſſio Chriſti, poſt cuius celebratam memoriam, ceſſat apud nos vſus dictarum Lunularum, qui in ſola Quadrageſima exiſtit, quaſi prognoſticum, vt dictum eſt, dicti plenilunij Paſchalis. Quod quidem aſſidet vero: Nam quemadmodum ijdem Ethnici, Dianæ, id eſt, Lunæ ἀμφιφῶντας, ſiue placentas accenſis circumcirca cereis in templo Municha dicto offerebant, teſte Polluce, & Euſtachio (ſiquidem non ſolùm Manichæi, ſed, & plerique Iudæorum Solem, & Lunam adorabant, teſte Auguſtino.) Itá quoque apud Belgas tempore eiuſdem Quadrageſimæ, orbiculati à multis iam ſæculis venundantur panes, ad inſtar coronæ ſpineæ Chriſti Saluatoris noſtri, vt gratâ recordatione Paſſionem illius in mentem reuocemus, ex quo reſultat quanta fuerit pietas, & deuotio maiorum noſtrorum.

In c. 7. Hierem. Proph. — *Lib. 6. cap 14. Iliad.* — *contr. Fauſtum, cap 11.*

CAPVT XXXIX.

Columba in quâ tertium Diuinitatis Numen deſcendit in Chriſtum poſt baptiſmum, fueritnè verum animal? Explicatio verſ. Dauidis: Si dormiatis inter medios Cleros pennæ columbæ deargentatæ. *Pſal. 67.*

NVnc ſe ingerit quæſtio Theologumena tractantibus. Refert Sacer Codex baptizato IESV, & orante, deſcendiſſe Spiritum Sanctum corporali ſpecie, ſicut Columbam in ipſum: *Vt natura ſcilicet Spiritus Sancti declararetur*, inquit Tertullianus, *per animal, ſimplicitatem, & innocentiam referens, quod etiam corporaliter ipſo felle careat columba.* Sed quærunt interpretes, verumne fuerit animal? D. enim Auguſtinus vult fuiſſe verum animal: quod non probare videtur Ianſenius in Concordiam Euang. aſſeritque ſimilitudinem tantùm columbæ fuiſſe, non veram columbam, idque ex S. Scripturæ teſtimonio, & ipſi rei magis congruere. Scripturæ quidem, eò quod dicatur ſpiritus deſcendiſſe in corporali ſpecie, hoc eſt ſimilitudine. Deindè, quod tanquam, vel ſicut columba dicitur deſcendiſſe, vbi ſimilitudo potiùs deſignatur columbæ, quàm columbæ veritas. Rei verò, quia cùm hoc ipſum fieri potuerit per columbæ ſimilitudinem, quod per veram Columbam, nec Deus quicquam faciat fruſtrà, ſicut nec natura, fruſtrà fuiſſet, hîc de nouo creata vera columba. Columba enim hæc non aduenit, niſi vt ſignaret, & mox præteriret, vt etiam Auguſtinus teſtatur, neque argumenta Auguſtini ibi concludunt.

Luc. 3. — *Lib. de Baptiſm.* — *De Agone Chriſti cap. 12.* — *Lib. 2. de Trinit.*

Digitized by Google

dunt. Nam primum non eſt ſimile de corpore, in quo Chriſtus apparuit, & Columba in qua apparuit Spiritus Sanctus: Filius enim Dei ſic in corpore humano apparuit, vt verè dicatur, & ſit homo; Spiritus verò non dictus eſt, nec fuit Columba. Neque per hoc Spiritus veritatis aliquem fefellit, quod in apparenti, & non in vera Columba apparuit, quæ tamen à pleriſque vera Columba ſit putata. Non enim fallit, qui ſine intentione fallendi aliquid dicit, aut facit, ad quod aliquis ſequitur in alio error non pernicioſus. Iam Columbæ huius apparitio non ad hoc inducta eſt, quo homines crederent eſſe veram columbam, ſed quo per eam Spiritus præſentiam, & proprietates cognoſcerent, vt ſuprà ex Tertulliano oſtendimus.

Sicut ergò in die Pentecoſtes Spiritus Sanctus dicitur deſcendiſſe ſuper Apoſtolos, tanquam ignis, cùm tamen ſecundùm omnes non eſſet verus ignis, ſed ignis ſimilitudo, nec ob id fallacia, aut fictione al qua vſus eſt Spiritus Dei, ità & nunc veluti columba deſcendiſſe dicitur, quod non in vera columba, ſed in ſimilitudine eius apparuit, nullam tamen falſitatem admittens.

Eſt enim vtrobique ſimilis loquendi modus per ὡσεὶ, tanquam, vel, veluti. Cer-
Epiſt. 102. tè idem D. Auguſtinus, in hanc magis inclinare videtur ſententiam, dicens, non neceſſe eſt vt Columbæ hæc dicatur habuiſſe animam, à quâ moueretur, imo nec verum fuiſſe corpus, quod apparuit. Dicitur autem Spiritus ſuper Chriſtum deſcendiſſe corporali ſpecie, veluti columba, non quod re vera deſcenderit, qui vbique exiſtens moueri non poteſt, neque rurſum quod per deſcenſum ſpeciei columbæ cœperit Chriſtum per gratiam inhabitare, qui ab initio ſemper fuit plenus Spiritu Sancto, vt in quo inhabitabat diuinitas corporaliter, ſed quia per deſcenſum illius Columbæ manentis ſuper Chriſtum, & Spiritum repræſentantis, decla-
Lib. 1. c. 6. rata eſt præſentia Spiritus in eo, in quo priùs non declarabatur. Et pro hac ſententia facit etiam hiſtoria Clodouei Regis apud Aunonem Scriptorem Gallum, vbi refert. Deum quò reſtatum faceret, quàm gratus ſibi eſſet Regis iſtius Baptiſmus, miraculo declarauiſſe: *Nam cùm fortè*, inquit, *qui Chriſma ferebat interclusus à populo, deeſſet, ecce ſubitò, non alius ſine dubio, quàm Sanctus apparuit Spiritus in columbæ viſibili figuratus ſpecie, qui rutilanti roſtro ſanctum deferens Chriſma inter manus depoſuit Sacerdotis, vndas fontis ſanctificantis.*

Nec ab re eſt quod Euſebius Emiſſenus ſagaciter animaduertit columbam ar-
Pſalm. 67. genteam olim inter Clericos poni ſolitam, de qua Pſalmographus Regius: *Si dormiatis inter medios Cleros, pennæ columbæ deargentatæ*: quaſi aſſurgat κλῆρος, id eſt Clerus in cœlum, & ſublimis euolet oratione, ceù alarum columbæ remigio euectus: nam per Columbam intelligi Eccleſiam, quæ à Clero regitur notius eſt quàm vt probatione egeat; deargentatæ verò, ex eo quod eximium nitorem morum, & ſingularem vitæ innocentiam, quæ eum ſtatum decet quàm maximè. Ità verſ. hunc alioqui obſcuriſſimum teſte Card. Bellarmino poſt Iacob. de Valentiâ, & alios explicat eximiè. Vir eruditionis Iacobus Lobbetius Societatis IESV in ſuo

Spe-

Digitized by Google

Speculo Eccleſiaſtico,pag. 461. vbi ſcribit Euſebium Epiſcopum interpretari dictum verſ. quod inter Clericos poni ſoleat columba argentea per cuius pennas in cœlum oratione ſua quaſi remigio euectus euolat.

CAPVT XL.

De ſaltationibus ante fores Baſilicarum, pro vſu veteris aui. Sublata per S. Auguſtinum, qui & ſuſtulit citharas, Conuiuia, atque choreas in feſtis SS. Martyrum, & aliorum.

REm veluti præclaram antiquos apud, ſaltationem habitam fuiſſe refert Athenæus. Ideòque ocellis illis ſapientiæ Ethnicæ tantùm abſuit, vt ſaltationem dicerent vituperandam, quin inter illorum documenta legamus hanc eſſe perdiſcendam, quaſi multum inſit venuſtatis in apto, concinnoq; motu, & corporis afformatione compoſita. Vndè nec erubuit iam magno natu Socrates inter diſciplinas ſerias habere ſaltationem. Nihilominus, vt ſolent præclaræ res in deteriora labi. S. Auguſtinus animaduertens ad fores Eccleſiæ Africanæ nonnullos ſaltationibus plerumque abuti, illas verbi ſui elegantia ab Eccleſia ſuſtulit, vt habetur in ſermone 215. de Temp. vbi ſic inquit: *Iſti enim infœlices, & miſeri homines, qui balationes, & ſaltationes ante ipſas Baſilicas Sanctorum exercere, nec metuunt, nec erubeſcunt, etſi Chriſtiani ad Eccleſiam venerint, Pagani de Eccleſia reuertuntur, quia iſta conſuetudo balandi de Paganorum obſeruatione remanſit.* *Lib. 1. Dipnoſ. c. 16.* *Tiraquell. de Nobilit. c. 34.*

Nec ſolùm magnus ille Doctor damnauit ſaltationes, verùm etiam ſumptuoſas epulas ad ſepulchra, & memorias Martyrum, & aliorum exhiberi ſolitas, quaſi idem ſentirent cum Gentilibus, qui opinabantur animas tenuia, & aërea habere corpora, quæ cibo ſcilicet reſtauranda forent: *Miror*, inquit S. Auguſtinus, *cur apud quoſdam fideles hodie tam pernicioſus error irrepſerit, vt ſuper tumulos defunctorum cibos, & vina conferant, quaſi egreſſa de corporibus anima carnales cibos requirant.* Et alibi: *Noui multos eſſe ſepulchrorum adoratores, qui cùm luxurioſiſſimè ſuper mortuos bibunt, & dum epulas cadaueribus exhibent ſuper ſepultos, ſe ſepeliunt.* *De Morib. Eccleſ. c. 34.*

Verùm, quia ritus hic referebat parentalia Gentilium, & multi eo abutebantur ad comeſſationes, & compotationes, hinc etiam eum à templis ſuis ſuſtulit S. Ambroſius, vti narrat S. Auguſt. quare eius loco eleëmoſynæ pro defunctis domi diſtribui paſſim cœperunt. *Lib 6. Confeſſ. cap. 2.*

* * *

CAPVT XLI.

Exequiarum, ſeu funeris ratio apud priſcos Chriſtianos. Illi corpora aromatibus condiebant, & quomodo? Olim extra Vrbium mœnia corpora mortuorum ſepeliebantur. Eiulationes antiquorum tempore naſcentis Eccleſiæ ſublata pſalmorum cantus, & cerei adhibebantur.

QVi ritus apud Paganos ſepeliendi, & lugendi mortuos fuerint, binis capitibus alibi oſtendimus. Nunc de funeribus Chriſtianorum tempore naſcentis Eccleſiæ, pauca è veteribus conſideranda propono.. Atque imprimis, dicimus conſuetudinem fuiſſe in Eccleſiâ Dei in curandis defunctorum corporibus, vt poſtquam æger exhalauerat animam, oculi eius (vt etiamnum apud nos) occluderentur; vndè apud Euſebium: *Oculos occludere, ora obturare.* Cyprian. Orat. de Chriſti ſepultura: *Nunquid digitis tuis oculos* IESV*, vt mortuorum de more ſolent, claudis?* quod & apud Paganos receptum erat, de quo vide Alex. ab Alexandro.

Cent 1. c. 51.

Lib. 7. Hiſt. c. 17.

Lib. 3. Gemal. dierum cap. 7.

Deindè, corpus lauabatur: erat enim antiquis etiam Iudæis, maxima pœna fœdatum mori, aut ſepeliri, vt conſtat Leuit. 20. Euſeb. lib. 7. cap. 22. ibi. *Et pariter affecti ſtrictim complexi ſunt, & ad ſepulturam ornarunt.* S. Greg. de ſorore ſua defuncta loquens: *Cumque corpus eius ex more mortuorum ad lauandum nudatum eſſet.* Et alibi: *Quem ex more lotum & veſtimentis indutum, &c.*

Aromatibus inſuper condiebantur, quo de more conſule Tertullianum (in Apologetico) Nazianzenum, Pruden. in Hymno Defunctorum, Herodotum lib. 2. vbi ſcribit triplicem fuiſſe morem condiendi cadauera Ægyptijs vſitatum. Primus erat opulentiorum, qui ad ſuam condituram adhibebant vinum phœniceum, myrrham puram, contuſam caſiam, & omnis generis odores, excepto thure. *Vbi abluerunt*, inquit Herodotus, *ſyndone byſſinâ inciſis loris totum inuoluunt.* Secundus modus erat, tenuiorum minoris ſumptus, qui nitro, & vnguine cedrino vtebantur. Nitrum autem carnes tabefacit, ita vt mortui cutis tantùm & oſſa relinquantur, de vnguine hoc cedrino vide Plinium.

lib. 24. cap. 5.

Tertia conditura minimi ſumptus, & tenuiorum conſtat ablutionibus, & exſiccatione. Omnes tamen conditurę requirebant ſaliturам ſeptuaginta dierum: Nam diutiùs ſalire non licet, inquit Herodotus. Ægyptiorum more conditus eſt Iacob Patriarcha, non tamen eodem prorſus, quem deſcribit Herodotus. Nam S. Scriptura tantùm quadraginta dies Patriarchæ illius corpus vnctum tradit. Præcepit enim Ioſeph ſeruis ſuis medicis, vt aromatibus condirent Patrem, quibus iuſſa explentibus tranſierunt 40. dies, iſte nempè mos erat cadauerum conditorum, fleuitque eum Ægyptus 70. diebus. Vnctio igitur 40. dierum erat, luctus 70. Ex his igitur clarior redditur locus ille Euangeliſtæ: Acceperunt autem

Geneſ. 50.

Cor-

Digitized by Google

Corpus Iesv,& ligauerunt illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire,ſiue vt S. Matthæus ait, & accepto corpore, Ioſeph inuoluit illud in ſindone munda. Non enim cum veſtibus proprijs quibus quis viuus vtebatur Iudæi mortuum ſepeliebant, ſed faſcijs ſepulchralibus ligare pedes,& manus,& ſindone corpus circumuoluere ſolebant, & faciem ſudario tegere,vt etiam ex hiſtoria Lazari reſuſcitati conſtat. *Ioan. 11.*

Cæterùm, circumſcriptæ fuere Paganorum eiulationes, veluti videre eſt apud D. Hieronymum, vbi de funere Paulæ agit: ***Ex hinc non vlulatus***,inquit,***non planctus,vt inter ſeculi homines fieri ſolet, ſed Pſalmorum linguis diuerſis examina concrepabant, translataque Epiſcoporum manibus, & ceruicem feretro ſubijcientibus, cùm alij Pontifices lampadas cereoſque præferrent, alij choros pſallentium ducerent, in media Eccleſia ſpelunca Saluatoris eſt poſita:*** Adde Greg. Nazian. in funere Cæſarij: ***Nunc nobis deducitur egregius ille Cæſarius cum multiplici hymnorum cantu, celebrique pompa, ad martyrum ſedes effertur, ſanctiſque parentum manibus honoratur,matre accenſas faces geſtante, ad pietatem mærori ſurrogante,lachrymis ſapientiæ cedentibus,pſalmorum cantu luctum conſopiente, &c. dignos honores percipit.*** Eundem ritum obſeruabis in obitu S. Macrinæ Sororis S. Greg. Nyſſen. de quo Illuſtriſſimus Baronius,***Gregorius***, inquit, ***religioſè curato ſanctæ Sororis puriſſimo corpore, Eccleſia antiquo more cum pſalmorum cantu, noctis peruigilio, & accenſis cereis,ad martyrum ædem religioſo funere collocato ſuſceptum legationis munus obiuit.*** Quæ quidem de induſtria à me annotantur,vt ſupina hæreticorum arguatur ignorantia,qui putant nouum eſſe Catholicorum inuentum,dum ritu hoc priſco (à quo ipſi,vt in omnibus alijs,alieni ſunt) funebria iuſta defunctis perſoluunt. *Epiſt. ad Euſtoch. 27.* *Epiſt.16.* *In An. Chr.378.*

Accendebantur ergo cerei vt nunc,quibus accenſis, cantù proſequebantur funeris pompam, vt ex Hieronymo audiuimus; cuius ſententia confirmatur per S. Athanaſium,qui illum præceſſit,tertioque ſæculo vixit,***Si quis***,inquit, ***diem obierit licet in aëre ponatur inhumatus,nè omiſeris oleum,& ceram, inuocato Chriſto Deo,ad ſepulchrum accendere,accepta enim Deo ſunt,& plurimam ſecum referunt retributionem,oleum & cera holocauſtum eſt,incruenta verò hoſtia oblatio,propitiatio eſt:*** Adde, quæ de funere Conſtantij Imp. ſcripſit Greg. Nazian. & quæ Chryſoſtomus: ***Quid***, ait ille, ***ardentes quæſo lampades ſibi volunt? nonne tanquam Athlas eos comitamur? quid autem hymni? nonne glorificamus Deum, & illi gratias agimus, quia iam defunctum coronauit, & ab incertitudine ſublatum penes ſe retinet?*** & homil. 70. ad populum Antiochen. & alibi. *Lib. de ſuffrag. mortuor.* *Orat 2. in Iulian.* *Homil. in Epiſt. ad Timoth.*

Rurſus tertia,octaua, vigeſima, trigeſima, quadrageſima, & ſexageſima die, ac denique anniuerſaria agi conſueuiſſe memoriam defunctorum,non ſolùm antiqui libri rituales, ſed etiam SS. Patrum teſtimonia teſtantur,& inter eos S. Auguſtinus,qui Miſſarum Sacrificijs iuuari mortuos perſpicuè cum omnibus orthodoxis oſtendit. *Lib. 9. Confeſſio. c.8. & 10.*

Sed, & illud animaduerſum, ex Romanis legibus Chriſtianos coactos fuiſſe mortuos ſuos extra mœnia ſepelire, quos tamen non vt gentiles cremabant, ſed

Digitized by Google

vnguentis delibutos condiebant, & in ea loca deferebant, quæ modo cæmiteria, interdum areæ, tumbæ, vel criptæ arenariæ, ex natura loci, dici conſueuerunt, ſed cœmiteria vſitatiùs, quod fides doceret Chriſtianos non mori, ſed rurſus excitandos, intereà in Domino obdormire. Quæ conſuetudo ſepeliendi mortuos in criptis ſumpta videtur ab Hebræis, de quibus præter loca ſcripturæ, habemus recentius exemplum apud Epiphanium: *Abducunt miſerum adoleſcentem*, inquit, *poſt occaſum ſolis, in propinquas tumbas, ſepulchra autem appellantur ſpelunca, videlicet in petris effoſſa, ac conſtructa.* Quadraginta autem & tria huiuſmodi Cœmiteria, quæ dormitoria etiam appellabantur, in tabulis Vaticanis recenſentur, & antiquitus cùm in eis eſſent corpora Sanctorum Martyrum, frequenti cœtu viſitari conſueuiſſe multa ſunt quæ apertè demonſtrant; & imprimis illud, quod edictis Imperatorum ab eis Chriſtiani, vt ſcribit Euſebius, arcerentur: reddità vero Eccleſiæ pace, eadem frequentare loca permitterentur, quæ ſe diebus Dominicis frequentaſſe ſcribit S. Hieronymus.

Hæreſ. 30.

Lib. 7. c. 10. & 12.

In Ezechiel. cap. 40.

Notandum denique, eam fuiſſe veterum Patrum Religionem, vt nollent intra Eccleſiam ſepeliri, ſuper quo exſtant Tiburien. Nanneten. Vaſen. Synodi Decreta, Canon. Nullus, Canon. Præcipiendum, imò nec intra ambitum murorum Ciuitatum: quod de Gallis probat Guilielmus Duran. in hæc verba: *Si firmiſſimum hoc priuilegium vſque nunc retinent Galliæ Ciuitates, vt nullo modo intra ambitum murorum Ciuitatum, cuiuslibet defuncti corpus ſit humatum, quod etiam alibi oſtendimus, quantò magis venet. martyrum debet reuerentia obtinere?* Conſtantinum Imperatorem Chryſoſtomus magno honore affectum ſcribit, quod præ foribus Eccleſiæ Piſcatoris corpus eius ſepulturæ mandatum fuerit, factuſque ſit (vt inquit Chryſoſt.) Conſtantinus Piſcatoris ianitor. Plura in hanc ſententiam legat qui volet apud Eminentiſſ. Cardinalem Baronium tom. 1. Anno Chriſti 226. Et apud Præſidem Durantum lib. 1. de Ritibus Eccleſ. Catholicæ, & quæ circa Paganorum mores ſcripſimus, Cent. 1. cap. 52.

Homil. 68. ad Popul. Antioch.

CAPVT XLII.

Origo benè apprecandi in Sternutamentis, & oſcitationibus, deque cultu Sanctæ Crucis.

STernutamentum omnes experiuntur, ſed non omnes illius cauſam norunt. Notio ſpectat ad Medicos, Hippocrates 7. ſententiarum ſcribit Sternutamentum fieri ex capite, cerebro calefacto, aut humectatis cerebri ventriculis, capite reddito inani: aër namque interclusus extra erumpit, ſonat autem, quoniam per anguſtum ipſi exitus eſt. Verùm, cùm ſternutamentum bonæ indicium ſit valetudinis, vt plerique docent, quid cauſæ eſt, cur ſternutanti benè apprecemur? Origo indè proceſſit, quod ſub annum 591. homines promiſcuè ſternutamento, aut etiam oſ-

oſcitatione animam repentè efflarent: quod nè ſternutanti, aut oſcitanti eueniret, incolumitatem precabantur, quam conſuetudinem etiam Ethnicos vſurpaſſe & boni ominis cauſa falſos ſuos Deos inuocaſſe, vt & Chriſtianos tempore primitiuæ Eccleſiæ, os in ſternutationibus ſigno crucis muniſſe, ſcribit in ſuâ chronographiâ R.P. Iacobus Gualteri, probatque teſtimonio Tertulliani, qui vixit ſecundo ſæculo à Chriſto nato. *Ad Ann. Chri. 390.*

Verum, hæretici Nouatores ritum illum, & pleroſque alios ab antiquitate & ſcripturis probatos impudenter exſibilant, cum tamen is de quo agitur ab ipſis Apoſtolorum temporibus vſitatus, receptuſque fuerit, veluti ſalutaris & laudabilis; aduerſus quos hæreticos etiam pugnant SS. Patres in Concilio generali Nicæno 2. Synod. 7. cap. 4. quod fuit celebratum anno 787. præſentibus vt minimum 350 Epiſcopis, oſtenduntque ac docent illi, hæreticos S. Crucem eſſe quaſi ſigillum, characterem, & annulum Chriſti, quo omnia ſua in nos beneficia conſignauit. Si Regum ſigilla, chartæ & ceræ impreſſa honoramus, & deoſculamur (& rectè quidem, quia honor ad ipſum Regem tranſit) cur non honorem exhibeamus imagini Crucis, quæ eſt character, & ſigillum Chriſti Domini noſtri? Itaque mirum non ſit, ſi vel ſternutantes, & oſcitantes, vt olim, ità & nunc ſanctæ Crucis ſignaculo ſe muniant Chriſti fideles. Plura de his non lubet attexêre, cum latius hæc ſint deducta in Apologetico noſtro aduerſus hæreticum Mareſium, aliaque in hanc ſententiam etiam afferuntur per Polid. Virgil. de Inuent. rer. & Athenæum Diphnoſoph vbi inquit veteres ſternutantibus veluti rei ſacræ congenulaſſe. *Lib. 6 c. 11.*

CAPVT XLIII.

Catholicum orandi ritum, diuerſimodum, & antiquiſſimum, licet moderni irrideant hæretici, attamen vti laudatiſſimum probat Eccleſia Catholica. Gentiles, Iudæi, & alij, cur ad Orientem orarent? poplite etiam flexo veteres oraſſe, imò & manibus poſt terga reuinctis. Mulieres capite velata, & à viris ſeparata orabant.

MAgnus ille & antiquus Eccleſiæ Doctor Cyprianus non vno in loco ſcribit diuerſis orandi moribus initio exurgentis Eccleſiæ Chriſtianos vſos eſſe: nam modò vtroque poplite flexo, cuius rei auctor eſt D. Auguſtinus, qui primorum Chriſtianorum *trita genua* appellabat, & de ſeipſo illud addebat: *Quotidie ad Eccleſiam curro, genua mea mihi trita ſunt in orationibus.* Alij ſublatis in cœlum manibus (colligo ex Pſalmographo Regio:) *In noctibus extollite manus veſtras in ſancta.* Item *Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.* Item *Clamaui ad te tota die, expandi ad te manus meas*, & pluſculis alijs in locis. *Serm. de Orat. Domin. Tract. 3. in Ioan.*

Alij ſtrato corpore oraſſe; vndè illud eiuſdem Dauidis: *Adhæſit pauimento anima mea.* Hiſque orandi formulis Deum inuocaſſe conſtat. Quanquã æuo Chriſtianorũ

non

non vſquequaque vſus iſte orandi receptus fuerit. Nam diebus Dominicis, & à die Paſchæ ad Pentecoſtem congenicubantes non orabant, ſed ſtantes, ob Domini noſtri glorioſam Reſurrectionem, quo deſignaretur dies illos cum lætitiâ Cap. 19. tranſigendos, quod & Concilio Niceno cautum eſt. Legito Tertullianum lib. de Coronâ militis. Vndè ſanna digni ſunt Nouatores hodierni, qui ceù nouum Catholicorum inuentum ritum hunc exſibilant, & minimè è ſacrâ Scripturâ petitum, eòque reijciendum autumant, quibus cum Tertulliano liceat reſpondere: De Corona milit. *Traditionem priſcam nobis ſufficere, rationem traditioni, conſuetudini, fidei, patrocinaturam. Nam ſi legem expoſtules ſcripturarum, nullam inuenies: traditio tibi prætendetur auſtrix, conſuetudo confirmatrix, & fides obſeruatrix. Sic ad omnem progreſſum, atque promotum, ad omnem aditum, & exitum, ad veſtitum, & calceatum, ad lauacra, ad menſas, ad lumina, ad cubicula, ad ſedilia, quacumque nos conuerſatio exercet, frontem, crucis ſignaculo terimus, nec vſpiam id lege cautum.* Hactenus grauis ille Auctor & tempore naſcentis Eccleſiæ celebris.

Stratos etiam in terrâ, ſi qua vrgeret calamitas, oraſſe veteres etiam Ethnicos ſuo ritu & quidem manibus in cœlum extenſis. Teſtor Apuleium: *Orantium ille habitus eſt, vt manibus in cœlum extenſis precemur.* Chriſtiani frequentiùs: Hinc celebris illa Chriſtianorum legio, quæ ſub M. Aurelio Antonio, Imp. ſic Deum precata fuerat, hoſtibus internecionem, & Romanis victoriam obtinuit, vt eſt apud 1. Timoth. 2. Iuſtinum. Quod & ordinatum Apoſtolicâ traditione. *Volo*, inquit, *viros orare in omni loco leuantes puras manus.* Non quod præcipiat, vt orantes ſemper manus ſublatas habeant, ſed vt ſtent coram Deo cum omni deuotione & attentione, quem- 1. ad Timoth. 1. & ibi Caiet. admodum explicat S. Thomas. Et ritus iſte videtur fluxiſſe à Paganis ad Chriſtianos. De Bruto ſic Dionyſius Halicar. Lib. 4. Antiq. *Brutus vt cognouit caſum & necem Lucretia, protenſis ad cœlum manibus, Iuppiter*, inquit, *Dijque omnes: Si verſantem talibus in actionibus mors me abripiat, ſatis mihi erit ſi porrectis ad cælum manibus ſic loqui valeam.* Aliud Lib. 13. cap. 27. exemplum in Athenæo: *Cùm hoc Darius cognouiſſet* (captas ſcilicet filias ſuas ab Alexandro, & tam honeſtè habitas) *manus ad cælum extendens precatus eſt vt vel ipſe imperaret, vel Alexander.* Ritus iſte etiam indè videtur proceſſiſſe quod orantium intentio, quæ per manus ſignificatur, debeat eſſe pura, & ſincera. Quò pertinent iſta Dauidis Pſalm 62. *Sic benedicam te in vita mea, & in nomine tuo leuabo manus meas.* & Pſalm. 85. *Clamaui ad te Domine tota die: expandi ad te manus meas.* & Pſalm. 118. *Leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi, & exercebar in iuſtificationibus tuis.*

Neque verò tantùm aliqui, ſed promiſcuè omnes Iudæi hac corporis habitu- 2. Math. 14. dine orârunt: *Ecce Sacerdotes protendentes manus in cœlum, inuocabant eum.* Mulieres 2. Math. 3. item hoc geſtu oraſſe, etiam patet ex hoc ſcripturæ loco: *Accinctæque mulieres cilicijs pectus, per plateas confluebant, ſed & virgines quæ concluſæ erant procurrebant ad Oniam, aliæ autem ad muros, quædam verò per feneſtras proſpiciebant, vniuerſæ autem protendentes manus in cœlum deprecabantur.*

Demùm, omnibus communem hunc precandi geſtum fuiſſe oſtendit Salo- mon:

mon: *Si quis*, inquit, *de populo tuo Iſraël fuerit deprecatus cognoſcens plagam, & infirmitatem ſuam, & expanderit manus ſuas in domo hac, tu exaudies de cœlo.* Ac quia paſſim reperiuntur plura huius moris teſtimonia in S. Scripturâ vlterius his non inſiſtam, vnum tamen addam: Clemen. Alexandrin. de iſtâ Hebræorum adoratione; *Sanctas vlnas tollunt ad cœlum.* *2. Paralipp.6.* *Exhort. ad Gent.*

Porrò à Iudæis, ſiue etiam à Romanis profluxit ad Chriſtianos ritus iſte orandi. Vndè S. Auguſtinus: *Orantes de membris ſui corporis faciunt quod ſupplicantibus congruit, cùm genua figunt, cùm extendunt manus, vel etiam proſternuntur ſolo, & ſi quid aliud viſibiliter faciunt, quamuis eorum inuiſibilis cordis intentio Deo nota ſit.* Ruſticus Helpidius vir nobilis, & Exquæſtor Theodorico Gotthorum Regi charus, ità canit. *Lib. de Cura pro mort. agend. Helpid. tom. 8.*

Cui iugiter eſſe precandum Extenſis manibus mœrenti in funere tenſa
Monſtrauêre manus.

S. Baſilium Magnum oraſſe expanſis in formam Crucis manibus teſtatur Gregorius Nyſſenus: *Sæpenumerò ſe oppoſuit Amalechitis, pro ſcuto vſus oratione, quo manum tollente verus* Iesvs *hoſtes euincebat.* Apud S. Hippolytum Epiſcopum & Martyrem, ità Chriſtus damnandos alloquitur: *Manus veſtras feci, vt ad preces, & obſecrationes extenderetis eas, at vos ad rapinas, cædes, & mutuas occiſiones expandiſtis.* Plura cumulauit teſtimonia R. P. Iacobus Gretſerus. *Orat in Laud. Baſilij.* *Orat. de Antich.* *Tract. de Cruce lib. 3.*

Cæterùm, licet Dominus Deus non attendat orantis poſituram, rectuſnè ſtet, an cernuus, vel brachijs in crucis formam extenſis, aut in cœlum eleuatis, nihilominus, calcar addit oranti ad deuotionem modus hic, vel ille ab Eccleſiâ receptus, vt rectè notat Cardinalis Baronius cûm pronum ſit trahi à rebus ſenſibilibus & materialibus ad ſpirituales & cœleſtes; prætérquam quod exterioribus iſtis ſignis teſtamur par eſſe diuinam Maieſtatem ſicpotè coli, & venerari, mentemque noſtram cœleſtia ſapere, non terrena; cûm parùm proximet Deo, cuius preces voluntarijs diſtractionibus obnoxiæ ſunt, iuxta illud Prophetæ: *Populus iſte labijs glorificat me, cor autem eius longè eſt à me.* *Tom. 1. Annal.* *Iſaiæ 29.*

Obſeruatum quoque ab antiquarijs Iudæos facie verſus Orientem oraſſe, ad inſtar Gentilium, qui Solem Orientem adorabant teſte Triſmegiſto, & S. Iobo, & Virgilio, qui apertè docet Veteres Soli Orienti ſacrificaſſe: *Cap. 31.*

Illi ad ſurgentem conuerſi lumina Solem
Dant fruges manibus ſalſas, & tempora ferro
Summa notant pecudum, pateriſque Altaria libant.

De adoratione Indorum hæc refert Lucianus: *Indi ad Orientem conuerſi ſaltatione Solem conſalutant cum ſilentio ſeipſos conformantes, Dei choream imitari, atque affingere conantur, & hæc Indorum eſt precatio, & chori, & ſacrificium.*

Sed & Græcorum conſimilis mos eſt teſte Cœl. Rhodig. *In Græcorum monumentis annotatum nobis eſt,* inquit, *morem ſacrificandi diu ſeruatum, vt circumcurrerent aras, curſum auſpicati ab læuo dextrorſum, Zodiaci quadam imagine, cuius motio ſit mundo diuerſa ad exortum vertens; mox verò ab dextris læuorſum procurrerent; quo motu cœlum rotari manifeſtum.* *Lib. 1. Antiq. Lect. c. 10.*

feſtum. Quem item orandi modum & Idolis ſacrificandi ad Orientem in Iudæis
Cap.8. reprehendit Ezechiel, qui taxat Iudæos dorſa habentes contra templum Domini: *Facies*, inquit, *habebant ad Orientem, & adorabant ad ortum Solis*: Eò quod contempto Domino (inquit ibi S. Hieron.) id eſt Creatore, adorarent Solem, id eſt Do-
Deuter.12. mini creaturam, præcipiente ipſo Domino per Moyſem, quod nequaquam in
3.Reg. morem Gentilium contra Orientem adorare deberent, ſed in quacumque fuiſſent Orbis parte adorarent contra templum, vbi in Sanctis Sanctorum habitare Do-
Cap 18 in minus credebatur, quâ de re qui plura volet, legat R. P. Cornel. à Lapide.
Ezechiel. Attamen conſtat Chriſtianos primitiuæ Eccleſiæ Orientem verſus oraſſe, ex Baſil. de Spiritu Sancto cap. 27. Orig. in lib. Num. Homil. 5. Auguſt. ad Cap. 6. nec tamen, vt plerique Iudæi, vt infrà dicemus c. 59. Solem adoraſſe, quo nomine ab ipſis Gentiles reprehendebantur, teſte Tertull. S. Clemente, S Baſilio, S. Gregor. Nazianzeno, & Niſſeno, Origine, alijſque, cuius rei cauſam adſcribunt plerique, ſiue quod Dominus noſter è tellure tranſcenderit in cœlum, ſiue quod *Seruator* vo-
Pſal.13. cetur *Oriens*, ſiue quia in Oriente erat paradiſus, quam cauſam aſſignant S Chryſoſtomus, Theodor. & Damaſcen. ſiue denique quia Chriſtus facie à Hieruſalem
V S. & templo auerſa, & conuerſa ad Orientem, puta ad gentes, crucifixus eſt. *Ergò con-*
Athan. *uerſi ad Orientem*, inquit Damaſcenus, *reſpicimus, & adoramus faciem Chriſti crucifixi.*
Lib.4 de Fide c.13. Ità ille. Enimuerò dum Orientem aſpicimus, videmur Deum Creatorem omnium rogare, vt ad illam liceat nobis reuerti vitam, vndè vt eijcerentur primi noſtri parentes commeruerunt.

Inſuper, ſolebant veteres Deum precari poplite in terram flexo, vti legimus in Moyſe, Daniele, S. Iacobo Apoſtolo, S. Antonio, alijſque. Hoc etiam apertè teſtatur D. Hieronymus: *Moris*, inquit, *Eccleſiaſtici eſt, Chriſto genu flectere, quod Iudæi men-*
In c.45. Iſaiæ. *tis ſuperbiam demonſtrantes, omninò non faciunt.* Et alibi: *Hæc autem ſpiritualiter exponen-*
In cap.3. *tes, non ſtatim iuxta litteram orandi conſuetudinem tollimus, quâ Deum genu poſito ſuppliciter*
ad Epheſ. *adoramus, & flexo in terram poplite, magis quod ab eo poſcimus impetramus.* Sed & textus ſacer de S. Paulo: *Paulus autem genibus poſitis in littore orauit*, & de ſe ipſe, *Flecto genua*
Act.20. Ad Epheſ. 3. *mea ad Patrem.* Ità S. Iacobus, *qui quod aſſiduè coram Deo flecteret* calloſam genuum duritiem contraxit, vt memoriæ prodidit S. Epiphanius.
Lib.3. Hær 78. Eundem flectendi ritum tempore Caroli Magni obſeruatum eſſe conſtat ex
Cap.37. Synodo Turonenſi. Quin etiam, quod mirabile, manibus poſt terga reuinctis,
Lib.17. fronte ſolo defixâ, vt notat Ammianus Marcell. quem morem inoleuiſſe etiamnum apud Moſcouitas teſtantur Epiſtolæ PP. Societ. IESV: atque manaſſe ab Hebræis ritum hunc, colligi videtur ex Pſalmis: *Coram illo procedent Æthiopes, & inimici eius terram lingent.* Et alibi: *Humiliata eſt in puluere anima noſtra, conglutinatus eſt in terra venter noſter.* Et ex illo Eſai. 45. *Vultu in terram demiſſo adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent.*

Hunc congeniculationum & orandi Catholici morem paulò fuſiori ſtylo tracta-

Digitized by Google

ctauimus, vt oſtenderemus quomodo hallucinentur hæretici, dum illum veluti nouum inuentum reprehendunt.

Cæterum, ſedêre in oratione prorſus fas non erat apud priſcos, ſed inſulſi & inciuilis fuiſſet animi & prorſus irreuerentis; niſi præ ſænio, morbo, aut imbecillitate congeniculare non licuiſſet.

Eleganter ſuo more Tertullianus: *Irreuerens eſt aſſidere in conſpectu contraque conſpectum eius quem maximè reuerearis, ac venerans, quanto magis ſub conſpectu Dei viui, Angelo adhuc orationis adſtante, factum iſtud irreligioſiſſimum eſt, niſi exprobramus Deo, quod nos oratio fatigauerit.* Lib. de Orat.

Supereſt, vt de fœminis nonnulla dicamus, nimirum primò, quod tempore primitiuæ Eccleſiæ, nonniſi capite velatæ orarent: quod conſtat ſatis ex Epiſt. S. Pauli, quanquam non primus fuerit ipſe auctor iſtius ritus, cùm tam Iudæorum, quàm multarum gentium traditionibus fœminæ omnes velatæ in publicum prodirent. N*am de Iudæis tam ſolemne erat*, inquit Tertull. a *eorum velamen capitis, vt indè noſcantur*. De Romanis Val. Max. b Tacitus, c de Græcis, Apuleius d de Arabibus, Tertullianus. e Ad Cor. 1. a De Corona militum. b Lib 6. cap. 13. c Lib. 14. d Lib. 11.

Secundò, in Eccleſia ſeparabantur: à viris adeòque locus ipſe muro diſcernebatur. Virgines etiam à nuptis diſtinguebantur teſte Origine, probatque Card. Baronius, f & nos ſuprà. Atque hactenus quæ de modo orandi. Faxit autem, vt ſic Deum oremus, quò illum propitium & exoratum hiſce calamitoſis temporibus nobis reddamus, vt præſidio eius miſericordiæ piè, iuſtè, ſecurè viuamus in hoc ſæculo, expectantes beatam ſpem. De Veland. e Virg cap. 17. f In Annal. An. Chriſt. 12.

CAPVT XLIIII.

Rurſum de ritu orandi, & ſalutandi B. V. Mariam per Roſarium, item de ſigno Sanctæ Crucis, quos ritus impugnant Haretici? Chriſtiani olim Religioſi Crucis *vocabantur.*

QVoniam ſuperiori capite Nouatores, id eſt, Hæreticos breuiter perſtrinximus, vtpotè noſtrum orandi modum ſuggillantes, & reprehendentes, quod pro formulâ cultus B. Mariæ Virginis vtamur Roſario. quibus verò ex cauſis, mox vbi deriuationem Nominis attigerimus, breuiter oſtendemus, eaſque Deo dante veluti puta puta commenta refutabimus. Inſtitutum iſtud ſanè quàm pium, & deuotum, & antiquum acceptum ferre debemus, vel à quodam pio adoleſcente, Ordinis poſteà S. Franciſci qui multis iam retroactis ſæculis diuino afflatus ſpiritu pro more habebat, vt capiti vnius iconis B. Mariæ Virginis coronam Roſarum, vel Lilium quotidie imponeret, cuius poſteà hortatu in illius locum etiam quotidiè obiret recitationem Roſarij compoſitam ſexaginta tribus Aue

 Ma-

Digitized by Google

Maria,& ſeptem Pater noſter, quam pietatis ordinationem factus religioſus Ordinis S. Franciſci renidenti animo accepit, quæ deuotio poſtquam innotuit per totum pœnè Orbem à pluribus ſæculis acceptata eſt,& obſeruata. Alij deuotionem hanc B. Dominico adſcribunt. Is enim primus fuit qui è cœlo accepit anno à Chriſto nato 1213. tribus circiter annis ante erectionem ſui Ordinis hunc orandi modum; ſaltem quoad determinatum numerum, qui conſtat xv. Decadum ſalutationis B. M. Virginis ſingulis addito vnum Pater noſter, quæ ſententia fundatur in Hiſtoria & Bullis diuerſorum Pontificum, & nominatim Pij V. & Gregorij XIII. Alij denique tribuunt Venerabili Petro Eremitæ primo auctori militiæ Crucigerorum Belli ſacri, contra infeſtiſſimum Chriſtiani nominis hoſtem, ſub annum Chriſti M.XC. qui tum ſanctitate floruit, probanteque Sede Apoſtolicâ, pro commoditate eorum dare ſolitus erat coronam aut roſarium paruulorum granorum filo inſertorum.

Vide R. P. Poirè in Triplici corona, Societatis Iesv.

Vide R. P. Petrum de Oultreman, Societatis Iesv in Hiſt. Petri Erem.

Silentiò inuolui non debet deuotio Officij Beatæ Mariæ Virginis, quod probante Eccleſia Catholica ab illius cultoribus certis diebus legitur, cuius auctor fuit Petrus Damianus Monachus, qui iam à 600. & ampliùs annis annuente S. Pontifice, non ſolùm in Miniſterijs Eccleſiæ Occidentalis, ſed & Laicis vtriuſque ſexus in vſum deduxit, ſub annum Chriſti 1056. conceſſis etiam à S. Sede magnis Indulgentijs.

Modò venio ad obiectiones Hæreticorum, pietatem hanc Catholicorum eleuare ſatagentium. Dicunt enim imprimis rem eſſe & ſuperſtitionis plenam, & inutilem; Illam, quia repetitio iſta ſalutationis ſiue orationis ſcripturæ ſacræ non eſt conſentanea: quod negamus; qui ſcimus repetitionem illam non eſſe aliud, quàm orationis ſanctæ continuationem: vnde Chriſtum Dominum *paſſioni proximum*, eandem *ſuam orationem ter repetiſſe* in horto conſtat; & ante illum legitur de Daniele, Eliſeo, Dauide, alijſque. Multò magis hanc Angeli precationem & ſalutationem centies repetere nos decet. Quo verò ad id quod dicunt inutilem, id eſt, non neceſſariam, etiam ex putida illorum officina prodit, cùm præcipuos orationis fructus tollant, vt latè oſtendit Eminentiſſ. Card. Bellarminus, Tom.3. Contro. cap.3. de Bon. Oper. in partic. præterquam quod omnis antiquitas ſtet à nobis, adeoque vſus naſcentis Eccleſiæ, quo æuo Chriſtiani à Fratribus ſignum Dominicum accipiebant, ſignum inquam Crucis in Domorum ſcilicet ingreſſibus, parietibus, poſtibus, feneſtris, & columnis depingebant: Magnam enim vim in illo Crucis ſigno ponebant, & quæcumque illo notabantur auſpicatiora eſſe credebant. Vnde S. Chryſoſtomus; *Præclare*, inquit, *Crucis figuram, multæ benedictionis argumentum eſſe factam, & omnigenæ ſecuritatis murum, ſoli Catholici ſignum Crucis venerantur, & frontem illa communiunt ſubſannantibus ſolis hæreticis, qui ferre non poſſunt, vt Crucis ſigno nos muniamus, & preces noſtras illo conſignemus.*

Cæterùm, ad noſtros redeamus nugigerulos, quibus non eſt ſatis Chriſticolas, ſed ipſam etiam Chriſti Domini, à quo iudicandi ſunt, Crucem, aut certè illius vene-

nera-

nerationem è medio tollere: inter quos velut ante ſignanus fuit Claudius Tauriuenſis, qui vixit circa annum Domini 800. ſub quod tempus exorti ſunt in Oriente, vt auctor mihi eſt R. P. Iacobus Gretſerus Societatis IESV, alij eiuſdem impietatis patroni, Pauliciani dicti, hos exceperunt VViclephiſtæ, quorum locum ſuperiori ſæculo Lutherus, Caluinus, & præſertim impius auctor libri qui dicitur Apiarium ſeu Aluearium, vbi refertur Lutherum dicere ſolitum, ſi quæ Crucis particula in ſua poteſtate fuiſſet, eò illam proiecturum fuiſſe, quò nemini hominum vnquam pateret acceſſus. *Lib. 1. de ſancta Cruce cap. 50.*

Sed paucis videamus quibus ac præcipuis argumentis iſti deterrimi, Crucis inimici, crucem eiuſque honorem oppugnent, quibuſque ſolutionibus illa eleuet idem Eruditiſſimus R. P. Gretſerus, ſed paucis & per tranſennam. Imprimis iſtud obijciunt: *Crux attulit Chriſto dolorem & ignominiam, videtur igitur potiùs deteſtanda, quàm colenda ab ijs qui Chriſti amore tanguntur.*

Sed hoc facile repellitur. Nam ſi Crux Domino tantam peperiſſet infamiam, ignominiam, & cruciatum, meritò à nobis reijceretur, nulloque in prætio haberetur. Verùm, quia Chriſto attulit quoque gloriam & honorem, & exaltationem nominis in vniuerſo orbe, iure optimo à nobis magni fit, & debito cultu afficitur. Hoc ipſum indicauit Apoſtolus cum grauiſſimis verbis de Cruce, & Chriſti in Cruce obitu ità ſcribit: *Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen.*

Aliud argumentum eſt: *Non modò,* inquiunt, *ſtultus ſed & ingratus iudicaretur filius, qui amaret & coleret patibulum, in quo parens eius fuiſſet ſuſpenſus. Ingrati igitur ſunt qui colunt Crucem, quæ fuit inſtrumentum cruciatus & mortis Domini.* Reſpondetur: Filius qui coleret lignum in quo parens, non ſuâ culpâ, ſed per alienam crudelitatem ſuſpenſus fuiſſet, & in ea obijſſet, is potiùs cenſendus eſſet pius, quàm impius, præſertim ſi ad lignum illud ex innocentis morte, maxima gloria perueniſſet, virtutemque res ſupra naturam efficiendi accepiſſet.

Quot ſint autem effectus admirandi & ſuſpiciendi referre, magnum volumen impleret. Vnde cùm ſcirent priſci mortales magnam ineſſe vim Cruci ipſis frontibus animalium ſignum Crucis inurebant. Hinc de certo Opilione legitur, qui apud ſodalem ſuum querebatur, quòd dira lues frequenter gregem ſuum corriperet, ipſius verò nunquam, reſpondit apud Seuerum antiquum Poëtam ſic concinentem: —— *Dic agè,*

Quis te ſurripuit cladibus his ô Deus, Vt peſtis pecudum quæ populata ſit *Vide M. S. pag. 436.*
Vicinos, tibi nulla ſit? Reſpondet alter: *Signum quod perhibent eſſe Crucis Dei,*
Magnus qui colitur ſolus in Vrbibus, Chriſtus, perpetui gloria Numinis
Cuius filius vnicus: Hoc ſignum medijs frontibus additum
Cunctarum pecudum, & certa ſalus fuit; Sic verò Deus hoc nomine præpotens
Saluator vocitatus eſt, Fugit continuò ſæua lues gregis
Morbis nil licuit.

Plures alios S. Crucis effectus, ſcilicet in in morbis curandis, Dæmonibus pel-
lendis, cæcis illuminandis, ſerpentibus fugandis, flammis, incendijſque arcendis,
Lib. 3. ex Auguſtino, Gregorio Nyſſeno, producit idem R. P. Iacobus Gretſerus in dicto
cap. 28. ſuo ſingulari opere de S. Cruce. Pluribus non inſiſtam. Satis fuit obiter oſten-
diſſe Crucis maſtyges hallucinari, dum Chriſtianorum ritus faſtidiunt, & contem-
nunt. Enimuerò, conſtat tempore Tertulliani qui vixit ſub initium ſecundi à Chri-
In Apolog. ſto ſæculi, Chriſtianos omnes *Religioſos Crucis* vocitatos eſſe. Quippè quod inter
alias corporis partes frontem ſignaculo Crucis munirent. Hinc D. Chryſoſtomus:
In Pſ. 12. *Omnes*, inquit, *Crucem in fronte circumferimus, non erubeſcentes, ſed ea velut eximio ornatu
glorianter, Deumque laudantes.*

Denique, quanti fecerit Conſtantinus ille verè magnus Princeps Crucis ſig-
num, indè collige, quod in Nummis, & imaginibus ſuis inſcribi & figurari vellet,
a Lib. 1. teſte Sozom. a & Eutrop. b Nicephor. c Arcadius quoque Imperator auream mo-
cap. 8. netam cum ſigno Crucis fieri mandauit, eamque monetam in vſu fuiſſe totius or-
b. Lib. 11. bis, maximè Aſiæ, auctor eſt Proſper. Aquitanus de Promiſſion. & prædict. Con-
c Lib. 7. cludamus monito S. Hieronymi: *Crebrò ſignaculo Chriſti munias frontem, nè extermi-*
cap. 46. *nator Ægypti in te locum inueniat.* Et ad Euſtochium, inquit: *Ad omnem actum, & ad*
Lib. 3. *omnem inceſſum manus pingat frontem.* Et S. Auguſt. *Nullo modo vlli ſpiritus audent hoc*
cap 34. *ſignum contemnere: Contremiſcunt hac vbicumque illa proſpexerint.*
Epiſt. 8.
Lib 83. Diuerticulo iam noſter ſtylus vtatur, & de Adoptionibus quædam proponat,
quaeſt. 79. quæ vt non omnibus obuia, ità nec iniucunda lectu.

CAPVT XLV.

De varijs Adoptionibus, & de ijs quæ per capillos fiebant.

AFfectum agnationis magnum omni æuo fuiſſe hinc colligere eſt, quod iure
quodam ſanguinis, bona eorum qui orbi erant liberis, in proximum quem-
Zaſ. tit. 8. que deferrent, idque per Adoptionem. Quæ Adoptio nihil aliud erat, quàm
vol. 1. actus legitimus per quem qui filius non eſt, pro filio habeatur. Duobus autem mo-
nu. 14. dis fiebat adoptio, Populi, vel Principis auctoritate, ſeu Magiſtratus Imperio: ſed
& Teſtamento rectè quis adoptabatur, quod diſce ex Velleo Paterculo: *Cæſaris*
Lib. 2. *teſtamentum apertum eſt, quo G. Octauium adoptabat.* Adde Eutropium: *Vindicaturus*
Lib. 7. *patris ſui mortem, à quo per Teſtamentum fuerat adoptatus.* Sueto. *Teſtamento adoptatus,*
hæreditate adita mox nomine abſtinuit. Cicero: *Qui Craſſi Teſtamento fuit adop-*
In Tiber. *tatus.*

In Bruto. Vnde tales adoptati non ſolum in rebus priuatis, ſed & in regnis, & cæteris re-
galibus dignitatibus, etiam cum alijs naturalibus, & legitimis ſuccedebant. Id
enim obſeruatum eſt in Iugurtha, qui per adoptionem Micipſæ Numidarum Re-
gis ſucceſſit in Regno cum Adherbale, & filijs Hiemſale naturalibus & legitimis,
& id

Digitized by Google

& id quidem indicio ipſius Micipſæ & S. P. Q. R. vti ſcribit Saluſtius. Sic & Tiberius Auguſto ſucceſſit Nero, Claudio Traianus, Neruæ Antoninus Pius Adriano, & ipſi Antonino, alius Antoninus Philoſophus, vt à ſcriptoribus vitæ Imp. traditum eſt, atque iſti erant apud Romanos adoptandi modi. *Bello Iugurthino.*

Poſteriori tamen æuo, viguit conſuetudo adoptandi per exhibitionem capillorum. Ità Conſtantinus Pogonatus Imper. capillos Iuſtiniani, & Heraclij filiorum ad Benedictum II. Papam magna cum animi demiſſione miſit, qui cum Clero non ſine eximia ſolemnitate illos ſuſcepit: quod quidem factum eſt, inquit Baronius, à pio Imper. vt ſcirent filij ſui ſe Romanum Pontificem peculiarem habere parentem, cuius monitis impenſiùs parere deberent, eumque vt patrem diligere ac reuereri. Simile quoddam narrat Paulus Diaconus, de Pipino filio Caroli Principis Francorum ad Luitprandum miſſo, vt eius iuxta morem, capillum ſuſciperet, qui, inquit, eius cæſariem incidens, ei pater effectus eſt. Hæc de Adoptione per inciſionem capillorum. *An. Christi 684.*

Cæterùm, an ignobilis fiat nobilis, ſi adoptetur à Nobili, vel è contrà & an ſuccedat in feudo, conſulat Lector ſi volet Cuiacium,[a] Tiraquel.[b] alioſque qui præ me hac de re ſcripſere.

a *Conſ. 56.*
b *De Iure primogen.*

CAPVT XLVI.

Hebræi in Nouilunio feſta celebrabant, & quare? Explicatio verſ. **Dauidis: Buccinate in Neomenia tuba.** ***Gentiles Lunam colebant. De feſto Tubarum.*** *Lxx.*

ANimaduerto apud Hebræos, quo die Menſis incipiebat feſta celebraſſe: qui ritus ſatis declaratur per Pſalmographum Dauidem, dum vult primo die menſis populum, ac potiùs Leuitas non ſolùm voce, verumetiam muſicis inſtrumentis Deum coli. *Buccinate*, inquit, *in Neomenia tuba, in inſigni die ſolemnitatis veſtræ*, nempè in Nouilunio menſis ſeptimi. Siquidem νεομηνία, quaſi noua Luna, quia in Nouilunijs Hebræij incipiebant menſes, & feſta celebrabant, inquit Card. Bellarminus. Dicitur enim νεομηνία, quaſi νεος μὴν: nouus Menſis, aut noua Luna, & eo die per fora, compita, ſed maximè in templo, non ſolum aſsâ voce, verùmetiam adhibitis muſicis inſtrumentis lætabundi canebant. *Pſal. 80.*

Quærunt autem ſacri Interpretes, cur conceſſum fuerit à Deo Iudæis, vt Neomeniæ celebritatem, ſeu nouæ lunæ diem ſacrum colendum ſuſciperent: & non potiùs in plenilunio lætitiæ ſigna ederent? Reſpondent, ità genti peccatrici ex vna parte indultam fuiſſe aliquam cum Gentilibus affinitatem, qui Solem, & Lunam venerabantur, ac idola, ad quæ mirum in modum proni erant Iudæi: ex alia parte, voluiſſe Deũ, vt in ipſo Lunæ defectu id facerent, ne ſe in Plenilunio, quemadmodum Gentiliũ mos erat, celebritatem inſtituerent, viderentur

non

Digitized by Google

non vero Deo, ſed Lunæ ſacrificare, cùm virtus illius maximè viget. Sed aliæ quoque fuerunt rationes feſti Neomeniæ, quam celebriorem eſſe voluit Iudæorum Legiſlator, vt primitias offerrent Deo, non rerum dumtaxat è terra naſcentium, ſed temporis etiam. Eſt enim Nouilunium, vt temporis præteriti clauſula; ità
Orat. 1. in ſua luna myſt. ad initis noui. Vndè ab Horatio, vt litterati quidam volunt. *Neomenia Hebræorum* vocantur *triceſima Sabbatha*: quoniam triceſimo quoque ferè die ad finem menſis tranſacti, & exordium ſequentis recurrebant, cuius ſolutionis, ſeu interpretationis auctor eſt R. P. Sandæus è Soc IESV Doctor Theologus, qui inſuper ex Phi-
Lib. 5. c. 9. lone notat. *Neomeniam* indici ſolitam per tibicinem: nimirum cornea tuba, vt admonet Genebrardus ſupra templi pinnam, ſiue tectum, quod *παςφόριον* appellat Ioſephus, alioqui ſuper holocauſtis, & pacificis victimis canebatur tubis argenteis ductilibus, vt habetur Nu. 10. verſ. 2.

Cæterùm, eo quoque die, in quo ſimul eſſent Kalendæ & feſtum tubarum, id eſt, in Neomeniâ Septembris, qui erat dies ſolemnior, & menſis tubæ Hebræis di-
Num. 29. ctus *Tiſri*, ex vſu illorum non licebat eis nè quidem ſacrificare, multù minùs ſeruile opus facere, non canebant argenteis tubis, ſed tantùm corneis. Dictus eſt autem menſis ille September *dies Tubæ*, quoniam in eo celebrabatur feſtum tubarum in memoriam legis acceptæ, præter expiationis feſtum, & ſcænopegiæ, ſeu tabernaculorum, & collectæ, ſeu octauæ eorundem, vt præclarè annotat idem R. P. Sandæus, cui lubentiùs addo Eminentiſſimum Cardinalem Bellarminum, cuius cùm fruar eius ſcriptis in Pſalmos mihi ab ipſo dono Romæ datis Anno à Chriſto natio 1611. incidi in explicationem vnius Pſalmi cuius verſiculus cùm ſit obſcurus, illum enodare breuiter conabor.

CAPVT XLVII.

Explicatur verſus Dauidis: Homines & iumenta ſaluabis Domine. *Quæſitum, cur ante diluuium homines longioris vitæ fuerint?*

ADhæreſcit nonnullorum animus in illo Regij Pſalmographi verſiculo, dum deſcribendo cogitationes, & facta impiorum, parte ex altera clementiam, ac miſericordiam Dei, laudibus proſequitur: *Homines & iumenta*, inquit, *ſaluabis Domine*. Opinionum diuerſitatem referam, ſeligat Lector quam volet: alij ſic intelligunt, benignum Deum homines & beſtias incredibili bonitate ſuſtentare, & omni animantium generi ſpiritum vitamque largiri, ac continua generatione hominum, & beſtiarum omnium ſpecies conſeruare. Alij, vt poſt Hieronymum Eminentiſſimus Card. Bellarminus, Prophetam ibi oſtendere, miſericordiam Dei eſſe maximam, cùm homines & iumenta conſeruet, nutriat, repleatque huius vitæ bonis, non ſolùm homines, id eſt, eos, qui ratione vtuntur; ſed etiam iumenta, id eſt, eos qui inſtar iumentorum plerumque ſine labore, ſolo ſenſu, & appetitu vitam

vitam traducant. Alij denique miſericordiam Dei referri ad Arcam Noë, in qua octo tantum homines, id eſt, ipſam Noë familiam, iumentaque, ſcilicet animalium omne genus humani generis amator Deus ſaluauit, ſeruauitque. Itaque pro ſuo quiſque genio ſumat quam volet opinionem.

Modo lubet Diluuij mentione ad aliā tranſilire quæſtiunculam, cur ſcilicet ante illud fuerint homines longioris vitæ, quam noſtro æuo. Placet ſententia exiſtimantium id eueniſſe ratione victus tunc temporis moderatiſſimi, & alimenti longè præſtantioris, cui à Diluuio multum acceſſit prauitatis: quoniam dilutiora euaſerunt omnia, terra ex Oceani ſalſedine vberi fertilitate corrupta. Suppetebat porrò Principibus illis viris omnifaria herbarum, fructuum, lapidumque ſcientia; quibus produci vita in immenſum ſalutari temperamento ac inenarrabili ope tunc potuiſſet. Aderat etiam tunc clementior, benigniorque ſyderum aſpectus, quem motus rotata vertigo annorum ſeire numeroſa demutauit, cuius rei etiam meminit Cæl. Rhodiginus lib. 20. antiq lectio. cap. 2. Tranſiliamus iam ad alia.

CAPVT XLVIII.

De vſu Campanarum: & quî ad diuina Chriſtiani in exordio ſurgentis religionis conuocarentur: deque benedictione Campanarum, quid de Panibus, quos Eulogios *vocabant? denique de Amuletis, ſiue Agnus Dei.*

Oſtendimus alias priſco æuo, nullum fuiſſe vſum Campanarum. Si nullus illa- *Cent. 1.*
rum vſus, quomodo ergò Chriſtiani naſcentis Eccleſiæ ad Sacrificia, & Con- *cap. 27.*
ciones aduocabantur? Si credimus Eminentiſſimo Cardinali Baronio ſcribenti hac de re, deſignatos fuiſſe aliquos, quibus id muneris incumbebat, vt vnumquemque Catholicorum ad certam horam à Præſule conſtitutam accerſeret, qua hora ſa- *Ann. Chr.*
cris operandum eſſet. De hoc *Monitoris* officio mentionem facit S Ignatius, qui *165.*
deſijt eſſe in humanis ſub annum Chriſti 93. eumque vocari ſolitum *Curſorem*, qui plerumque ex Diaconis aſſumebatur, vti patet ex illius epiſtola ad S. Policarpum, ex qua pateſcit Diacono inter alia illud impoſitū fuiſſe onus, vt attēderet diligēter ad ſacram communionem, & non committeret, quin nominatim conuocaret Chriſtianos ad Eccleſiam, quanquam præ cæteris curæ id erat Epiſcopalis, vti videre eſt in eadem Epiſt. 13. Vndè idem S. Ignatius ſcribendo eidem S. Policarpo, ſic ei præ- *Epiſt. 13.*
ſcribit: *Vide vt ſæpius Chriſtiani cœtus ſuos celebrent, & ſigillatim diſquirantur.*

Verùm, vbi cœpit ſæuitia in Chriſtianos deferuēre, inductus fuit vſus (æuo quidē S. Anaſtaſij martyris circa annum Chriſti 610.) lignorum ſtrepitum excitantium, conuocandis populis aptorum: quæ ligna inter ſacra habebantur, & quidem ſimilia quibus vtimur vltimis diebus maioris hebdomadæ, in qua maximè recolitur amariſſima Chriſti paſſio: cuius conſuetudinis eminēre Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.

a *Annal. tom. 10. ann. Chr. 865.* b *Lib. 4. Hiſtor. c. 23.* c *Cap 131.* d *Cap 14.*

Verùm poſtea, id eſt, ſub annum Chriſti 816. campanarum vſus inoleuit, cæpitque primum apud Græcos, quibus tranſmiſſæ fuere à Duce Venetiarum Vrſo Patriciaco, Michaëli Imper. tum ibi regnanti, campanæ, vt refert Eminentiſſimus Cardinalis Baronius a, atque ità fluentibus annis promanauit vſus iſte ad exteras gẽtes, vt de Angliâ teſtatur Ven. Beda b, & de citeriore Germania Concil. Aquiſgranen. c & Colonien. d

Lib. 1. c. 4. Rational. *Tom. 10. Annal.* *1. Timot. c. 4.*

Nec ſolùm eo fine inductus fuit vſus iſte campanarum, vt per eas ad diuina conuocaretur populus, verumetiam vt terrerent Dæmones, ſi quando ingrueret fulgur, aut tempeſtas. Succeſſerunt enim in locum tubarum dicto iam fine à Deo ordinatarum, vt Num 10. quemadmodum notat Durandus, qui quoque refert formulam benedicendi campanas, qua etiamnum vtitur Eccleſia Catholica iam à pluribus ſæculis, quam Benedictionis Campanarum formulam habes in Paſtorali Leodienſi, qua vtuntur Prælati, vel Paſtores Leodienſes iam à pluribus ſæculis, nè quis fortè Hæreticus tenebrio exiſtimet nouum eſſe inuentum, cum iam à mille ferè annis vſus iſte fuerit receptus, vti Ioannis XIII. Papæ exemplo probat idem Illuſtriſſ. Baron. qui ſub ann. Chr. 968 ſcribit primariam Eccleſiæ Lateranen. campanam miræ magnitudinis ſacris iſtis ritibus Deo cõſecrauiſſe, eique Ioannis Baptiſtæ nomen impoſuiſſe. Qui quidem ſacer ritus, inquit, in Eccleſia ſemper perſeuerauit, & eo modo Deo primum impoſito eis certo alicuius Sancti nomine dicabantur, quod teſtantur veteres Codices Rituales, licet errore vulgi baptizari dicantur, quod ſicut in baptiſmo nomen imponitur baptizato, ità in ea conſecratione nomẽ campanæ datur: idque eo fine, vt diſtingui poſſet à cæteris, ſiue quod magis conduceret ad pietatem, ſi voce Sancti alicuius diceretur populus ad Eccleſiam conuocari; cum alioqui nihil commune cum Sacramento Baptiſmatis habeant Ceremoniæ illæ, ſed magis cum alijs ſacrorum vaſorum, & elementorum benedictionibus in Eccleſia Sancta Catholica antiquo vſu receptis. Nam teſtimonio Apoſtoli: *Omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur, ſanctificatur enim per verbum Dei, & orationem.* Plura ad hanc rem videantur apud Binsfeldium ſuffrag. creaturæ Tract. de Conf. Maleficorum pag. 341.

a *Lib. de S. Spirit.* b *Catech. 3.* c *Cõſtit. 35. Epiſt. 34. 35. & 36.* *Can. 34.*

Ita ſanctificatur Aqua luſtralis, de qua S. Baſilius a, S. Cyrillus b Hieroſol. S. Clemens c, Oleum ſacrum, Cereus etiam Paſchalis, nec non Panes quos Græci Eulogias vocabant, qui dabantur in ſymbolum mutuæ amicitiæ: de quibus S. Auguſtinus, qui etiam ſcribit hos panes ſacros, & benedictos Catechumenis dari ſolitos; qui cum communicare non poterant, aut diſpoſiti non erant, poſt Miſſarum ſolemnia Eulogias omni die Dominico, & in diebus Feſtis benedictas à Presbyteris accipiebant, & iſtas Eulogias ab Hæreticis accipere nefas erat, vt conſtat Concilio Laodicæno.

Cerei deniquè orbiculares imagine Agni inſigniti olim, vt iam, ſub tempus Paſchæ benedicebantur per Summum Pontificem: ſolemnique ac antiquiſſimo ritu diſtribuit primum Cardinalibus & Epiſcopis, alijs præterea qui ad pedis oſculum prouoluuntur: de quo pedum oſculo mox ſcribam.

Quod

Quod autem Romana Eccleſia per multas iam annorum Centurias iſtos cereos agnos conſecrârit, quantæque ſint efficaciæ egregiè docet Molanus S. Theologiæ Louanij q. Profeſſor egregius,) Orat. ſingulari de Agnis Dei) vt & magnus ille Cardinalis Baronius , vbi , inquit, cum Gentiles Bullas ſuis infantibus ad auertendas faſcinationes, quæ, teſte Varrone, frequentes erant, re turpicula conſignatas, collo appenderent, eas vt primi Chriſtiani tandem abolerent, placuit ſuperſtitione in religionem mutata, ex ſacris cereis (quæ ex cereo Paſchali balſamo admixtæ, & ſacro chriſmate delibutæ, ac benedictione ſanctificatæ) bullas confici , quas Agni Chriſtum præ ſe ferentis imaginem inſignitas geniti in Chriſto geſtarent. Qui ritus ad noſtra vſque tempora permanſit, vt nedum infantes, ſed vtriuſque ſexus fideles piè ſalubriterque cereos illos geſtent propter ſingulares iſtius ceræ per Romanum Pontificem benedictæ, formam Agni Dei præferentis, virtutes, & effectus, qui in his potiſſimum conſiſtunt, vt maleficia, grandinum fragor, procella turbinum, incendiorum pericula, impetus tempeſtatum, ventorum rabies, infeſta tonitrua temperentur, & denique veneficarum intoxicationes, malignique ſpiritus per illas abigantur: liberenturque illos geſtantes à ſubita morte: tantique eſt minima particula atque integra tota. *Tract. de Canonicis.*

CAPVT XLIX.

De oſculandi pedes SS. Pontificum. An ſit nouum inuentum? & varia de oſculis: quæ ſymbola ſunt amoris. Imperatores ac Principes Epiſcopis occurrentes pio ritu deferebant his oſcula.

AVdio nonnullos indignari, & ſtomachari præſertim Nouatores, de S. Pontificis Rom. pedis oſculo paullò antè memorato. Sed audiant iſti multis retrò ſæculis morem hunc inualuiſſe in Eccleſia Romana, etiamſi is ab Ethnicis defluxiſſe videatur. Nam ecce de Othone Imper. in eius vita. Suetonius: *Multi præſentium manus ac pedes eius exoſculati.* Et apud Iudæos, *Apprehendit pedes eius*, id eſt adorauit. Sed quid de his ſentiat Polydorus Vergilius audiamus. *Quandoque expedit*, inquit, *ad alliciendum hominum animos ad veram Religionem, quod apud Ethnicos honori antea fuerat, id non tollatur penitùs, ſed ſanctiore inſtituto ad conſimilem adhibeatur cultum.* *Reg. 4.* *De inuent. rer. 4. c. 13.*

Vndè cum apud Apuleium legamus de oſculo in Deorum cultu: *Exoſculatis veſtigijs Deæ, quæ gradibus hærebat argento formata ad ſuos deſcendunt lares:* non herclè mirum, ſi ritus ille religioſè, & veterter ad apicem dignitatum translatus ſit. Ita Sacerdotibus Romanis, teſte Plutarcho, pedes oſculabantur. Quin & alijs ſummis Viris id genus honoris habebatur: cuius rei teſtis eſt Seneca, ſcribens Caium Cæſarē porrexiſſe ad oſculandum ſiniſtrum pedem Pompeio Læto, vt ita oſtenderet ſocculum auratum, margaritiſque diſtinctum. *In Aſin.*

Quid ergo piaculi ſi is honos S. Pontifici quo nihil in Orbe maius deferatur, qui antè Chriſtianiſmum Principibus Ethnicis tribuebatur? Sanctus quidem Thomas adſtruit obſeruantiā, qua dignitate excellētes proſequimur, ſi publico fūgātur mu- *Quaſt. 20.*

nere, non ad eorum, ſed Dei, & Reipub. honorem pertinere. Itaque honor iſte Pōtifici delatus, non illi, ſed Chriſto, cuius Vicarius eſt, exhibetur. Quocirca, & crucē gerit, vt Crucifixo, non ſibi honorem dari teſtatur. Principibus ſæculi id olim permiſſum in ſignum venerationis, vt iam oſtendimus. & ex Pomponio Læto conſtat Imperatores Romanorum non illaudabili illorum more, *manus exoſculandas Nobilibus præbuiſſe poſt ſuis manibus ſubleuabant ad oris oſculum, vulgus autē genua exoſculabundus.* Apuleius: *Pontianus pedes noſtros adluolutus flens, & manus noſtras oſculabundus.* De Maximino Imper. Capitolinus: *In ſalutationibus & manum porrigebat, & genua ſibi oſculari patiebatur, nonnunquam etiam & pedes.* Imo Diocletianus edicto ſanxit, vti omnes ſine generis diſcrimine proſtrati *pedes ſibi exoſcularentur*, quibus etiam venerationem adhibuit, exornās calceamenta auro, gemmis, & margaritis, quod feciſſe antea dixi Caium Caligulam. Itaque quid mirum ſi is honos ſummo veræ Religionis Antiſtiti deferatur? quid inquam mirum ſi Vicarius Chriſti adeuntes ſe ad ſacra pedum oſcula admittat, cæteris vero Præſulibus dextra manus auerſa adeuntibus religiosè oſculanda porrigat? quod quidem vel ab Ethnicis ſumptum concedimus, ſed ſine

Lib. Hiſt. Nat. 11. iam dicto. Plinius enim ſcribit religionem aliquam eſſe in dextera, quæ in fide porrigitur, & oſculis auerſa appetitur. Teſtatur idem Apuleius, vbi cum de Propheta

Lib. 2. de Aſino. Ægyptio meminit: *Et cum dicto*, inquit, *iuuenem quempiam linteis amiculis intectum, pedeſque palmeis baxeis indutum aduſque deraſo capite, producit in medium, cuius diu manus deoſculatus.* Meliores tamen Principes aliter: nam in Traiano Plinius: *Non tu ciuium amplexus ad pedes tuos deprimis, nec oſculum manu reddis.*

Haud quaquam igitur nouum inſtitutum dicendum eſt, vt volunt Hæretici, ſi

Anno Chriſti 393. Romani Pontificis ſacros modo pedes exoſculari videmus. Nam & S. Hieron. ſcribit ſuo tempore Epiſt. 61. ad Pammachium antiquum fuiſſe morem oſculandi pedes Epiſcoporum, vt nemo vnus adeò iraſcetur, cum videt orthodoxos oſculari pedes S. Præſulis, præſertim cum de Eccleſia Catholica vaticinatus ſit Iſaias: *Erunt*, in-

Ediſt. 42. quit, *Reginæ nutrices tuæ, & Reges veſtigia pedum tuorum lambent.* D. Auguſt. *Videbitis Imperij*, inquit, *nobiliſſimum culmen ad ſepulcrum Piſcatoris Petri ſubmiſſo diademate ſupplicare.*

Epiſt. 99. Et rurſum D. Hieronymus ſcribit de ſe: *Oſculabantur*, inquit, *mihi manus quidam, & ore vipereo detrahebant.*

Itaque, haud dubium eſt qui tempore naſcentis Eccleſiæ vſitatus iſte mos fuerit, vt venerarentur deuotionis oſculo pedes Antiſtitis Romani, qui quidem ritus ad noſtra vſque tempora perdurauit, vti videre eſt apud Cardinalem Baronium in Annal. qui Anno Chriſti 216. 294. 393. 512. & 847. ſcribit in *Electione Leonis Papæ IV. ad le-*

Anno 1644. 15. Sep. Anno 1655. *cti pedum oſcula (morem antiquum*, inquit Baronius, *obſeruantes) omnes proceſſiſſe.* Quod item in nouiſſima Innocentij X. Papæ coronatione à S. R. E. Cardinalibus factitum fuit. Epiſcopi verò, adeuntes manum auerſam Pontificis oſculo venerantur, & quidem eodem antiquo ritu.

Sic etiam Imperatores, ac Principes eodem primitiuæ Eccleſiæ tempore Epiſcopis occurrentes ſuauiari ſolitos, vtpote venerationis & amoris argumentum ſatis

con-

Digitized by Google

conſtat. Sed firmemus hoc Caroli Magni Regis Galliæ & Imperatoris exemplo quod profert R.P. Iacobus Lobbetius Societatis IESV verbis his: Eccleſiæ clauum regebat Hadrianus Pontifex; Imperij verò gubernacula Carolus Magnus: hic vt Romam venit, vt de Eccleſiaſtica libertate, de Sede Petri quàm optimè meritus, ità exceptus eſt quàm magnificentiſſimè. Obuiam iuère militum turmæ, equitum robur, & Romanæ nobilitatis decus omne. Ipſe Pontifex Clero honorato ſeptus, in ſummis gradibus Eccleſiæ D. Petri conſedit; primulo in atrio ſuperbis operibus exornato Vt Rex Carolus venit lectis Regni Principibus, & armato milite comitatus, ſic ad eum locum acceſſit, quaſi ad Solium ipſius diuinitatis, Numenque auguſtiſſimum adire videretur. Primùm enim illuſtri animi demiſſione ſeſe pronum in terras proſtrauit, tum ad ſingulos gradus pedetentim adrepens eos humaniſſimè oſculatus eſt; tum vbi ad opperientem ſe Hadrianum Pontificem aduenit, demiſit ad pedum oſcula, tum denique in paternum eius ſinum præſidiumque D. Petri, ſe, liberos ſuos & florentiſſimi regni fortunam coniecit. *Speculo Eccleſiaſt. pag. 144.*

Hæc ſanè Magni Cæſaris ſumma demiſſio, cunctis admiranda & ſuſpicienda; cuius vſus tempore naſcentis, vt diximus, Eccleſiæ etiam frequentiſſimus, ad noſtra vſque tempora perdurauit, vt mihi auctor eſt Card. Baronius in Annal. Anno Christi 393. 512. & 847. qui ſanè mos non poteſt dici non laudatus, cùm ſit oſculum quoddam amoris ſymbolum, & impenſæ charitatis, vt ſcitè notat R.P. Lobbetius Societatis IESV, ex quo factum, vt apud Græcos, & nominatim Xenophontem vox φιλεῖσθαι, & amare, & oſculari ſignificaret; nimirū amor qui in cordis regia, & arcano reſidet, ac latet, ſubit quodammodo in os, & per illud tāquā per oſtiū animi elabitur. *In Euag. Quadrag.*

Nec intereſt quod iſtæ pedum oſculationes videantur repugnare demiſſioni animi, quam profiteri, & præferre debent ſacra illa Eccleſiæ lumina. Quod enim maius humilitatis argumentum, quam quod ipſemet Summus Pontifex, & plerique purpurei Antiſtites, illius imitatione, quotannis pedes pauperum die Cœnæ Domini lauat, & oſculatur, dato inſuper ipſis lautiſſimo congiario. Vnus Gregorius Magnus Pontifex ſit inſtar omnium, qui quotidiè peregrinos ad menſam adhibebat teſte eius hiſtoria.

Cæterum, longè alia fuit oſculatio Regum, & Imperatorum (de quibus antè) quam Summi Præſulis Vicarij Chriſti: Nam illi quaſi ipſi Dij eſſent, cultum hunc ſibi dari permittebant, vt prima parte oſtendimus Cap. XXXI. Iſti autem minimè, nam vltra iſtam honoris, & debitæ tantæ reuerentiæ notam nil prorſus admittunt. Quare quæ Regibus, & Pōtificibus exhibetur προσκύνησις, non niſi ciuilis eſt ἀσπασμὸς ſalutatio. Chriſtus ecce Dominus, Sacerdos, Summuſque Pontifex, ac verum humilitatis exemplar, non illubenter tulit ſibi à muliere, quæ erat in Ciuitate peccatrix, pedes ſuos tangere & oſculari, quod & apud Hebræos in more poſitum erat: Symbolum enim amoris oſculum fuit vt diximus: *Hinc olim Chriſtiani*, teſte Auguſtino, *quorum cor vnum, vna mens, vna voluntas, poſt orationem Dominicam, & dicto Pax vobiſcum, oſculabantur ſe inuicem in oſculo ſancto, quod eſt ſignum pacis, ſi quod oſtendunt la-* *Tom. 10. Serm. inter diuerſ. 20.*

 bia,

bia, fiat in conſcientia, id eſt ſi quando labia tua ad labia fratris accedunt, cor tuum à corde illius non recedat. Hæc de oſculo S. Auguſtinus: cuius ritus ſpeciem olim ſeruabat Eccleſia Catholica, ſed ſenſim à ſæcularibus fuit ſublatus, licet illius vicem ſubierit tabella pia imagine depicta, quæ Laicis in pleriſque locis exoſculanda præberi ſolet. Vid. Baronium Anno Chriſti 54.

CAPVT L.

De Miſſa: illius Etymon. Deque Papali Miſſa, illiuſque ceremonijs. Angeli ſacrificanti aſſiſtunt: De Communione antiquorum ſub vtraque ſpecie. Etiam per calamum, ſiue fiſtulam.

SVbijt animum meum aliquando admiratio conſpectus Miſſæ Papalis, propter raras, & inuſitatas in iſta ceremonias, præſertim circa communionem, quas priuſquam aggrediar, vocis *Miſſæ* Etymologiam lubet diſquirere. Placet mihi præ cæteris opinio Cardinalis Bellarmini, Miſſam appellantis à miſſione, ſeu dimiſſione
1. Epheſ. 5. populi, quam Sacerdos in exitu Miſſæ facit. Alij notionem illius ſumptam volunt à voce Hebreâ Miſſah, id eſt, oblatio: nempè quia teſte S. Pagina, Chriſtus tradidit ſemetipſum oblationem & hoſtiam, quæ interpretatio ſua non caret venuſtate, qua nec etiam caret illa Iſidori: Miſſa dicta eſt ab emittendo: Cũ enim Sacerdos parabat ſe ad conſecrandum Corpus Domini: dicendumque eſſet Diacono poſt Euangelij lectionem: *Si quis ſit hic Catechumenus foras exeat,* mox morem gerebat Diacono, eò quod necdum erant tales perfecti in fide.

Denique, Miſſa dicta videtur, quod à Dei throno mittatur Sacrificulo Angelus, qui ei præſens adſit: à qua opinione non alienior eſt D. Chryſoſtomus, qui Angelorũ agmina tremendo huic Sacrificio aſſiſtere affirmant: *Per id tempus*, inquit ille, *& Angeli Sacerdoti aſſiſtent, & cæleſtium poteſtatum vniuerſus ordo clamores excitat, & locus Altari vicinus in illius honorem qui immolatur Angelorum choris plenus eſt.*

Nunc, ad inſtitutum: dicimus S. Præſulem conſecrare in Altari, & in Solio communicare. Diſquirenti eius rei cauſam, repoſitum mihi in Vrbe exiſtenti illud my-
In Officio Corpor. Chr. ſterio non carere. Nam per Auguſtiſſimum Altaris Sacrificium, non ſolum Chriſti Saluatoris Cœna cum Apoſtolis poſtremò celebrata, verumetiam ſacratiſſima ipſius Paſſio in Arca Crucis conſummata recolitur, vt ait poſt S. Thomam Reuerendiſſimus Dominus Angelus Roccha Auguſtinianus, Epiſcopus Tageſtenſis, ærarij Apoſtolici ſuo tempore Præfectus: Hinc factum, inquit, vt Romanus Pontifex dũ Miſſæ Sacrificium vltima illa Cœna ſine cruore per Chriſtum inſtitutum, & illud alterum cruentum poſt Cœnam præſtitum, repræſentare ſtuder, is in Altari, quaſi in illo Cœnaculo Hoſtiam conſecret, & ad Solium poſt ſolitas ceremonias, quaſi Crucem aſcendens hoſtiæ conſecratæ dimidiam partem cernuus manducet atque ita vnius Miſſæ celebratione cruentum & incruentum complectatur. Dicitur cernuus; quia olim in communicando Pontifex ſedebat, aut ſaltem quaſi ſedentis

inſtar

inſtar communicabat, Chriſtum Dominum imitando illud:

Rex ſedet in Cœnâ, Turbâ cinctus duodenâ, Se tenet in manibus, ſe cibat ipſe cibus: S.Th. q. 81.art.14.

Vti hodieque vident omnes adſtantes, non quidem ſedentem, ſed ob reuerentiam ſtantem, ac cernuum populo vniuerſo ſpectante communicare. Cæterum, vniuerſum Communionis ritũ Sumi Pontificis habes apud prædictum Reuerẽdiſſimũ Dominum Angelum Roccha: Summus Romanus Pontifex, inquit, ad Altare conſecrat, & ad Solium, quod eſt è regione Altaris, Euchariſtiæ percipit Sacramẽtum: nam conſecratione iam peracta, cæteriſque ad Miſſæ Sacrificium pertinentibus completis, fractione tandem Hoſtiæ facta, paceque Epiſcopo Cardinali aſſiſtenti, nec non duobus Cardinalibus Diacono & Subdiacono aſſiſtentibus data, Summus Pontifex aſſociatus ab iiſdem Cardinalibus, quibus pacem dedit, nec non ab alijs aſſiſtentibus non Cardinalibus, ſed Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, detecto capite ad Solium aſcendit, ibique conſiſtit, & ſtans erectus complicatis manibus, Euchariſtiæ Sacramentum exſpectat. Interim Cardinalis Diaconus, ceremonijs expletis, Hoſtiam ad ſiniſtrum Solij latus deferendam, in Patena poſitam, & ſtella quadam aurea comprehenſam, nè ipſa à vento circumferatur, Subdiacono dat Apoſtolico. Diaconus deindè Cardinalis, ceremonijs item expletis, Sanguinem in Calice aſſeruatum, & linteolo aureo coopertum ad dextrum Solij latus defert; quia dum Euchariſtia ſub vtraque ſpecie olim etiam à Laicis ſumebatur, Sanguinem Diaconus diſpenſabat. His peractis Romanus Pontifex ad ſiniſtrũ Solij latus ſeſe conuertens, & incuruus (Subdiacono Patenam tenente) integram Hoſtiæ medietatem magna quidem (vti decet) veneratione, ſumit: alteram verò medietatem in duas diuiſam partes pro Diacono, & Subdiacono ſuper Patenam relinquit. Deindè Summus Pontifex ad dextrum Solij latus ſeſe conuertens, & incuruus, magna item veneratione Sanguinis partem cum calamo aureo (Diacono calicem tenente) ſugit: reſiduum verò Sanguinis cũ Hoſtiæ particula, in Calicẽ iam demiſſa, à Diacono, & Subdiacono ſumendũ in Calice ipſo relinquit. Vbi autẽ primùm Romanus Pontifex Sacroſanctam Euchariſtiam ſumpſit, Diaconus Cardinalis, Calicem dextra, & calamum è Calice non extractum, ſiniſtra tenens, ſtanſque inclinato capite, Sumique Pontificis manũ dextram iam exoſculatus, è manibus ipſius Põtificis partẽ Hoſtiæ ſubdiuiſã ſumit; deindè Põtificis faciem exoſculatus, cũ Calice & calamo, & reſiduo Sanguinis redit ad Altare ibique ſtans ad ſiniſtrũ latus, partẽ Sanguinis cum calamo ſugit. Interim verò Subdiaconus Apoſtolicus, flexu genu corã Summo Põtifice, eius dextrã exoſculatus è manibus Pontificis reſiduũ Hoſtiæ ſumit, deindè ab eo pacis oſculũ recipit, quãuis antiquitus, vt Innocentius refert, oſculũ ab eo non reciperet: Subdiaconus namque in Sanguinis perceptione oſculũ à Diacono antiquitus aſſumebat, quia huius generis character, ſiue Subdiaconus (vt Innocentius teſtatur) inter Ordines Sacros olim non recenſebatur. Subdiaconus itaque poſt pacis oſculum ſuſceptum reuertitur ad Altare, & ipſe item ibi cũ calamo Sãguinis reſiduũ ſugit, excuſſa prius patena ſuper Calicẽ, nè ali-

Caremon. Rom.l.2. cap.14.

Sanguis pretioſiſſimus ad Solium defertur. Ritus perantiquus.

Summi Pontificis Ritus in Euchariſtia ſumenda.

Sanguis cum calamo ſumitur.

Diaconi Cardinalis & Subdiaconi Apoſtolici perceptio Euchariſtiæ.

Sanguis Diac. Card. cum calamo ſumitur.

Innocentius III. lib 6. Myſt. Miſſæ cap. 9.

Digitized by Google

Sanguis à Subdiac. Apoſt. ſumitur cum calamo.

aliqua Hoſtiæ particula in ea remaneat; particulam verò in Calicem iam in ipſa fractione Hoſtiæ demiſſam, ad Calicis labia cum calamo ante ſumptionem Sanguinis retrahit, eamque ſumit. Ambo denique, Diaconus ſcilicet, ac Subdiaconus demiſſo in Calicem vino, ſeſe purificant, & Calicem: Summus Pontifex, digitis iam & ore inter hæc facienda, purificatis, Mitrâ inſignitus, & ſedens lauat manus: deindè ab Aſſiſtentibus iiſdem quos nuper nominauimus, aſſociatus, redit ad Altare, vt Sacræ Miſſæ reliquum perficiat.

Porrò, quod altera dimidietas ſacræ Hoſtiæ in duas partes diuiſa à Cardinale Diacono, & Subdiacono præbente illis Pontifice ſumitur, quâ ſumptione inſinuatur Chriſtum Dominum poſt reſurrectionem cum Diſcipulis manducaſſe, teſte Innocentio: Nam *conueſcens præcepit eis ab Hieroſolymis nè diſcederent*, vt habetur Act. 1. aut certè ſicut particula illa in Calicem Sanguinis Domini immerſa, ſignificat illam Eccleſiæ partem, quæ naufragio huius ſæculi agitata, multis paſſionum ærumnis, & perturbationibus concutitur per Calicem enim Paſſio inſinuatur, ita & aliæ iſtæ duæ partes Hoſtiæ ſignificāt duas Eccleſiæ partes, quæ de Beatitudine ſunt ſecuræ, quarum vna igne purgatorio examinatur, aut purgatur, altera verò eſt Sanctorum, qui cum Chriſto iam in æternum regnant, ità Stephanus Durandus. Cur autē Pontifex & Miniſtri Cardinales Diaconus & Subdiaconus ſumant è Calice Sanguinē calamo, quem alij Cannā appellant, placet ratio ab eodem RmoD. Roccha allegata, nēpè vt acerbitas Paſſionis Chriſti in Miſſa Sumi Dei Sacerdotis, & ipſius Vicarij Chriſti ſpecialius repræſentetur: ſiquidē per calamum ipſi Chriſto acetum potandum fuerat in Cruce oblatum, in quo aceto felle mixto cum morte ipſa totius amaritudinis & Iudaicæ crudelitatis ſumma concluſa eſt, quanquam Ritus iſte calami ſiue fiſtulæ antiquitus, & alijs fidelibus communis fuerit: nam & talem calamum argenteum, ac etiam auratum in eundem vſum ad hæc vſque tempora in Monte Italiæ Caſſino, in Germania verò Moguntiæ aſſeruari conſtat, ac in Friſia Germaniæ parte Oceano vltra Rhenum oppoſita, vſum hunc fuiſſe Guil. Lindanus in ſua Panoplia Euangelica teſtatur his verbis: *Quia ſanguinis effuſio propter imultiorū populi ruſticitatem* (illo enim æuo adhuc retinebatur priſca communicandi ſub vtraque ſpecie conſuetudo) *meritò timebatur calicibus Canna ferruminata affabre facta inſerebatur, vndè liceret Chriſti Sanguinem ſugere, non bibere. Tales duos Calices vidimus Boltzvvardiæ Friſiorū.* Ita Lindanus, qui addit ex Carthaginenſis Cōcilij Decreto, in eundē qui dictus eſt modum, ægrotis qui præ morbi vehementia, Corpus Chriſti ſub panis ſpecie ſumere non poterāt Euchariſtiā, ſub vna vini ſpecie dari ſolitā, quod & Cōcilio Toletano 2. ſancitū erat: Nam totus Chriſtus (vt in Concilio Florētino, & Tridētino definitū fuit) continetur ſub ſpecie panis, & totus ſub ſpecie vini, & ſub qualibet eorum parte totus eſt Chriſtus. Quin etiam infantes ſub vna tantū ſpecie, nimirum inſtillādo in os eorum pauxillum Sanguinis Domini communicaſſe, ex S. Cypriano probat Cardinalis Ballarminus. Quamuis autem communio ſub vtraque ſpecie diu fuerit in vſu (vti quoque ſuprà ſcripſimus Cap. XVI.) in Conſtantienſi tamen Con-

Lib. 5 Offic. Miſſæ cap. 7.

Lib. 4. cap. 56.

Lib. 4. de Sacram. Euchar. c. 24.

Concilio, & Baſilienſi declaratum fuit Laïcos ad vtramque ſpeciem ſumendam diuino iure non teneri. Immò, ipſum Concilium ſub excommunicationis pœnâ præcepit, vt nullus Presbyter ſub vtraq; ſpecie, panis ſcilicet & vini, populo communionem ſubminiſtraret, quia etſi in primitiua Eccleſia (ait Sancta Synodus) Euchariſtiæ Sacramentum ſub vtraque ſpecie à fidelibus ſumebatur, hæc tamen conſuetudo multitudine Chriſtianorum creſcente, ſapienter ac laudabiliter è medio ſublata eſt, non ſolùm ad pericula & ſcandala, verùm etiam ad multa incommoda vitanda, quæ S. R. E. Cardinalis Bellarminus libro de Euchariſtia non minùs eruditè, quàm accuratè recenſet, & nos alibi pluſcula hac de re ſcripſimus ſuprà dicto cap. 16. Quibus addo quod olim Miſſa celebrabatur etiam poſt meridiem, id eſt à Tertia quæ nobis eſt duodecima ad Nonam vſque, quæ ex noſtra ſuppu tatione eſt Sexta, ſed eò loci ac temporis ieiunium protrahebatur ad eam vſque horam occaſumque Solis huius, vt totidem verbis refert R. P. Iacobus Lobbetius in ſuo Speculo Eccleſiaſtico.

CAPVT LI.

Flabella cur Summo Præſuli Romano celebranti adhibeantur.

SEd & S. Pontifici celebranti adſtant duo Diaconi, qui flabellis animalcula abigunt, nè quid in calicem fortè incidat, quod quidem haud nouum inuentum eſt. Nam S. Clemens ſcriptum reliquit. Epiſcopo celebrante Miſſam duos Diaconos ex vtraque parte Altaris tenere flabella ſiue muſcaria ex tenuibus membranis, aut ex pennis pauonis, aut ex linteo, vt parua animalia volitantia abigant, nè fortè in calicem incidant. S. Hieronymus interpretando myſticè munuſcula ſibi ac Paulæ, necnon Euſtochio à Marcella tranſmiſſa ait: *Quod autem & Matronis offertis muſcaria parua, paruis animalibus euentilandis, elegans ſignificatio eſt, debere luxuriam citò reſtinguere, quia muſcæ moritura oleum ſuauitatis exterminant.* S. Hildebertus Cænomanenſis Epiſcopus, vbi de flabello agit, ſic inquit: *Flabellum miſi tibi congruum ſcilicet propulſandis muſcis inſtrumentum. Eſt etiam quod in munuſculo noſtro interpretari te oporteat. Attende ergò quibus muſcis immolantes Domino Sacerdotes grauiùs infeſtentur, quibus frequenter impediantur ſalutaria Altaris officia. Mille ſunt occurſantium phantaſmata cogitationum, mille diaboli ſuggeſtiones, mille mortalium tentationes animorum.* Et paullò poſt, *Talium portenta muſcarum Patriarcha Abraham propulſanda præſignauit, cùm à Sacrificijs aues abegit incurſantes: Scriptum eſt enim, deſcenderunt volucres ſuper cadauera, & abigebat eas Abraham. Dum igitur deſtinato tibi flabello deſcendentes ſuper Sacrificia muſcas abegeris, à Sacrificantis mente ſuperuenientium incurſus tentationum, Catholicæ fidei ventilabro exturbari oportebit.*

Lib. 8. Conſtit. Apoſt. c. 12 *Ep. 20. ad Marcell.* *Epiſt. 7.*

Hæc Stephanus Durandus Senatus Toloſani primus Præſul, qui accepta illa fert ab eodem S. Hildeberto Cœnomanenſis Epiſcopo. Vnde vident Religionis noſtræ æmuli, quibus ipſi deliramentis exerrent, dum cenſent ritum illum eſſe

nouum inuentum, & ambitionem non ferendam, vt calumniantur Præſulum Romanorum.

CAPVT LII.

De Origine, & cauſa Circumciſionis apud Iudæos: an apud illos ſolos conſiſteret? & cur inuenta?

Ad Galat. lib. 1. in fine. *Geneſ. 17. 10.*

CIrcumciſionis cauſam, & originem refert S. Hieronymus proceſſiſſe ab ordinatione Diuina pro Abrahamo, & tota eius poſteritate maſcula. Quia enim ex ſemine Abrahæ, qui incircumciſus Deo credidit, Chriſtus erat oriundus, (in quo vniuerſarum gentium fuerat benedictio repromiſſa, & ab Abraham vſq; ad Chriſtum, multa erant ſæcula tranſitura) prouidens Deus, nè ſoboles dilecti Abrahæ cæteris miſceretur nationibus, & paulatim familia eius fieret incerta, gregem Iſraëliticum quodam Circumciſionis cauterio denotauit, vt viuentes inter Ægyptios, Aſſyrios, Babylonios, atque Chaldæos, hoc ſignaculo diſtinguerentur.

Epiſt. 10. ad Marcellam.

Vndè infert S. Hieronymus, per quadraginta annos quibus populus fuit in Eremo, nullum fuiſſe circumciſum, ſoli quippè, ſine alterius gentis admixtione, viuebant. Statim autem vt Iordanis ripam tranſgreſſus eſt populus, & in Paleſtinæ terram Iudæûm ſe examen infudit, Circumciſio neceſſaria futuro ex commixtione gentium prouidit errori. Hactenus ferè Hieronymus, quem miror Ægyptios inter gentes circumciſas retuliſſe, cùm ipſemet ſubijciat Circumciſionem in Ægypto exerceri ſolitam.

Lib. 1. cont. Apionem. *De Circumciſ.* *De Circumciſ.*

Quod ipſum non ſolùm probat Ioſephus, ſed etiam adſtruit Philo Iudæus, dum ſcribit, apud alias gentes, præſertim Ægyptias, Circumciſionem fuiſſe in honore habitam, vti etiam inter Circumciſionis cauſas hanc affert, vt caueretur morbus curatu difficilis, quem, inquit, vocant ***Carbunculum***, ſic appellatum, quod vrat inflammatione, quæ præputiatis faciliùs innaſcitur, ſed & alias cauſas legat qui volet apud Philonem Iudæum diſertiſſimum Hebræorum.

Lib. aduerſ. Iudæos.

Cæterùm, intellige Circumciſionem exerceri ſolitam in Ægypto, non quod ideò cum Ægyptijs commiſcerentur, ſed quod ipſi Circumciſionem ſuam exercerent in Ægypto, quæ quidem Circumciſio, in ſignum, non in ſalutem dabatur populo fideli, iuxta Tertullianum; In ſignum inquam, nempè rei ſacræ: quia fuit Sacramentum. Vt enim dicitur Rom. 4. fuit ſignaculum Iuſtitiæ Fidei, præfiguratiuum gratiæ futuræ, fuit etiam ſecundariò demonſtratiuum gratiæ præſentis, ſaltem in paruulis. In adultis enim probabile eſt tantùm contuliſſe ſanctificationem quandam legalem, vi ſua; ratione autem profeſſionis fidei, & contritionis coniunctæ cum ea, etiam ſimul cum Circumciſione poterat dari gratia vera, & habitualis: quâ de re vide Bellarminum [a], Suarez [b], & Fillucium [c], qui quoque cum alijs ſcribit Circumciſionem iccirco fuiſſe inſtitutam, vt eſſet ſignum fœderis, ſeu pacti inter Deum, & Abrahamum cum ſuis poſteris, qui ſub protectione diuina eſſe debebant.

a Lib. 2. cap. 14. *b Diſp. 3.* *c tract.*

bebant. Deindè, vt eſſet typus ſeu figura Baptiſmi, vt enim Baptiſmus eſt ſignum quo Chriſtiani diſtinguuntur à non Chriſtianis; ità Circumciſio fuit ſignum, quo Iudæi diſtinguebantur à cæteris gentibus. Denique, erat inſtitutum in remedium peccati originalis, quod probat D. Gregorius, ſcribens Circumciſionem perindè valuiſſe apud Hebræos ad tollendum originale peccatum, atque apud nos vnda Baptiſmi. Hoc tamen intererat, quod per myſterium Circumciſionis non conferebatur gratia benè agendi, ſicut fit in Baptiſmate, & tamen incircumciſis ſic minabatur Deus: Maſculus cuius præpurij caro circumciſa non fuerit, delebitur caro illa de populo ſuo; quia pactum meum irritum fecit. Ex quo infert S. Auguſtinus omnes maſculos non circumciſos perire, quia peccarunt in Adamo. Alij autem illud ſic accipiunt: Quicumque maſculus ex poſteris Abrahæ non fuerit circumciſus, non cenſebitur pertinere ad populum Dei electum; quia feci hoc pactum cum Abrahamo, & poſteris eius, vt nemo niſi circumciſus ad populum Dei admittatur.

Moral. quæſt. c. 3. *Coloſſ. 2. 11.* *Geneſ. 17. 14.* *Epiſt. 28. ad Theraſiam.*

Sed quare Circumciſio iſta non fiebat in alia corporis parte? Vide Hieronymum, quæ quia prolixiſſima eſt, indaginem eius quæſtionis prætermittimus, ſolùm ex ſententia Card. Bellarmini dicam, iuſtam eſſe in eo membro Circumciſionem, in quo euidentiùs peccati originalis (ob cuius deletionem ſecundùm S. Auguſtinum, Gregorium, Bernardum inſtituta fuit) effectus apparet, & per quod genus humanum propagatur, & propagatione inficitur. Sed ſatis hæc obiter dicta ſint pro intelligentia Circumciſionis gentis Iudaicæ.

De amiſſ. grat. & ſtatu pec. cap. 7.

CAPVT LIIII.

De Eunuchis, eorumque Principibus, ſeu Præpoſitis, & vtrum Daniel Propheta verè fuerit Eunuchus. Apud Romanos frequentiſſimus eorum vſus.

FRequentiſſima in Scripturis ſacris Eunuchorum mentio. Sed quales iſti fuerint, qualeſque Præpoſiti Eunuchorum, pleriſque aqua hæret. De his igitur Cornelius à Lapide eximiæ vir eruditionis ſic ſcribit; Priſci Reges Gentiles Principum filios adſciſcebant ſibi adminiſtros, eoſque intimos, vtque ſuarum vxorum, & concubinarum integritati proſpicerent, & nè quid circa illas molirentur, illos caſtrabant, vti etiamnum faciunt Reges Sinarum, Turcarum, & aliorum infidelium. Eorum autem Curatores, Præfecti Eunuchorum vocabantur, & hi Regibus erant familiares, ac Principes non tantùm gynæcei, ſed & aulæ, ac Præſides Prouinciarum, Duceſque exercituum apud Gentiles, quin & apud Conſtantium Iuſtinianum (cuius exercitus Dux fuit Narſes Eunuchus tot victorijs clarus & celebris) alioſque nonnullos Chriſtianos Imperatores. Quapropter tunc eſſe Eunuchum non erat probrum, ſed honor, & decus, graduſque ad primas Aulæ dig-

In c. 1. Danielis Proph.

“ nitates. Talis itaque videtur fuiſſe Daniel, & tres eius ſocij, vndè de eorum vxoti-
“ bus & filijs nihil vſpiam legimus. Atque hæc fuit origo plenæ eorum caſtitatis tam
“ corporis, quàm animi, ob quam in fornace Babylonica ab igne manſerunt illæſi.
“ Hac etiam de cauſa Daniel licet fuerit grandæuus, paſſim tamen in vetuſtiſſimis
“ imaginibus, qualis eſt iſta quæ conſpicitur in Bibliotheca Vaticana, pingitur im-
“ berbis quaſi iuuenis, tales enim ſunt Eunuchi. Hanc picturæ eius cauſam aſſignat
“ vetuſtus Græcus anonymus auctor libri qui inſcribitur *Chriſtianorum liber, expoſitio*
“ *Octateuchi*, qui extat in eadem Biblioth. Vaticana, citaturque à Photione in eadem
“ Bibliotheca qui aſſerit illud ſcriptum ſub Iuſtino Imperatore extitiſſe.

Porrò, ab hac Eunuchorum in Aulis frequentia & patientia, factum eſt poſtmodum, vt quilibet Aulici vocarentur Eunuchi. Atque ità Lyran. Maldon. & alij putant Danielem ſic inter Eunuchos, id eſt Aulicos collocari, non autem verè fuiſſe Eunuchum, id eſt caſtratum. Idem aſſerunt S. Epiphan. & Dorotheus in vitâ Danielis, qui ſcribunt eum quidem non fuiſſe Eunuchum, ſed talem exiſtimatum ob virginalem verecundiam, & caſtimoniam: vnde non mirum eum depingi imberbem, quaſi Eunuchum. Hæc ſententia verior videtur, & Daniele Propheta
Deuter. 23. dignior. Eunuchi enim apud Iudæos erant infames, & arcebantur Eccleſiâ, idque ex decreto Dei. Quocirca, Scriptura nuſquam Danielem vocat Eunuchum, nec eum gynæceis præfuiſſe, ſed tantùm regiè educatum fuiſſe, ad hoc vt Regi aſſiſteret. Id ipſum quoque magis commendat caſtitatem Danielis, vtpotè quæ non co-
Lib 1. aduerſ. Iouinianum c. 15. acta fuerit & violenta, ſed voluntaria planè, & ex electione libera. Diuus tamen Hieronymus ſcribit Hebræos ad ſuum vſque æuum autumaſſe Danielem, & tres pueros fuiſſe Eunuchos ex illa Dei ſententia, quam Iſaias loquitur ad Ezechiam:
cap. 39. *Et de filijs noſtris qui naſcentur ex te, tollent, & facient Eunuchos in domo Regis.* Rurſuſque
Daniel 1. de Daniele: *Et dixit Rex Aſphenez Principi Eunuchorum, vt introduceret de filijs captiuitatis Iſrael, & de ſemine regio, & de Pharthenum pueros, in quibus non eſſet macula, pulchros faciе, & eruditos ſapientia.* Et concludit D. Hieronymus: Si de ſemine regio electi ſunt Daniel, & tres pueri, de ſemine autem regio Eunuchos fore Scriptura prædixit,
Lib. 1. in Daniele c. 1. hos eſſe qui Eunuchi facti ſunt, inquit S. Hieronymus.

In l. Si autem ff. de ædil. edict. Apud Romanos frequentiſſimus Eunuchorum vſus, qui fœminis appoſiti, teſte Accurſio, & Propertio lib. 1. Eleg. 2.

Lib. 1. Eleg. 2.

Vt ſolet amoto labi cuſtode puella Perfida, communes nec meminiſſe Deos.

Adde Martialem lib. 1.

Nullus in Vrbe fuit tota, qui tangere vellet Vxorem gratis Cæciliane tuam.
Dum licuit, ſed nunc poſitis cuſtodibus ingens Turba.

Porrò officium illorum erat vt laterales ſe præberent, vt Apuleius eſt auctor. *Tunc obſtinato animo vehementer anxius Myrmex, nec vſquam domum ſuam progredi ſinebat, & lanificio domeſtico diſtrictam, inſeparabilis aſſidebat.* Sed faceſſant monſtra iſta humanitatis.

CAPVT

CAPVT LIIII.

Quis primùm delubra ac templa excitauerit: deque Templo Salomonis auguſtiſſimo: illud poſteà mirè profanatum.

DElubra primùm ædificaſſe Epimenidem Cretenſem auctor mihi eſt Diogenes Laërtius. At Vitruuius Pythium architectum primum omnium Prienæ *Lib. 1.*
ædem Mineruæ excitaſſe tradit. Herodotus tamen Ægyptios primos Dijs delubra
ſtatuiſſe prodidit, teſte Polydoro Vergilio, & Cœlio Rhodigino. Romæ verò, vt *Lib 2.*
auctor eſt Liuius, templum locauit Romulus Ioui Feretrio, quod primum om- *Lib. 3.*
nium more gentis ſacratum fuit. Deo autem omnipotenti, Salomon Rex He- *cap 9.*
bræorum tribus millibus ducentis & duobus annis, ab ortu Adami templum Hie- *Lib. 18.*
roſolymis excitauit ſupra verticem Vallis Geſſemani traditus fuit Dominus, teſte *Lect. antiq c 37.*
Hieronymo, quod opus Dauid illius Patrem extruere parantem Deus per Na- *Ioſeph.*
tham Prophetam ab opere (propterea quod manus hoſtium ſanguine pollutas *lib. 8.*
haberet) reuocauit, eique iuſſit, vt id Salomoni filio exſtruendum relinqueret. *antiq.*
Quod quidem templum cum miro opificum artificio, tum ingenti auri copiâ, *Iudic. 2.*
quo ornatum erat, omnium operum quæ tunc in orbe terrarum extabant celeber- *9. in*
rimum fuit. Nam præter Baſilicam magnam affabrè factam (vt inquit Ioſephus) *Eſai.*
domus erat Regia multis columnis ſuffulta, quam ob cauſas forenſes agitandas, & *Lib 8.*
lites decernandas condidit, eamque capacem multitudinis quæ in ea ius peteret *Ind. antiq.*
longam cubitos ſexaginta, latam viginti, altam triginta, quam ſexdecim columnæ *3 Reg. 6.*
quadrangulæ ſuſtinebant, tectam opere Corinthiaco, additis paribus poſtibus,
cum valuis cælatis ad ornamentum ſimul & munimentum. In eius medio fuit ædes alia quadrata, lata triginta cubitos, columnis validis ſuffulta, & in eâ tribunal
magnificum, vbi Rex iura ſolebat reddere. Huic ædificio coniuncta erat domus
in vſum Reginæ facta, & aliæ Aulæ, quo ſe negotijs peractis, animi cauſa conferebant, omnes cedrinis tabulis conſtratæ; partim ſaxo quadrato decem cubitali
conſtructæ, partim (vt ſolent Regiæ, vel templa) incruſtatæ prætioſo marmore,
quod è locis eo nomine celebribus apportatur. Et tribus quidem ordinibus aulæis Babylonicis prætexebantur; quartus verò ſculptorum admirabile artificium
oſtentabat, in quo effictæ erant variæ arborum, ac plantarum ſpecies, frondibus,
& folijs tantâ ſubtilitate expreſſis, vt agitari quodammodo viderentur: reliquum
verò quod ſupererat vſque ad lacunar, opere albario tectum, & diſcoloribus picturis erat variegatum. Præter hæc erant & aliæ cellæ ad voluptatem factæ, &
porticus ad ornatum Regiæ longiſſimæ, in quibus ſplendidiſſima triclinia referta auro, vt quæ aureâ ſupellectili ad omne regij conuiuij miniſterium erant inſtructiſſima. Difficile eſt enumerare amplitudinem ac varietatem Aularum, tam

maiorum, quàm mediocrium, tum quæ ſub terrâ latebant, quævè in aërem elegantiſſimè attollebantur. In ſumma, totum ædificium è marmore candido, & cedro, & auro, atque argento conſtabat, diſpoſitis per parietes, & laquearia varijs lapillis auro incluſis, quemadmodum, & in ornatu templi factum fuerat, quin & ex ebore factum erat prægrande ſolium cælatum, ſpecie tribunalis, quod ſex gradibus aſcendebatur, in quorum ſingulis extremitatibus Leonum effigies impoſitæ, totidem alijs ſupernè imminentibus; quâ verò parte Rex inſidebat, manuum effigies eum excipiebant, & quà reclinabatur, dimidiatus erat iuuencus tergum ſuum reſpiciens, totumque tribunal auro coagmentatum erat.

Hæc opera ſpatio viginti annorum perficit Salomon conferente magnam auri vim, maiorem argenti Iromio Tyriorum Rege. & præter hæc, cedri, atque pinus materiem. Porrò, templum iſtud adeò auguſtum & veneratione plenum erat, vt nè quidem parietes contingere populo licuerit, eamque ob cauſam alij parietes veluti profani ædificati erant, qui ſacros illos attingerent, vt ex Gregor. Nazian. Orat. 29, refert R. P. Lobbetius in ſuo Specul. Eccleſiaſt. Atque hæc de ſtructurâ templi Salomonis penicillo ferè Ioſephi delineata ſufficiant.

In cap. 63. Iſaiæ.

Poſteà, auguſtiſſimum iſtud templum profanatum appoſito in illo Idolo Baal, & ex interuallo Statua Iouis, & Antiochi, necnon Cæſaris Hadriani. Denique vſque adeò profanatum, vt in eo Iudæi Idolis immolarent, teſte Diuo Hieronymo: & nè quid deeſſet ſacrilegio, immolabant in hortis, & adolebant thus ſuper lateres, vt refert idem Hieronymus. Tandem ob ſacrilegiorum immanitatem, deſtructum fuit à Chaldæis, quod poſteà Zorobabel iactis fundamentis reſtituere, & reſtaurare cœpit, licet irrito conatu: nam à Samaritanis, & alijs in circuitu nationibus impedito opere, manſit imperfectum 49. annis, hoc eſt vſque ad Nehemiam, & viceſimum Artaxerxis annum, conſummatumque eſt anno Darij (qui poſt Cyrum, & Cambyſen regnauit) ſexto Antiochus Epiphanes, ſeu illuſtris capta Hieruſalem, templum rurſum profanauit, de quo libro primo Machabæorum latè proditur, manſitque profanatum annis tribus, fuitque in eo Iouis Statua ſub Antiocho, ſcilicet Epiphane ab anno ccccv. regni Macedonum vſque ad ccccix. poſt quod profanationis triennium Iudas Machabæus illud expurgauit, altareque reſtituit. Pompeius deindè Magnus captâ Hieruſalem, vſque ad adita templi penetrauit. Poſtremò, ab Herode Magno iterum conſtructum eſt. Titus Veſpaſianus rurſus cœpit, profanauit, ac diruit. Spolia eius Romam delata ſunt, manubiæque in Capitolio conſecratæ. Manebit autem deſolatum vſque ad conſummationem temporis gentium, teſte Hieronymo. Quinto Menſe cui Auguſtus reſpondet, primum à Nabuchodonoſor, deindè poſt multa ſæcula à Tito & Veſpaſiano templum incenſum atque deſtructum eſt, mox à Tito Annio Rufo aratum. Elias vltimus omnium, vrbem, templumque tribus annis cum dimidio reſtituit: quod tamen Antichriſtus deſtruet, tribuſque & ſemi annis deſolatum perſeuerabit. Eccè

cè quantis Iudæi malis,ſecundùm vaticinium Chriſti, ſucceſſiuis temporibus, & mira calamitatum varietate affecti ſint.

Cæterùm,ſupparia Salomonis templo, paſſim ædificauit Conſtantinus Magnus Imperator anno Chriſti 324.Nam poſt ædificatam Sancti Petri in Vaticano Baſilicam, item Lateranenſem, quas ampliſſimis, & pretioſiſſimis muneribus, & reditibus illuſtrauit & ditauit; extirpatiſque vbique Idolorum fanis, & cultu, maxima & auguſtiſſima templa Chriſtianorum, tam in Oriente, quam Occidente ſummis & admirandis expenſis excitaſſe compertum eſt.

Vnde videre eſt,quam ridiculè nouatores Chriſtianis obijciunt,eos in primordio Eccleſiæ nullas aras,nulla Altaria,nulla templa habuiſſe:ſiquidem conſtat nedum tempore Conſtantini, verumetiam à primis Chriſtianorum incunabulis illos ſacras ædes,& precatorias domos, quas frequentiori vſu Eccleſias nominarent,non quidem templa,id eſt,vaſtas,& ingentes Baſilicas,quales Conſtantinus demùm ſub annum à Chriſto nato trecenteſimum,toto penè Orbe magnificentiſſimas extruxit,ſed Oratoria ac Aras, non ad animalium vt olim cædes, verùm ad Dei veri,& immaculati Agni cultum,& ſacrificium erectas, extructaſque habuiſſe, vti ex Tertulliano,Optato,Mileuitano,SS.Cyrillo,Chryſoſtomo, Hieronymo,adeoque S.Paulo liquet, licet fateamur illas plerumque odio Chriſtianiſmi ab Ethnicis, Iudæis, Hæreticis, Euſtathianis, Bongonulis, Petrobruſſianis, Waldenſibus, Albigenſibus,Taboritis,Pragenſibus,& tandem Caluiniſtis contemptas,& dirutas,vt apud Baron.in Annal. & P.Iacobum Gualterium videre licet.

Lib. de Idolat. *Cor.14.*

CAPVT LV.

De Scrutinijs, & Catechumenis. Forum ſpeciem retinet Eccleſia Leodienſis.

VT Eccleſia Leodienſis ab ipſis Apoſtolis fuit fidei Catholicæ ſemper tenaciſſima,ità rituum Eccleſiæ Romanæ ceù eius filia primogenita, obſeruantiſſima ad vſque extitit. Quod vel ex vnâ Scrutiniorum conſuetudine ab omni æuo in eadem Eccleſiâ Leodieñ. obſeruata colligere eſt. Verùm, quia ritus ille non omnibus obuius eſt,lubet in gratiam eorum qui illius expertes ſunt,adaperire quid ſibi velint iſta Scrutinia. Igitur initio naſcentis Eccleſiæ,dum magno animarum lucrandarum æſtu tenerentur primi Chriſtiani, eam operam dabant, antequam ad Baptiſmum admitterentur,vt priùs ſcrutarentur mores, & vitam eorũ examinarent,atq; in fide inſtruerent, vndè vox *Scrutinia* nata eſt,teſte Ruperto Tuitienſi: *Scrutinia*,inquit,*dicuntur à ſcrutãdo,quia perſcrutandum erat in his qui accedebant ad Sancta,*

Lib.4. de Diuinis Offic.

Digitized by Google

cta, nè aliqua radix amaritudinis ſubeſſet, veluti fuit in Simone Mago, in Hæreticis, & Hæreſiarchis quamplurimis, vt ſancta non illis darentur, niſi priùs Chriſtiana fides in mentibus eorum radices altas fixiſſet. Et cap 21. *Iuxta ordinem,* ait, *vſque in Sabbathum in Vigiliâ Paſchæ ſeptem agebantur Scrutinia, vt dum ſeptenario numero implerentur Catechumeni, daretur illis gratia ſeptiformis Spiritus Sancti. Quorum primum erat tertia Quadrageſimæ hebdomada feria ſecunda, qua magnum quarta feria Scrutinium ſic erat ad Catechumenos pronunciandum hoc modo. Scrutinij diem dilectiſſimi fratres, quo electi noſtri diuinitùs inſtruantur imminere, cognoſcite, ibidemque ſollicita deuotione ſequenti quarta feria circa horam tertiam conuenire dignemini, vt cæleſte myſterium, quo diabolus cum ſua pompa deſtruitur, & ianua Regni cæleſtis aperitur, inculpabili myſterio peragere valeamus. Item feria quarta finitis Miſſarum ſolemnijs annunciabat Presbyter, vt in ipſa hebdomada reuerterentur ad Scrutinium, ità dicendo; Die Sabbathi veniente, colligite vos in tempore ad Eccleſiam illam, donec ſeptem, vt dictum eſt, Scrutinia complerentur.* Atque eo ſenſu ſcrutari Catechumenos B. Auguſt. dixit.

Enimuerò, in Paſchali Feſtiuitate Catechumenos contentâ voce citari, atque ad Baptiſmum conuocari moris fuiſſe Baſilius Magnus, Homilia de Baptiſmo ſignificare videtur. Quinetiam eos ceruice inclinatâ in humilitate pedum cum cilicio in Eccleſiæ conſpectum ſigillatim productos, Beatus Auguſtinus ſignificat, cùm ait: *Hac nocte circa nos actum eſt, quod cæteris noctibus actum non eſt, quod ex locis ſecretis ſinguli pro luceremini in conſpectu totius Eccleſiæ, ibique ceruice humiliata, quæ malè fuerat antè exaltata, in humilitate pedum cilicio ſubſtrato, in vobis celebraretur examen, atque ex vobis extirparetur diabolus ſuperbus, dum ſuper vos inuocatus eſt humiliter altiſſimus Chriſtus.* Idem libro quarto de Symbolo: *Omnia,* ait, *Sacramenta, quæ acta ſunt, & aguntur in vobis per miniſterium Seruorum Dei exorciſmis, orationibus, & canticis ſpiritualibus, inſufflationibus, cilicio inclinatione ceruicum, humilitate pedum, pauor iſte ſecuritatem appetentibus. Hæc omnia, vt dixi, eſca ſunt, quæ vos reficiunt in vtero, vt renatos in Baptiſmo, hilares vos Mater exhibeat Chriſto.* Ità Catechumenos priuſquam ad Baptiſmi gratiam admitterentur, deprimendos, humiliandoſque veteres cenſuerunt : quos & à fidelibus ſeparatos, nec Eccleſiæ precationum participes factos Chryſoſtomus docet.

Lib. 2. de Symb. c. 1.

Homil. 79 tom. 5. & 24 in cap 3. Ioan.

Quin Laodicenæ Synodi ſic conſtitutum fuit, *μετὰ τὰς ἐπισκόπων ὁμιλίας ἰδίᾳ τῶν κατηχουμένων εὐχὴν ἐπιτελεῖσθαι*, id eſt, *Poſt Epiſcoporum Homilias Catechumenorum precationes ſeparatim fieri; deindè Eccleſia eos abigi.* Merito autem *μετὰ τὰς ἐπισκόπων ὁμιλίας*: quoniam Epiſcopos verbum veritatis tractantes Catechumeni audiebant, vt ex Beato Auguſtino, Arauſicano Concilio, alijſque probat Briſſonius Iuriſconſultus.

Ad l. Dominico Cod. Theodoſ. tit. de Spectaculis.

Cæterùm, ritus iſte Scrutiniorum, nuſquam gentium, quod ſciam, modò vſu receptus eſt, ſed exoleuiſſe credendum, præterquam, vt dixi, in Eccleſiâ noſtrâ Leodieñ in qua, ſeu eius Eccleſia Parochiali *B. Mariæ ad Fontes* nuncupata, ſolemnis iſte ritus feria quarta poſt Dominicam Lætare celebratur, præſentibus ibidem Cano-

Digitized by Google

Canonicis, vbi mox propriæ ad id Miſſæ introitu canunt Exorciſtæ clarâ voce: Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, Deus qui Moyſi famulo tuo in Monte Sinay apparuiſti, & filios Iſraël de terrâ Ægypti eduxiſti, deputans eis Angelum pietatis tuæ, qui cuſtodiret eos die ac nocte, te quæſumus Domine, vt mittere digneris Sanctum Angelum tuum, vt ſimiliter cuſtodiat, & hos famulos tuos N. N. & N. (paruulos nimirùm qui gremio obſtetricum geſtantur) & perducat eos ad gratiam Baptiſmi tui. Per Dominum noſtrum, &c. Ergò, maledicte diabole, recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo viuo & vero, da honorem IESV CHRISTO Filio eius, & Spiritui ſancto, ac recede ab his Famulis Dei N N. & N. quia iſtos ſibi Deus, & Dominus noſter IESVS CHRISTVS ad ſuam ſanctam gratiam, & benedictionem, fontemque Baptiſmatis vocare dignatus eſt, & hoc ſignum Sanctæ Crucis ✠ quod nos frontibus eorum damus, tu maledicte diabole nunquam audeas violare, &c. Exorcizo te immunde ſpiritus, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti vt exeas, & recedas ab his Famulis tuis N. N. & N. ipſe enim tibi imperat maledicte, damnate qui pedibus ſuper mare ambulauit, & Petro mergenti dextram porrexit. Ergò maledicte diabole recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo viuo, &c. vt ſuprà. His dictis quilibet Præsbyterorum benedictionem ſuam dicit in hunc modum : Æternam ac iuſtiſſimam pietatem tuam deprecor Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus luminis & veritatis; ſuper hos Famulos tuos N. N. & N. vt digneris omnes illuminare lumine intelligentiæ tuæ, munda eos & ſanctificando eis ſcientiam veram, vt digni efficiantur accedere ad gratiam Baptiſmi tui, teneantque firmam ſpem, conſilium rectum, doctrinam ſanctam, vt apti ſint ad perficiendam gratiam Baptiſmi tui. Per eundem Dominum noſtrum, &c. Quibus finitis redeunt ad Altare, perficitque celebrans Miſſam.

Hæc compendioſè ex Rituali Leodienſi, ſed notandum tempore primitiuæ Eccleſiæ, dum Sacerdos ſacris operaretur, Catechumenos iuſſos voce Leuitarum ire procul, indeque Miſſæ vocabulum fluxiſſe, vt teſtatur Iſidorus, his verbis: *Miſſa*, inquit, *tempore Sacrificij eſt, quando Catechumeni foras mittuntur, clamante Leuita, Si quis Catechumenus remanſit, exeat foras, & indè Miſſa, quia Sacramentis Altaris intereſſe non poſſunt, qui nondum regenerati noſcuntur.* Satis ſit dixiſſe iſta ad intelligentiam Scrutiniorum, & Catechumenorum primitiuæ Eccleſiæ: decurrat nunc ſtylus noſter ad ritum Baptiſmatis primorum Chriſtianorum, quæ ſanè non iniucunda lectu.

* * *

Digitized by Google

CAPVT LVI.

De vſu Baptiſmatis in primitiua Eccleſia: & quæ in illo Ceremoniæ antiquæ

Lib. de Baptiſm. — *Epiſt. ad Rom. c. 6.* — *Lib. de Eccleſ. Hierar.* — *Lib. 7 c. 33 d. lib. de Baptiſm.* — *Ad l. Dominico C. Theod. de Spectaculis* — *Cap. Poſtquam de Conſecrat. Diſt. 4.*

FOElix *Sacramentum*, inquit Tertullianus, *quo ablutis delictis priſtinæ cæcitatis in vitam æternam liberamur*; loquitur Magnus vir de Baptiſmo: cuius vſus, non ſolùm temporibus Tertulliani, ſed etiam Apoſtolorum idcircò introductus, vt ſordes peccati in genus humanum ab Adamo primo parente deriuati, *per vndam, & ſpiritum*, inquit Origenes, *abluerentur*. Nam ex Dionyſio ſcribit Antiſtites inunxiſſe baptizandos oleo, vnctioneque inchoata, Sacerdotibus tradebantur, & mox lauacrum ingrediebantur, vt de Conſtantini Imper. Baptiſmo refert Nicephorus: cui adde Tertullianum: *Sine ſumptu*, inquit, *homo in aquam demiſſus*, & quidem trina ſubmerſione: vt refert Rabanus Maurus, quem citat Barn. Briſſonius, vbi ſic concludit: *Oportet ergò cum inuocatione Sanctæ Trinitatis, ſub trina merſione, Baptiſmum confici, vt ſecundùm perſonarum differentiam myſterium celebretur, & ſecundùm vnitatem ſubſtantiæ, vnum Baptiſma fiat*. Et S. Auguſtinus: *Poſtquam vos credere promiſiſtis, tertiò capita veſtra in ſacro fonte demerſimus, qui ordo Baptiſmatis duplicis myſterij ſignificatione celebratur. Rectè enim tertiò merſi eſtis qui accepiſtis Baptiſmum in nomine* IESV CHRISTI, *qui etiam tertia die reſurrexit à mortuis: Illa enim tertiò repetita demerſio, typum Dominicæ exprimit ſepulturæ per quam Christo conſepulti eſtis in Baptiſmo, & cum Chriſto reſurrexiſtis in fide, vt peccatis abſoluti, in ſanctitate virtutum viuatis, imitando Chriſtum.*

d lib. de Baptiſmo. — *Cap 3.*

In ijſdem adultis, hoc etiam notatur apud Tertullianum, ingreſſuros Baptiſmum, orationibus, crebris ieiunijs, geniculationibus, & peruigilijs orare debuiſſe, & cum confeſſione omnium delictorum. Hoc patét teſtimonio Poſſidonij in vitâ Augſtini verbis his: *At placuit ei percepta Baptiſmi gratia cum alijs ciuibus, & amicis ſuis Deo pariter ſeruientibus ad Africam & propriam domum, agroſque remeare, ad quos veniens, & in quibus conſtitutus fermè triennio, & à ſe iam alienatis curis ſæcularibus, cum his, qui eidem adhærebant, Deo viuebat, ieiunijs, orationibus, bonis operibus in lege Domini meditans die, ac nocte*, Hactenus Poſſidonius.

Lib. 1. de Inſtit. cap. 29.

Cæterùm, notes poſt vnctionem ſacram, de quâ ſupra, Baptizati caput myſtico velamine fuiſſe tectum, vt refert Rabanus Maurus, qui cereum quoque baptizatorum dextræ inſeri ſolitum docet.

a De Corona mil. — *b Cap. 27*

Porrò, poſt egreſſum de lauacro, in quo ter, vt dictum eſt, caput immergebatur, lactis, & mellis concordiam prægustaſſe ad infantiæ ſignificationem, vt Tertullianus,[a] & D. Hieronymus[b] tradunt. Tandem Epiſcopus initiatos Baptiſmo ad ſacratiſſimam Euchariſtiam vocabat, participeſque poſt Catechiſmum ſacro-

cro-

crorum myſteriorum faciebat, vti notat Dionyſius. Infantibus autem, quibus per ætatem non liceret de fide ſuâ teſtari, promiſum erat, veluti ſcribit Sanctus Cyprianus, vt per alios credere profiterentur, quo quemadmodum aliena culpa, id eſt, Adam primi Parentis delictum, eis quoque malo fuit, quod ſtatim nati originali peccato obligarentur, ſic aliena opera bono ipſis eſſet, quo ſcilicet, vt inquit S. Ambroſius, ex alienâ confeſſione & credunt, & baptizantur.

aduerſ. Luciferianos
Lib. de Eccleſ. Hierar.
Lib. de Vocat. gent. 20.

Celebrabatur autem Baptiſmus in die Paſchæ, & Pentecoſtes, vt auctor eſt D. Hieronymus (niſi tamen aliud neceſſitas dictaret) quorum primò Domini Reſurrectio inter Diſcipulos frequentata eſt, inquit Tertullianus; altero, gratia Spiritus Sancti dedicata, vide Baſilium Magnum in Homil. exhortatoria ad S. Baptiſma. *Quid verò*, inquit, *magis cognatum Baptiſmati eſſe poßit, quàm dies Paſchatis? Dies enim ipſa memoriale eſt Reſurrectionis. Baptiſma verò potentia eſt ad Reſurrectionem, &c.* Dies etiam Penthecoſtes huic Sacramento deſtinatus, Gratianus Canon. de Catechumenis tit. de Conſecrat, extra autem hæc tempora nonniſi ægrotantes & infirmi, aut aliâ neceſſitate preſſi tingi conſueuerant.

In Zachar. cap. 41.
d Lib de Coron. milit.
Burchard. lib. 4. Decret. c. 6. & 7.

Inſuper, ſic renatis, mel, & lac dabatur, vt diximus, & in primâ ſtatim Dominici corporis communione dicere ſolebant, *Et dimitte nobis debita noſtra*. Paulinus antiquiſſimus Poëta Chriſtianus, Baptiſmum & Euchariſtiam his verbis deſcribit:

Indè parens ſacro ducit de fonte Sacerdos Infantes niueos corpore, corde, habitu,
Circumdatq; rudes feſtis Altaribus agnos, Pura ſalutiferis imbuit ora cibis,
Hinc ſenior ſocia congaudet turba caterua, Alleluia, nouis balat ouile choris.

Vnde etiam cognoſcere licet baptizatos albam veſtem (quod color iſte innocentiæ conueniat) induere ſolitos, vti quoque docet Fortunatus hoc metro:

Rex ſacer eccè tui radiat pars magna trophæi, Cùm puras animas ſacra lauacra beant.
Candidus egreditur nitidis exercitus vndis. Atq; vetus vitium purgat in amne nouo.
Fulgentes animas, veſtis quoq; candida ſignat, Et grege de niueo gaudia Paſtor habet.

Sanctus item Ambroſius alloquens D. Auguſtinum: *Accepiſti*, inquit, *poſt hæc veſtimenta candida vt eſſet indicium, quod exueres inuolucrum peccatorum, indueres innocentiæ caſta velamina, &c.*

Lib. de Myſter. initian.

Vnde ab albis Baptizatorum veſtibus, *Septimanam in Albis* appellârunt veteres eam, quæ Paſchalem proximè ſequitur, hanc ob cauſam, quod albis veſtibus induebantur baptizati, quò meminiſſent ſe iam manumiſſos, & è ſeruis ac mancipijs Diaboli, libertos factos Iesv Chriſti. Nam Tertullianus vicinus Apoſtolorum æuo ordine recenſens manumiſſionis inſignia, albam quoque veſtem adnumerat: *Si famulum tuum*, inquit, *libertate mutaueris, & veſtis albæ nitore, & annuli aurei honore, & patroni nomine, ac tribu menſâque honoratur, &c.*

Lib de Reſurrectione carnis.

Sed quando conſuetudinem hoc loco meminit Tertullianus, quæ ante baptiſmum, & poſt baptiſmum ſuo tempore fiebant, libet Baptiſmalium ceremoniarũ Catalogum (quarũ nonnullæ poſt Tertullianum fortaſſis inſtitutæ ſunt) ex ſexto

to libro Burchardi Wormacenſis,qui de Sacramentis Eccleſiæ tractat, attexere.
„ In illo officio,inquit,primùm paganus Catechumenus fit, accedens ad Baptiſ-
„ mum; ei præſcribitur,vt renunciet maligno ſpiritui & omnibus damnoſis eius
„ pompis;exſufflatur etiam,vt fugato Diabolo, Chriſto Domino noſtro paretur
„ introitus.Exorcizatur,id eſt,coniuratur malignus ſpiritus, vt exeat, & recedat,
„ dans locum Deo vero. Accipit deindè Catechumenus ſal,vt putrida, & fluxa e-
„ ius peccata ſapientiæ ſale diuino munere mundentur.Inſuper ſymboli Apoſtolici traditur ei fides,vt vacua domus, & à priſco habitatore derelicta, fide ornetur & vt præparetur habitatio Deo. Tum fiunt Scrutinia (de quibus ſuperiori capite) vt exploretur certiùs,an poſt renunciationem Sathanæ ſacra verba radicitùs cordi defixerit. Plura videat ſtudioſus antiquitatis apud B. Rhenanum & Tertullianum,qui explicant alias Baptiſmi pro Eccleſiæ conſuetudine cæremonias, iuxta ritum hodiernum,veluti tactum narium,pectoris,& ſcapulæ,necnon capitis,quæ ſingula myſticè explicare nimis longum foret, ſufficit enim oſtendiſſe per tranſennam Nouatoribus cæremonias iſtas baptiſmi non eſſe vnius, & alterius ſæculi,ſed iam indè à tempore exorientis Eccleſiæ, quo quidem tempore etiam dubitabatur,an per Nouatores hæreticos baptizati,poſteà eſſent rebaptizandi:plerique enim inter quos S. Cyprianus, Agrippini Epiſcopi Carthaginenſis ſui Anteceſſoris ſecutus ſententiam, tuebatur affirmatiuam, reiectâ antiquiſſimâ Eccleſiæ conſuetudine:licet Cyprianum excuſare nitatur D. Auguſtin. lib.3. de Baptiſmo & contra Donatum cap.1.7.& 8.imò alibi palinodiam eum ceciniſſe ſcribit Epiſt.48.

Intereà notandum, quod qui ab Hæreticis in infantiâ abſque ſolemnitatibus baptizatus fuit,ſi poſteà ad fidem Catholicam adultus reuertatur,non eſſe ad Eccleſiam deducendum vt omiſſæ ſolemnitatis ſuppleantur,nè rudis populus exiſtimare poſſit nos hæreticorum baptiſma debita forma collatum, tanquam minus validum improbare:tamen ſi ſine ſcandalo fieri poſſit, nihil erit alienum ab Eccleſiæ vniuerſalis conſuetudine, etiam in adultis præſertim adoleſcentibus omiſſas ſolemnitates ſupplere; Syluius quæſt.66.nu. 9.quæſt.3. R.P. Baſſæus Flor. Theol.pract.verb.Baptiſmus §.4.nu.10.pag. mei 58. Nunc ad alia ſtylum conuertamus.

CAPVT LVII.

De Cardinalium Etymo,origine,& dignitate,illorumque encomijs.

VArij varia ſcribunt de origine,& etymo Cardinalium; frequentior opinio non diſplicet, exiſtimantium à Cardine eos appellari, exemplo Ciuilium Magiſtratuũ,à quibus alij pendent tanquã oſtium à cardine. Huius ſententię aſſertores etiam ſunt Archidiaconus: *Hæc Apoſtolica ſedes caput*, inquit, *& cardo eſt à Deo, &*

non

non ab alijs conſtituta, & ſicut cardine oſtium regitur, ſic huius Apoſtolicæ Sedis auctoritate omnes Eccleſiæ, Domino diſponente, reguntur: Verba ſunt Anacleti Papæ, qui vixit circiter annum Chriſti 108. Fluentibus verò aliquot ſæculis, Marcellus Pontifex cùm anteà in quacumque Eccleſia Principales Sacerdotes, Cardinales dicerentur, conſtituit in Vrbe 25. Cardinales, veluti principales Sacerdotes, teſte Card. Zabarella, quorum munus erat ſepelire mortuos, & Baptizare infantes, teſte eodem Archidiacono. Hodie autem aſſiſtunt Romano Pontifici, ſuntque eius Conſiliarij, atque idcircò tenentur in Curiâ Romanâ reſidere, vel vbi S. Sedes reſidet. Vndè Pius II. alloquens Cardinales, ſic inquit, *Ad Collegium Apoſtolicum vocati eſtis Conſiliarij noſtri, & Coniudices Orbis terrarum, ſuper quos militantis Eccleſiæ oſtium voluendum eſt.* Et Sixtus V. ſcribit proprium eſſe Cardinalium munus, *aſſiſtere Chriſti in terris Vicario, eique in regenda Eccleſia Catholica conſilium & operam aſſiduè praſtare, atque cum eo Eccleſiæ neceſſitatibus prouidere; ipſoſque tum ad id ex ipſius officij debito, tum ex Sanctorum Patrum Decretis teneri.* Sed & in Concilio Romano ſub Syluestro, Magno Conſtantino Imperante habito, ſcribitur in hunc modum: *Diaconi non ſint plures per Parochiarum examen niſi duo: Diaconi, Cardinales Vrbis Romæ ſeptem.* Vndè patet non omnes Presbyteros, non omnes Diaconos Cardinales eſſe, ſed primæ tantùm, & maioris Sedis. Presbyteri enim conſtituti, vt Epiſcopus adiumento eſſent; Diaconi, vt miniſtrarent.

In cap. Sacroſancta 22. Diſt.

Clem. Ne Romani § Porrò nu. 2. de Electio.

In c. vbi periculum nu. 4. de Electio.

Abb. in c. 2. nu. 2. de Cler. non reſid.

In Bulla Anni 1586.

Quod autem nonnulli, veluti S. Antoninus, & Turrecremata altiùs repetant originem, & inſtitutum Cardinalium, nempè à Chriſto Domino proceſſiſſe, qui Apoſtolos habuit, & 12. diſcipulos, qui ipſi aſſiſtebant, & quibus multa arcana communicabat, Prophetarumque vaticinia explicabat, & quorum opera varijs in rebus, ac locis vteretur, cùm ille tamen nullius opera, aut conſilio, ſeu miniſterio indigeret, id intelligendum figuratiuè, vt inquit Martinus Lauden. nimirum, vt normam quandam Petro, atque illius ſucceſſoribus relinqueret, Eccleſiam vniuerſalem hac ipſa, vel alia ſimili ratione pro temporum viciſſitudine adminiſtrandi, indeque Cardinales, Epiſcopi, alijque Prælati profecti fuerunt, varijs nominibus, ac titulis pro varietate muneris diſtincti, cùm in Eccleſia diuiſiones eſſe gratiarum, adminiſtrationum, & operationum, idem Dominus conſtituerit.

Lib. de Card. quæſt. 26. & 34.

Quod porrò alij recentiorem illorum originem eſſe contendunt, quàm vt ad Apoſtolorum tempora referatur, ijdem tamen non negant eorum inſtitutionem multò ante tempora Nicolai II. Pontificis Max. qui annis abhinc plus minus ſexcentis floruit extitiſſe. Nec deſunt, qui eorum memoriam in antiquis Concilijs, atque apud vetuſtiſſimos auctores habitam demonſtrant, veluti Volater, & Remundus.

Cæterùm, hoc habes præeminentiſſimorum Cardinalium Collegio nullum aliud poſt hominum memoriam cuiuſuis ordinis, quocumque in loco, aut quouis tempore vnquam in vniuerſo terrarum orbe exſtitiſſe, quod in tam paucis Colle-

gis,tam multi ſanctitate,miraculis, multiplici ſcientia,animi magnitudine, vitæ integritate, rerumque gerendarum gloria adeò floruerit vt illud, vti auctorum monumenta teſtantur. Nam ex quo tempore ius deligendi Summum Pontificem ad ſolum Cardinalium Collegium fuit delatum, vſque ad Sixti IV. aut circiter ætatem, ipſorum Cardinalium Collegium ſingulis ætatibus vix trigeſimum numerum attigiſſe comperiemus; & tamen incredibile dictu, ex tam modico ſemine quàm multiplices,ac proceras generoſaſque,& fructibus fœcundas arbores prodierint,quæ poſteà omnes gentes & nationes virtutum ſuarum vberrimo fructu repleuerint. Quot enim ex Cardinalium ordine miraculis illuſtres? quot in Sanctorum numerum relati? quot ſcientiarum omnium genere clariſſimi? quot virginitatis laurea inſignes? quot ſacrarum religionum auctores,quot vitæ exemplo,cultus auſteritate,ſæculi contemptu, Eccleſiaſticæque diſciplinæ zelo admirabiles?quot rerum pro Dei gloria geſtarum bello, paceque magnitudine non ſolùm eximij, ſed hoſtibus etiam ipſis formidabiles? quot regijs virtutibus adeò præcellentes,vt publica ſic vtilitate expoſcente à ſacro Galero ad ampliſſimas populorum adminiſtrationes immortali eorum cum gloria fuerint vocati? Neque ex Italia ſolum,ſed Gallia,Germania,Hiſpania,Luſitania,Sarmatia,Aphrica, Græcia,Scythia,India,atque vniuerſis terrarum angulis, adeò frequenter hi prodiere, vt eorum memoria, cùm apud permultos auctores ſit adeò celebris, vt ſuperuacuum ſit eam à nobis repeti,cùm & Vrbis Roma,lux olim Orbis terrarum,atque arx omnium gentium,ſuum recepiſſe Senatum,meritò ſibi videri poſſit,ſimulque gaudere,quod hi Senatores, non cenſu, ſicuti priſci illi Romani,ſed vitæ ſanctimonia,doctrina,moribuſque temperatis, ac moderatis ornati iam indè ab initio diuinitus cooptati videantur.

CAPVT LVIII.

De multiformi Romani Pontificis electione.

MVltifariam fuiſſe S. Pontificis Romani electionem licet ex hiſtorijs,& ſacris Canonibus abundè pateat,obiter tamen,& per tranſennam referemus nobis in illis lecta,non omnibus fortè cognita.

Imprimis,ſatis conſtat in exordio naſcentis Eccleſiæ, cùm Pontificatus potiùs dicendus eſſet cruciatus,quàm dignitatis ornatus ob perſecutiones ſcilicet tyrannorum, Pontifices Romanos electos fuiſſe ab Imperatoribus, vti notat Cardin. Tuſchus, cui priuilegio iam à multis ſæculis renunciarunt, imò propter abuſum priuati fuere. Exindè ſolus Clerus Romanus elegit, qui modus eligendi obſeruatus fuit per 250. annos ſine vlla intermiſſione: admittebanturque ad comitia quicumque tum in Vrbe aderant Epiſcopi, teſte S. Cypriano, qui vixit ſecundo ſæculo à Chriſto nato: at poſteà populus poſtulabat, & Clerus eligebat, nec

Tom. 3. Com. Concluſ. Cõcluſ. 57. Epiſt. 52.

nec vnquam legitimus habitus fuit Pontifex, quem non Clerus elegerat, vti probat Baronius. *In Annal. An. Chr. 817.*

Aucto deindè Chriſtianorum numero, penes ſolùm Cleri Collegium, & populum ſtetit electio, vti videre eſt ex Epiſtola Anacleti, & S. Clementis proximè ſucceſſoris ad Epiſcopos Italiæ, quo loco ſcribit ipſum Dominum ſibi reſeruaſſe Sũmorum Pontificum, vel Sacerdotum electionem: eaque electio continuà temporum ſerie permanſit in Eccleſiâ vſque ad annum ſalutis 685. nimirum ad tempus S. Syluestri Papæ, & Conſtantini IV. Imperatoris, qui illi donauit Vrbem, Italiam, & Prouincias, vniuerſaque Imperij iura, vt habetur in cap. Conſtantinus 96. diſt. c. fundamenta de Electio. in 6. Clemen. 1. de Iureiur. c. futuram 16. q. 1. quorum iurium argumento hanc donationem ab Hæreticorum impugnationibus defendunt ſexcenti auctores grauiſſimi, quos refert Aug. Barboſa de Auctoritate, & poteſtate Epiſcopi. Verùm, poteſtas iſta eligendi antiquitùs permiſſa Laïcis, abrogata noſcitur circa annum 340. ſub Iulio I. in Sardicenſi Concilio, vt refertur in cap. Oſius 2. de electio. *Part. 1. tit. 3. cap. 2. nu. 68.*

Poſtremò, Pontificum electio ad Cardinales ſine populi Clerique aſſenſu delata eſt, eaque hodie ſeruatur, etiam in morte ciuili, Felynus in cap. ad petitionem de accuſar. Franc. Marcus decisè 940.

Triplicem autem huius Electionis formam fuiſſe legimus. Prima, per ſcrutinium, vt vocant, ſiue ſuffragiorum collectionem, donec duæ Cardinalium tertiæ concordes inueniantur, ſiue mox initio, ſiue poſt, acceſſu. Secunda, per compromiſſum in certos ſcilicet Cardinales numero pauculos, vt quemcumque ſelegerint ipſi Pontificem, reliqui compromittentes omnes eundem pro vero legitimoque Pontifice debeant agnoſcere. Tertia per vnanimem, concordemque, vel omnium, vel duarum tertiarum quaſi conclamationem citra collectionem ſuffragiorum prorſus vllam, qualis via ſeu forma nominari vulgò ſolet via Numinis, vel Spiritus Sancti, quâ Pontifices olim frequenter creari perhibentur, & inter alios Fabianus primus. Qui quidem viæ perſimilis eſt illa, quæ per adorationem nuncupatur, quando nimirum, vel omnes Cardinales, vel partes eorundem duæ, quempiam è ſuis illic præſentem ſalutant, atque venerantur, ſeu reuerentur Pontificem, quà ratione Iulius III. Marcellus II. & Paulus IV. renunciati fuerunt, vti ad Platinam in Clemente V. adnotauit Onuphrius.

Mortuo autem Pontifice expectantur abſentes Cardinales per decem dies, quibus expletis intrant Conclaue, exiſtente in Palatio in quo mortuus Pontifex morabatur, ſuper quâ re eſt Conſtitutio Pij IV. quæ etiamnum exactè obſeruatur, de quâ & alijs materiam Electionis Papalis concernentibus videantur apud Boëtium Eponem de Iure Sacro. *Lib. 1. de Regul.*

* * *

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT LIX.

Antiquos neque thus, neque victimas Dijs ſuis obtuliſſe, ſed folia præſertim Lauri. Iudæi ad Solem Orientem orabant ramos lauri manibus geſtantes.

REuer. P. Cornelius à Lapide vir multiformi doctrina clarus, explicans illud Ezechielis: *Et eccè applicant ramum ad nares ſuas*, notat Gentiles Ioui ſacrificaſſe coronatos æſculo, Mineruæ olea, Veneri myrto, Herculi populo, Baccho hedera, vel Pampinis, Siluano & Diti cupreſſo, Iſidi Abrotano; ſic Apollini, id eſt Soli, ſacrificabant redimiti lauro. Athenis portò feſtus erat dies ramorum, quo in honorem Bacchi perferebantur ὄχοι, quaſi μόχοι, hoc eſt tenues rami, præſertim vitis, quaſi vituli, & victimæ. Ex quo ὀχοφόροι, id eſt, ramiferi appellati, & feſtum ὀχοφορία. Quin & Ioſephus docet Iudæos ſolitos pro gratiarum actione ſacrificare manibus geſtantes ramos myrti, & palmæ, ex quibus mala perſica dependebant, vt ſignificarent dicanda eſſe Deo cor & linguam. Perſici enim frondes habent aliquam linguæ ſpeciem; fructus verò in cordis effigiem conformatos. Hinc & Hebræi Chriſtum quaſi Meſſiam Regem inducentes, Hieroſolymam in die Palmarum, ramos palmæ, & oliuæ ei prætulerunt. Cauſam dat Porphyrius, & ex eo Nicol. Cauſinus: *Antiqui*, inquit, *neque thus, neque aliam, victimam offerebant, ſed folia velut primam pubeſcentis naturæ lanuginem manibus decerptam Dijs adurebant: quo ſigno Deum Creatorem teſtabantur, à quo herbæ, & fruges, atque omnia à terra orta producerentur, & adoleſcerent.* Inſuper, coronabant non tantùm ſe lauro, ſed & victimas, & aras, quin & aſtantes: Laurus enim Regina eſt arborum, vt Sol Aſtrorum, hinc Laurus priſcis ſymbolum, & omen fuit regni. Ità Suetonius narrat, quod Liuiæ ſtatim poſt Auguſti nuptias, Veientanum ſuum reuiſenti, prætervolans Aquila gallinam albam, ramum lauri roſtro tenentem demiſerit in gremium. Cùmque nutriri alitem, & plantari ramum placuiſſet, tanta pullorum ſoboles prouenit, vt hodie quoque ea Villa *ad Gallinas* vocetur: tale verò lauretum, vt triumphaturi Cæſares indè laureas diſcerperent, fuitque mos triumphantibus, alias confeſtim eodem loco plantare, & obſeruatum eſt, ſub cuiuſque obitum arborem ab ipſo inſtitutam elanguiſſe. Itaque vltimo Neronis anno, & ſylua omnis exaruit radicitùs, & quidquid ibi gallinarum erat, interijt. Rurſum, credita eſt laurus, æquè ac Sol venena diſpellere. Denique, Plinius docet Laurum luſtrationibus adbiberi ſolitam, eamque vnicam arborum non tangi fulmine.

Cap. 8.
2 Machab. 6. 7.
Lib. 3. Hiſt. c. 10.
Elect. Symb. pag. 212.
In Galba.
Lib. 15. cap. 30.

Cæterùm videntur Iudæi ad Orientem Solem oraſſe, cuius conſuetudinis meminit D. Auguſtinus lib. 2. de Serm. Domini in Monte cap. 9. atque adorantes ramos, non palmarum vt S. Hieronymus, ſed lauri geſtaſſe manibus, atque eos, quia odoratos, admouiſſe naribus, quaſi gratias agentes Apollini Conditori lauri,

& auctori ſuauis eius odoris, eoſque oſculando adoraſſe Apollinem, ſicut oſculo manuum adorabant Solem. Cùm enim eum oſculari, & contingere non poſſent, eius loco manum, & ramũm oſculabantur, ſicque eum adorabant, & venerabantur. Hinc Virgilius: *Gratiſſima Phœbo laurea,* *Iob.c.31. 16.* *Eclog 7.*

Et Horatius: *Apollinari laurea donandus.* *Lib. 4. Carm. Ode 2.*

Atque ab Ouidio, *Laurus Apollinea, & Phœbea,* ac viciſſim *Phœbus,* id eſt, *Sol lauriſer* vocatur.

Verùm Chriſtiani primitiuæ Eccleſiæ Orientem verſus orabant, ſed non vt Iudæi, qui Solem adorabant, vti ſuprà oſtendimus cap. 43. Plura hac de re videantur apud Cornel. à Lapide in cap. 8. Ezechiel. & cap. 47. in Geneſim.

CAPVT LX.

De conſuetudine velandi capita mulierum apud veteres. Ethnici velati circuibant aras.

Velandi conſuetudinem ſiue mulieres, ſiue Virgines peruetuſtam eſſe docent hiſtoriarum monumenta. Nam tempore naſcentis Eccleſiæ vſitata fuiſſe conſtat, non ſolùm apud Chriſtianos, ſed etiam pluribus ante ſæculis apud Arabes & Carthaginenſes, quorum fœminæ non modò religionis ergò, ſed & honeſtatis cauſa caput velabant, teſte Tertulliano. Vnde apud primos Chriſtianos peruetuſtus ille vſus frequentatus fuit, adeò vt Doctor Gentium edixerit: *Omnis mulier orans, aut prophetans non velato capite, dehoneſtat caput ſuum.* Hinc ex mandato Petri conſtituit Linus, nè qua mulier niſi velato capite templum ingrederetur, quod videtur, inquit Polydorus, ab Hebræis accepiſſe, quorum Pontifici non licebat eſſe intecto capite dum templum ingrederetur. De fœminis multò magis, apud quas *tam ſolemne erat rarum velamen capitis, vt indè noſcerentur,* inquit Tertullianus. Sic Rebecca conſpecto eminùs ſponſo, velauit faciem. Suſanna in iudicium vocata, velata fuit, nè adhuc pulchritudine ſua placeret Iudicibus impijs. Conſonant alia ſcripta eiuſdem Tertulliani: *Iudicabunt vos Arabicæ fœminæ, quæ non caput, ſed faciem quoque ità totam tegunt, vt vno oculo liberato contentæ ſint dimidia frui luce, quàm faciem totam proſtituere.* Indignatur autem Tertullianus Virginibus ſui æui, quod quæ dicta erant à Paulo de mulieribus, aperto ſtabant capite in Chriſtianorum Congregationibus, vt faciliùs viros allicerent, neque ſibi dicta illa putarent. At ipſe templum Dei domum precationis eſſe vult, non nundinationis puellaris. Hinc exhortatur, imò obſecrat egregiè Virgines iuxtà ac mulieres, vt velatæ continuò ſint: *Oro te,* inquit, *ſiue mater propter filios, ſi ſoror propter fratres, ſi filia propter patres: omnes in te ætates periclitantur, indue armaturam pudoris, circumdue vallum verecundiæ, murum ſexui tuo ſtrue, qui nec tuos emittat oculos, nec admittat alienos: Adimple habitum mulieris, vt ſtatum virginis ſerues, mentire aliquid ex his quæ intus ſunt, vt ſoli Deo exhibeas*

De Veland. Virg.

Lib. 4. de Inuen. rer.

Lib. de Corona milit.

d. Lib.

Digitized by Google

beas veritatem, quanquam non mentiris nuptam: Nupſiſti enim Chriſto: illi tradidiſti carnem tuam, illi ſponſaſti maturitatem tuam. Incede ſecundùm ſponſi tui voluntatem, Chriſtus eſt qui & alienas ſponſas, & maritas velari iubet, vtique multò magis ſuas.

d Lib. cap 13. In cap. 16. Ezechiel.

Hactenus Tertullianus. Vndè videre eſt virgines æquè atque matronas, cum diſtinctione poſt paullò dicenda, velatas fuiſſe, quod etiam ex Epiſtola S. Hieronymi (ad Marcellam) patet ſatis. Vide quoque Cornel. à Lapide, qui inſuper ſcribit velamen in capite fuiſſe peplum ſericum, & ſubtile à capite ad talos ferè demiſſum, quo ſe totas operiebant virgines Hebreæ, atque etiam meretrices, quæ ſe virgines mentiebantur. Coniugatæ verò, peplo iſto omnia velabant præter faciem: & hoc per demiſſionem animi, auctore Plutar. *Deos*, inquit, *aperto capite adorauerunt, vel quod ea tectione animi demiſſionem oſtenderent, vel potiùs verentes, nè qua vox mali ominis foris accideret.*

Lib. 5.

Sed & illud obſeruatum cùm Deos ſuos, & illorum aras circuirent, velato id capite præſtitiſſe: quem morem tangit Lucretius:

> *Nec pietas vlla eſt velatum ſæpè videri, Vertier ad lapidem, atque omnes accedere ad aras,*
> *Nec procumbere humi proſtratum & pandere palmas, Ante Deûm delubra.*

Serm. 10.

S. Ambroſius: *Saxi mola eſt paganis Iupiter, Herculeſque lapideus, circa quos cæcis oculis frequenti errore circumeunt.*

Hactenus de Ritu velandi capita mulierum. Nunc de alia conſuetudine agamus per quam inſimulati de aliquo crimine, illud deprecabantur.

CAPVT LXI.

De varijs formis Purgationum apud veteres, & de hodierno iure purgationis.

PVrgatio alia erat aquæ feruentis, vel frigidæ, alia ferri candentis, vtraque vulgaris appellata, eò quod vulgus ferè pluribus in locis ijs olim vti ſoleret, ità quaſi miraculo quodam diuinitùs edito, ſuam nunc vltrò velle, nunc etiam cogi demonſtrare, vel innocentiam, vel nocentiam, ſeu noxiam, ſeu culpam, ſeu crimen, vt ſi quis de ſcelere quopiam grauiſſimè ſuſpectus, ac male paſſim audiens, eam ſui purgandi rationem, vel vltrò ſuſciperet, vel inuitus etiam ſuſcipere cogeretur ab hominibus barbaris. Intelligitur autem facilè quomodo, vel per aquam feruentem, vel per ferrum candens purgatio fieret, vt nimirum ſi talia nudo contrectans corpore, vel manibus, vel alijs membris, ſequeretur aduſtio, facinus obiectum perpetraſſe cenſeretur, pœniſque ſubderetur, quaſi legitimè conuictus.

Cap. vlt. de purg. vulg.

In d. c. vlt.

At non facilis eſt intellectus, quænam eſſet per aquam frigidam purgatio, niſi quod Abbas Panormitanus, alijque tradunt, quaſi per manus acceptum genus iſtud purgandi ſeſe ſic habere. Vas ingens, inquit Boët. Epiſcopo in cap. Relatum,

Ne Cler. vel Monach. nu. 12. homine purgando ſublimius, ac altius frigida replebatur; in illud homo nudus à ſummo, ſeu ſupernè per viros aliquot ſupra aquam illam ſuſpenſus, atque ſuſtentatus repentè demittebatur, qui ſi tam grauiter deſcenderet, atque tam profundè ferretur, & immergeretur, vt fundum vaſis illius contingeret, quaſi crimine ipſum deprimente, conuictus reputabatur, atque damnabatur: ſin adeò profunde non demergeretur, quaſi nullo crimine grauatus, aut preſſus reputabatur inſons. Quibus purgationum generibus nihil potuit eſſe ſtultius, nihil magis temerarium, nihil magis impium, vt in quibus & ipſe Deus tentari videbatur, ex cuius nutu, voluntateque (ſcilicet) iſtæ nugæ penderent, atque dirigerentur. Olim quidem Deus Optimus Max: in muliebris adulterij ſuſpicione per Moſaïcam legem, quoddam purgationis horribile genus propoſuerat: ſed illi tantùm populo ſibi peculiariter electo, tum propter naſciturum ex eo Meſſiam Chriſtum Dominum, tum quia duriſſimè ſuas alioquin vxores tractaſſent mariti, ſingulariter, atque miraculosè contra coniuges adulteras conſultum voluit: id quod in exemplum trahi neque poteſt, neque debet vnquam. Verùm violentæ iſtæ purgationes, & cum tentatione Dei coniunctæ, per iura Canonica è medio ſublatæ ſunt, exſtatque apud Baron. Stephani Papæ reſcriptum, quo reprobantur nugaces iſtæ purgationes.

Num. 5.

An. Chr. 890.

Aliam purgationis formam refert idem Baronius, quâ vſus Gregorius VII. Papa aduerſus Schiſmaticos, & nominatim Germaniæ Regem Henricum Romanæ Sedis hoſtem infeſtiſſimum. Nam vocato per Gregorium Miſſam celebrantem Rege coram vniuerſa adſtantium multitudine, cùm ſacratiſſimam Hoſtiam teneret, conteſtatus eſt eam ſe ſumere in iudicium criminum, quæ Schiſmatici aduerſus ipſum promulgaſſent: vt ſi innocens eſſet abſolueretur ab omni ſuſpicione; ſi verò reus, ſubitanea periret morte ac poſt illa terribilia verba, cùm idem partem Dominici corporis libertimè aſſumpſiſſet, populuſque in laudes Dei, innocentiæ eius congratulatus aliquamdiu clamaſſet, tandem impetrato ſilentio, conuerſus ad Regem, oblata ei reſidua Dominici Corporis parte, eandem æquè ei detuliſſet criminum obiectorum canonicam purgationem, ſed Rex inopinata re attonitus, & ad tam horrendi examinis neceſſitatem æſtuans, habito cum ſuis conſilio refugit illam purgationem, eo prætextu, quod abſentibus accuſatoribus ſuis, haud quidquam virium apud incredulos habitura eſſet, qualiſcumque pro tuenda innocentia ſua ſatisfactio. Atque hanc hiſtoriam his ipſis verbis narrat Lambertus Schafnaburg, quam affert in ſuis Annalibus Eminentiſſ. Cardinalis Baronius.

An. Chr. 1077.

Fuêre & alij Pontifices qui ſeſe purgarunt, ſed iuramento: qui ritus etiam manſit in Eccleſia, vt paſſim videre eſt in Decreto Gratiani, ſed & apud Platinam in Paſchale I. Damaſo, Symmacho Leone III, Sixto III. Pelagio I. quos conſtat ſeſe varijs modis purgaſſe.

An. Chr. 1077. 2. quæſt. 5.

Sed hodiè crimina obiecta diluuntur non ſolùm iuramento, ſed & per teſtes,

Cap. Accedens de purg. can.

Cap. Cùm dilectus d. tit. l. qui accuſare Cod. d. Edendo. c. Si legit. 2. q. 4.

Cap. Dilectus de purg. can.

Abb. & alij in c. Sollicitudines de purg. can.

qui cum Reo iurent eundem immunem à tali crimine, iureque iurando teſtes ſex, vel octo, aut plures, ſiue pauciores arbitrio Iudicis aſſeréntes ſe credere pro certo illum non commiſiſſe tale delictum. Verùm, ad hanc purgationem perueniendum non eſt, niſi cùm Reus publicâ laborat infamiâ, & crimen plenè probatum non eſt. Nam ſi alterum deſit, purgatione opus non eſt, ſed vel abſolutione, vel condemnatione. Teſtes autem purgatores eligere eos debent, qui eandem dignitatem, & conditionem habent quam Reus ipſe: Si verò tales non inueniantur, ſaltem eligendi ſunt viri probi, & exiſtimationis bonæ, qui vitam & mores ſuſpecti, ſeu infamati, non tam præſenti tempore nouerint, quàm præterito. Viles autem & plebæi homines, & malo genere nati, non ſunt damnandi vt ſe purgent, tum quia expurgatores non inuenient, tum quia huiuſmodi homines potiùs torqueri debent. Quod ſi fortè ad hanc purgationem damnentur, & bonos expurgatores non inuenerint, recipiendi erunt alij mediocres, nec defenſionis facultas eis denegetur. Ergò purgatio hæc, ad eos qui ſunt claris parentibus nati, aut honoribus eminentes magis pertinet.

Cap. Inquiſitionis de accuſation.

Cæterùm, qui deficit in probatione, pro conuicto habetur, & puniendus eſt pœnâ criminis, ſecundùm modum, quo cauſa eius acta eſt. Si accuſatus fuit, coërcendus eſt pœnâ ordinariâ; ſi verò inquiſitus, vel denunciatus, arbitrio Iudicum pœna moderanda eſt, ſumptibus tamen inquiſiti, vel accuſati: quia æquum non eſt, vt Fiſcus ferat iuſtas expenſas, Io. Bernard. in Praxi cap. 141. Iacob. Simanca in Enchrid. violatæ Relig. tit. 54. Atque hæc in gratiam ſtudioſorum antiquitatis, aliorumque quibus vſui in forenſi paleſtra hæc eſſe poſſunt.

CAPVT LXII.

Quæſitum, vtrum Salomon ſit in album Sanctorum relatus? diſcutitur affirmatiua, & negatiua, tandem declaratur rem in incerto verſari, & iudicio Eccleſiæ relinquendam eſſe.

SVbijt hîc animum cogitatio, an magnus ille Rex Salomon ſit inter Beatos? Cogitationi meæ, ac aliorum, vt faciam ſatis, proponam primam partem affirmatiuam, quæ conſtat his argumentis, ſaluo ſemper Eccleſiæ iudicio. Imprimis quamuis potentiſſimus, & ſapientiſſimus ille Rex grauiter Deum à quo tot beneficijs affectus erat, offenderit, vtens nimium familiariter impia mulierum alienigenarum conſuetudine, & amore, adeò vt illarum Idola excoleret, nihilominus cùm tandem vitæ anteactæ eum pœnituerit, vt plerique omnes cenſent, veroſimilius eſt eum Beatorum conſortio gaudere & adſcriptum eſſe.

Probatur primò, auctoritate D. Hieronymi, qui in Ezechielem ſcribit, quod licet Salomon peccauerit, tamen pœnitentiam egerit, & iterum in Eccleſiaſten ſic inquit: ***Dicunt Hebræi locum eſſe Salomonis pœnitentiam agentis.*** Inſuper Ambroſij

cens-

cenſura ſic inquientis: *Quid de Salomone? quem quoniam Iudæorum vulgus æſtimabat veniſſe pro Chriſto ne videretur eſſe ſupra hominem, corruit permiſſu diuino. Sed & Hebræorum ſcripta eum Sanctum nominant, vt à nobis de eius pœnitentia dubitationem tollant: Imò aſſerunt Hebræi Salomonem templum, quod ipſe ædificauerat, ingreſſum eſſe cum quinque virgis, ex quibus quatuor dedit totidem Legiſperitis, vt ab eis verberaretur, qui conſulto inter eos conſilio reſponderunt ſe in vnctum Domini manus non miſſuros. Itaque ſuo fruſtratus deſiderio, ſeſe exauctorauit, regnumque poſuit.*

Sed & hanc rationem nonnulli aſſerunt, quod ſi auctor reprobatus eſſet, conſequens videretur, vt eius dicta, & ſcripta reprobarentur. Vnde S. Gregorius: *Cuius enim vita deſpicitur*, inquit, *reſtat vt eius prædicatio contemnatur.* Cùm verò ſcripta Salomonis, & dicta per Eccleſiam approbentur, conſequens eſt, vt eius extrema vita approbetur.

Cap. Fraternitatis de Heret.
Homil. de Virgin.

Alia extant pœnitentiæ per Salomonem actæ teſtimonia, inquit P. Drexelius è Societate IESV in ſuo Opuſculo de Salomone: quam pœnitentiam credibile eſt cœpiſſe agere Anno Imperij ſui 39. duobus vltimis vitæ annis quibus ſcripſit tres libellos, ſcilicet Prouerbia, Cantica Canticorum, & Eccleſiaſten. In quibus publicam certè confeſſionem delictorum eſt legere. Agnoſcit lapſum, agit pœnitentiam, ambit veniam: Hinc illæ voces pompam & voluptatem deteſtantes: *Vanitas Vanitatum, & omnia vanitas*: Potuit Salomon idem quod Seuerus Imper. dicere: *Omnia fui, omnia expertus ſum, ſed nihil expedit. Omnia inania, vana, ventoſa, vacua, omnia nugæ, fumus, ſomnia.* Itaque credamus hæc horum expertiſſimis. Plura pro hac parte affirmatiuâ petat qui volet è P. Drexelio.

Accedit Magiſter Sententiarum exponens verba Nathan Prophetæ, Dauidem de Salomone alloquentis: *Stabiliam thronum regni eius, vſque in ſempiternum, & ero illi in Patrem, & ipſe erit mihi in filium.* Vnde infert ex hac promiſſione Salomonem ſaluum eſſe. Amplius, Gloſſa ordinaria, ſcribit eum quidem præ cæteris omnibus ſui temporis Deum grauiùs offendiſſe, adeò vt Idolis Concubinarum ſuarum thus dederit, templaque ijs in Vrbe Hieruſalem excitauerit, verùm poſteà ipſum tantorum pœnituiſſe ſcelerum; & in eâ pœnitentiâ librum Eccleſiaſten compoſuiſſe: in quo oſtendit apertè omnia vana eſſe & caduca, atque ità & ſe, & alios reuocat ab omni amore mundano. Denique, cùm miſericordia Dei ſit infinities, vt Theologi loquuntur maior quàm grauitas omnium peccatorum totius mundi, omniaque omnium peccata ad miſericordiam Dei, & merita Chriſti ſint adinſtar guttæ aquæ in immenſum ignem proiectæ, veroſimilius eſt Deum qui propter nomen ſuum, peccatis hominum propitiatur, ob eius anteriora merita, omnes ipſius culpas remiſiſſe.

Leſſius in Poſthum. Opuſc. de ſummo bono c. 3.

Atque hæc opinio affirmatiua licet probabilius fulciatur argumentis, lubet tamen alia argumenta contrariam partem adſtruentia examinare, quæ producit Eruditus in Chriſto Pater Cornel. à Lapide è Societate Ieſu ſcribens Proſperum, S. Cyprianum lib. 1. Epiſt. 5. Bellarminum, & alios, quos ibi appellat, cenſere illum eſſe damnatum.

In Eccleſiaſticum cap. 47.

Digitized by Google

Primò, quia Syracides aſſignat lapſum Salomonis, tacet verò eius pœnitentiam, quam non tacuit in lapſu Dauidis, dicens v.15. *Dominus purgauit peccata ipſius.* Idem facit Scriptura 3 Reg. cap. 11.

Secundò, quia ſi Salomon poſt lapſum verè pœnituiſſet, vtique debuiſſet deſtruere templa, & Idola à ſe fabricata: hoc autem non fecit: nam illa manſerunt vſque ad Ioſiam, ergò mortuus eſt in peccato & impœnitens.

In Pſalm. 126.

Tertiò, quia ideò Deus Salomoni tot opes, delicias, honores, omnemque mundi gloriam conceſſit, vt eum in hac vitâ remuneraretur, in alterâ verò puniret eius ſcelera tam enormia. Vnde S. Auguſtinus Salomonem reprobatum aſſerit. Sicut enim ſignum prædeſtinationis eſt affligi in hoc mundo, ità ſignum reprobationis eſt, bonis mundi affluere, iiſque intemperanter ſe immergere, ſicut fecit Salomon. Vnde B. Nilus, qui opinione magnæ ſanctitatis floruit anno Domini 976. *Rogatus an Salomon ſaluus eſſet?* Reſpondit: *De Salomone nihil vſpiam legimus in Sacra Scriptura, quod poſt peccatum pœnitentiam egerit, ſicut Manaſſes. Quis ergò dicere poterit de illo, quod ſaluus ſit?* Ita habet eius vita, quod & ſcribit Illuſtriſſ. Card. Baronius, & confirmatur ex illo Dauidis ad Salomonem: *Si quæſieris Dominum inuenies eum; ſi autem dereliqueris eum, proiiciet te in æternum.* Et paulò ante de eodem Salomone dicit Deus: *Firmabo regnum eius vſque in æternum ſi perſeuerauerit facere præcepta mea, & iudicia, ſicut & hodie.* Et alibi: *Si dereliquerint filij eius legem meam, &c. viſitabo in virga iniquitates eorum,* & non addit, *Miſericordiam meam non diſpergam ab eis, ſed non diſpergam ab eo,* id eſt, à Dauide, inquit ibi Bellarminus.

Anno Chr. 976.
1. Paralip. 28.
Pſ 88.

a Lib. 2. contr. Iouinian.
b Lib. 2. Apolog. Dauid. c 3.
c In Pſal. 52.
d Catheckiſ 2.
e Epiſt. ad Ianuar.

Alij tamen, cum S. Hieronymo a, Ambroſio b, Hilario c, Cyrillo d, & Bacchario e, qui fuit coæuus S. Auguſtino, mitiùs loquuntur, benèque de Salomonis pœnitentiâ, & ſalute confidunt, atque coniecturas afferunt probabiles, ità Delrio, Barradius, & fusè Pineda. Nam de eius pœnitentiâ ipſe de ſe iuxta LXX. Interpretes ὕστερον ἐγὼ μετανόησα ἐπέβλεψα τοῦ ἐκλέξασθαι παιδείαν. id eſt, *nouiſſimè egi pœnitentiam, & reſpexi vt eligerem diſciplinam.*

Prouerb. cap 24.
Præfat. in Eccleſiaſten, cap. 2.

Denique, tertij inter vtramque ſententiam inuicem oppoſitam incedunt medij, ac de eius ſalute dubitant, neutram vt in partem inclinare velint. Hi ſunt Hugo à S. victore, Hoſtienſis, Panormitanus, Innocentius, Archidiaconus Turrecremata, Feuardentius, Pamelius, & alij quos citat, & penè ſequitur Lorinus. Vrgent ſecundi illud Dei de Salomone promiſſum, *Miſericordiam autem meam non auferam ab eo.* Pſal 88. v. 34. licet de Dauide illud dictum ſcribat doctiſſ. Bellarminus vt ſuprà diximus; alij tamen hanc miſericordiam non intelligunt de Salomonis ſalute, ſed de Regni eius, & proſapiæ regalis propagatione: Subdit enim *ſicut abſtuli à Saül, quem amoui à facie mea; ne coram me regnaret,* ſurrogans ei Regem Dauidem, oculis meis placentem, ac præcedit; *Et ſtabiliam thronum regni eius vſque in ſempiternum.* Propter Dauidem enim merita, promiſerat Deus, ſe progeniem eius in regno perpetuaturum, nec propter Salomonis demerita ſe pollicitationem hanc reſciſſurum.

Vt-

Vt vi ſit, hominibus incertam & dubiam Salomonis ſalutem voluit eſſe Deus, inquit Cornel. à Lapide, vt omnibus metum ſanctum incuteret, doceretque fugere mundi delicias, & pompas, quaſi periculoſas, & ad peccatum illices; Hæc ſatis de Salomone cuius iudicium & definitionem Eccleſiæ Catholicæ cum multis doctis & ſanctis viris lubens relinquo. *In Eccleſiaſticum cap. 47.*

Licet tamen propendeam magis, ſaluâ pace negantium, in dictam affirmatiuam ſententiam, propter exuperantem Dei clementiam, cuius natura bonitas, cuius opus miſericordia, & cuius proprium eſt miſereri, vt teſtatur Eccleſia quæ falli non poteſt, præterquam quod Salomon fuerit ſingulariter à Deo dilectus. Nam 2. Reg. 7. dicit de illo Deus: *Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium.* Et cap. 12. *Vocauit nomen eius Salomon, & Dominus dilexit eum, miſit in manu Nathan Prophetæ, & vocauit nomen eius Amabilis Domino, eò quod Dominus diligeret eum.*

CAPVT LXIII.

Rurſum de Salomone vtrùm ille fuerit ſapientior Adamo?

SAlomonis mentione lubet animi causâ quærere, an is fuerit ſapientior Adamo? Affirmantibus adſtipulari videtur diuina ſcriptura, faciens Salomonem ſapientiorem omnibus hominibus, qui eum anteceſſerant, quique poſt eum futuri erant. Sic enim loquitur Deus cum Salomone: *Dedi tibi cor ſapiens, & intelligens in tantum, vt nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit.* Quo ſcripturæ loco inductus doctiſſimus ille Toſtatus non dubitauit aſſerere Salomonem fuiſſe Adamo ſapientiorem. Cui tamen minimè aſſentitur P. Pererius in Geneſim, quin potius exiſtimat Adamum omni genere ſcientiæ ac ſapientiæ humanæ præſtantiorem fuiſſe; tum quia Adam creatus eſt in ſtatu innocentiæ, hoc eſt perfectiſſimo, tum quia ipſe tam corpore quàm animo perfectiſſimus fuit, perfectio igitur ſcientiæ, quæ eſt hominis propria, magis decebat ſtatum illum hominis perfectum, & magis conueniebat Adamo, quàm Salomoni: tum etiam quod perfecta ſcientia rerum naturalium non tam neceſſaria, aut vtilis futura erat Salomoni, quàm Adamo, qui primus futurus erat Magiſter humani generis, primuſque omnium diſciplinarum doctor, & qui naturas rerum quas nunc ignoramus, ante peccatum nôrat, quod ſatis apertè colligitur ex Cap. 2. Geneſ. *Lib. 3. Reg. c. 3.* *Lib. 5. c. 9.*

Quod autem Scriptura Salomonem excelluiſſe ſcientiâ omnes qui ante eum fuerant teſtatur, nec huic opinioni aduerſari videtur, ſi hac conciliatione & epikeiâ vtamur Pererij. Primò, Salomonem fuiſſe ſapientiorem omnibus, vno tamē excepto Adamo: non enim rarò vniuerſalis locutio ſcripturæ, nō vniuerſaliter accipienda eſt, ſed vt plurimum, & maximâ ex parte. Vel fit comparatio Salomonis cum omnibus alijs hominibus, qui proprio ſtudio, induſtriâ, vigilantia, & diligē-

tia

Digitized by Google

tiâ ſapientiam ſunt adepti, extrà quorum numerum eſt Adamus, qui eam ſibi diuinitùs inditam habuit: namque velimus nolimus, ex illâ generali ſententiâ Dominum noſtrum Iesvm Christvm excipere eſt neceſſe. Vel alio modo dictus eſt Salomon ſapientior omnibus, non quidem ſimpliciter omnibus hominibus, ſed omnibus Regibus, & Principibus, qui ante eum præfuerant Hebræo populo, aut etiam quibuslibet gentis Hebrææ qui doctrina vllo tempore excelluerunt Hieroſolymis. Quam interpretationem valdè probabilem facit, quod de ſe ipſemet Salomon ſcripſit, ſub finem primi capitis libri Eccleſiaſtæ. *Ecce*, inquit, *magnus effectus ſum, & praceſsi omnes ſapientia, qui fuerunt ante me in Hieruſalem*. Vel denique, Scriptura non loquitur de ſapientia, quæ eſt ſcientia ſpeculatiua rerum naturalium, & diuinarum, ſed de ſcientia politica, quæ eſt prudentia benè regendi, ac moderandi Ciuitates, ac populos. Et hæc interpretatio fidem capit ex Sacra Scriptura, quæ illo ipſo loco narrat Salomonem petijſſe à Deo non ſcientiam rerum naturalium, ſed prudentiam regendi populum Hebræum, hæc enim itâ loquentem facit Salomonem: *Dabis Domine ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poßit, & diſcernere inter bonum, & malum: quis enim poterit iudicare populum iſtum, populum tuum hunc multum?* Et Deus reſpondit ei: *quia poſtulaſti verbum hoc, & non petijſti tibi dies multos, nec diuitias, nec animas inimicorum tuorum, ſed poſtulaſti tibi ſapientiam ad diſcernendum iudicium: ecce feci tibi ſecundùm ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens, & intelligens, in tantum, vt nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit*, quæ tamen intelligenda eſſe nedum de doctrina politica, verumetiam de ſcientia rerum naturalium ſpeculatiua, docet idem Peter, per textum lib. 3. Reg. cap. 4.

CAPVT LXIV.

Vtrum Chriſtus Dominus flagro quod in Templo parauerat, eiecerit homines negotiatores, an verò tantùm animalia?

Matt. 2. Ioan. 2. Luca 9. SI factum iſtud Chriſti Domini quod recenſent Sancti Euangeliſtæ penitùs nonnulli perpenderent, tam facili auſu in locis illis ſacris non vacarent ambulationibus & ſermocinationibus nugatorijs, adeòque confabulationibus.

Quanto enim opere diſplicuerit Chriſto Domino templi profanatio per negotiationes tam nummulariorum, quàm animalium venditiones, quæ alioqui Sacrificijs ſeruiebant, ſatis ſuperque patet, dum is flagello è funiculis facto, maximo zelo negotiantes è templo, id eſt, eius atrio tam homines, quam animantia vi maxima exegit. At dubitant hic plerique, an homines flagello iſto eiecerit, an verò ſolum animalia? Ianſenius Epiſcopus Gandauenſis quæſtionem hanc mouet, & iuſta iudicij trutina ponderata, tandem probat Chriſtum flagel-

In Cõcord. Euangel.

gello homines non abegiſſe, ſed tantùm boues, & oues. Siquidem cùm dicitur in Textu ſacro, Dominum flagello facto eieciſſe omnes de templo, dictionem *Omnes*, non referri debere ad homines autumat, ſed oues, & boues. & quidem non eieciſſe vendentes, aut ſaltem flagello non abegiſſe, manifeſtiùs ex eo patêre, quod vendentibus columbas dixerit: *Auferte iſta hinc, &c.* Hoc enim demonſtrat manſionem eorum qui columbas vendebant, poſt eiectionem ouium, & boum: flagello quidem vſus fuerit ad eijciendum oues, & boues, ſed ad eijciendum columbas inutile erat flagellum (concluſæ enim erant in ligneis caueis, vt moris eſt) ideòque monet venditores earum: *Auferte iſta hinc*; quaſi dicat: Oues, & boues ego eieci, vt vidiſtis, vos ergò ſimiliter tollite iſta hinc. Notandum enim quod quia iuxta mandata legis in auguſtiſſimo illo toto orbe templo Domini (vt ſcribit S. *In cap. 21. Matth.* Hieronymus) de cunctis penè regionibus Iudæorum illuc populo confluente, innumerabiles immolabantur maximè feſtis diebus, hoſtiæ taurorum, arietum, hircorum: pauperibus, nè abſque ſacrificio eſſent, pullos columbarum & turtures offerentibus, accidebat plerumque vt qui de longè venerant non haberent victimas. Excogitauerant igitur Sacerdotes quomodo prædam de populo facerent, & omnia animalia quibus opus erat ad ſacrificia, venderent non habentibus, & ipſi rurſùm empta ſuſciperent. Hanc ſtropham eorum crebra venientium inopia diſſipabat, qui indigebant ſumptibus, & non ſolùm hoſtias nou habebant, ſed nè vnde emerent quidem aues, & vilia munuſcula. Poſuerunt itaque nummularios, qui mutuam ſub conditione darent pecuniam, ſed quia erat lege præceptum, vt nemo vſuras acciperet, & prodeſſe non poterat pecunia fœnerata, quæ commodi nihil haberet, & interdum ſortem perderet, excogitauerant & aliam technam, vt pro Nummularijs collybiſtas facerent. Itaque Chriſtus Dominus videns domum profanari, eiecit omnes vendentes, & ementes boues, & oues, & columbas, dicens illis è Scripturâ Sacrâ teſtimonium, quod Domus Patris eius orationis domus eſſe deberet, non ſpelunca latronum, vel domus negociationis. *Latro eſt*, inquit Hieronymus, *qui lucra de religione ſectatur*, *cui inter omnia Domini ſigna hoc viſum eſt mirabilius, quod homo tantoperè contemptibilis*, inquit, *illo tempore Scribis, & Phariſais ſæuientibus, vno flagello tantam potuerit eijcere multitudinem: igneum enim quiddam, & ſydereum radiabat ex oculis, & Diuinitatis Maieſtas lucebat in facie.* Vide Ianſenium & Emanuelem Sa, qui plura hac de re.

* * *

CAPVT LXV.

An vnctio Regum imprimat characterem? & an Reginæ inunganturꝰ Formula inungendi Reges.

Cap. 4. & 5. QVoad priorem propoſitionis partem, dicimus cum Alexandro Patricio Theologo in ſuo Marte Gallico, vnctionem huiuſmodi non imprimere characterem. Vocamus autem characterem ſignum quoddam ſpirituale, & indelebile, ſeu vt alij, poteſtatem quandam ſpiritualem, quæ indelebiliter à Deo imprimitur in animæ potentiâ rationali, ſcilicet intellectu quæ adeò indelebilis

VIII. Cant. 17. eſt, vt nequidem mortalitate expletâ auferatur. Nam vt loquitur Concilium Toletanum, *Quod ſemel infixum eſt, euelli nequit, & manet omnimodè inconuulſum*, licet conſtet plures Reges bi., ter vè vnctos, & coronatos. Nam vt vtar verbis eiuſdem Alexandri, de Pipino teſtantur Hiſtorici, eum primò à Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino vnctum, & coronatum eſſe. *Pipinus Rex Francorum appellatus eſt, & ad huius dignitatem honoris vnctus ſacra vnctione manu Sanctæ memoriæ Bonifacij*. Quod ipſum Annales Francorum, Fuldenſes, Reginus in Chronico, & recentiores vnanimiter verum eſſe agnoſcunt. Triennio verò circiter poſt, à Stephano Papâ, de quo idem ſtatim ſubijcit. *Is poſtquam à Rege Pipino Eccleſia Romana defenſionis firmitatem accepit, ipſum ſacra vnctione ad Regiæ dignitatis honorem conſecrauit.* Cui

(Adel Continuat anno.nu. 730.)

Anno 781. ijdem, qui antè citati ſunt, adſtipulantur. Exemplum Patris, Carolus Magnus in filijs ſuis imitatus eſt. Nam vt Adelhelmus, *Baptizauit Pontifex* (Adrianus) *filium eius Pipinum, vnxitque eum in Regem, & Ludouicum fratrem eius, quibus & coronam impoſuit*: Pipino ſcilicet Italiæ, Ludouico Aquitaniæ, teſte Reginone. Quem Pipinum tamen Sigonius, & Faucerus à Leone Pontifice Carolum Imperatorem inaugurante, iterum Regem Italiæ vnctum eſſe tradunt, Ludouicum verò Regem Aquitaniæ Stephanus Papa, qui Leoni ſucceſſerat, poſteà Rhemis, *Celebratis ex more ſolemnijs, diadematis impoſitione, coronauit*: Quo tota illa inaugurationis, & vnctionis ceremonia comprehenditur. Quid quod ipſe Carolus Magnus bis inunctus, & coronatus fuit? Nam præter Adelhelmum, Annales Fuldenſes conceptis verbis dicunt: *Stephanus duos filios eius* (Pipini) *Carolum, & Carolomannum ſacra vnctione vnxit in Reges*. Et idem poſteà à Leone Pontifice in Miſſarum ſolemnijs Imperator coronatus eſt, vnctione à capite ad pedes vſque ſuperfuſa, iuxta antiquum Iudaïcæ conſecrationis ritum, De quò Poëta Græcus:

Οὐ μὴν ἀλλὰ χρῖ Θάμυνος τῷ νόμοις ἰουδαίων,
Κάκκεφαλῆς μέχρι ποδῶν ἐλαίῳ τοῦτον χρίει·
Cæterùm, Iudaïcis etiam ritibus vſus
A capite vſque ad pedes eum perfundit oleo.

For-

Formula autem inungendi Franciæ Reges hæc erat: *Vngo te in Regem de oleo ſanctificato in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti:* Quæ formula deſumpta eſt ex Cæremoniali Romano, in quo nulla prorſus fit characteris mentio, additurque inter alios ritus, & iſte, dum gladio Regem accingit Pontifex. *Attende*, inquit, *quod Sancti non in gladio, ſed per fidem vicerunt Regnum.* Et diadema capiti imponens: *Accipe*, inquit, *coronam Regni, quam ſanctitatis gloriam, & honorem, & opus fortitudinis ſignificare intelligas:* Et ſceptrum tradens: *Accipe virgam virtutis, & veritatis, qua intelligas te obnoxium mulcere pios, terrere reprobos.* Iſtique ritus nedum Franciæ Regibus, vt apertè oſtendit Patricius, verumetiam pleriſque alijs Regibus adhibebantur. *De vnctione Reg.* *de Regno cap. 9. & 10.*

Quo verò ad alteram propoſitionem, Reginas non paucas inunctas, idque ad ſpiritualem, & ſacram magis cæremoniam, ac ſolemnem inaugurationis ritum, quam ad characteris impreſſionem fuiſſe conſtat, veluti in Clementiâ Filiâ Alphonſi Regis Hiſpaniæ, vxore ſecundâ Ludouici iunioris, Margaretâ vxore Sancti Ludouici alijſque plurimis. Satis dictum ſit in re non omnibus patente.

CAPVT LXVI.

Rurſum de Inaugurationibus, & Vnctionibus Regum, atque Pontificum apud Iudæos.

VIcino deflexu tractemus de vnctione Regum Hebræorum, quam dicimus proceſſiſſe ab ipſo præcepto diuino, quo conſtat Moyſi Tabernaculum ædificanti mandaſſe Deum, vt ſacrum conficeret vnguentum, quo poſteà Sacerdotes, ac Reges inungerentur. Hinc increbuit mos ille, vt quemadmodum Romanis Imperatoribus, inquit Lactantius, indumentum purpuræ inſigne erat regiæ dignitatis initæ, ſic Hebræis vnctio ſacri vnguenti nomen ac poteſtatem regiam conferret. Quapropter Aaron, qui fuit primus Pontifex cum iure ſucceſſionis à Moyſe vnctus eſt; & poſteà Saül qui fuit primus Rex Hebræorum à Samuele Prophetâ etiam vnctus fuit, vt clarum eſt videnti ſacrum Codicem.

Sed quæſtionis eſt, quis ritus fuerit in inauguratione Regum iſtorum? R.P. Martinus Becanus octo ceremonias interueniſſe refert; quarum prima; Futurus Rex in throno, ſeu ſolio collocabatur; Secunda vngebatur à Summo Sacerdote; Tertia, ponebatur Diadema ſuper caput eius; Quarta, dabatur illi in manus liber Deuteronomij in quo lex erat ſcripta; Quinta, iurabat in Legis obſeruationem; Sexta clamabatur à populo *Viuat Rex*, Septima, fiebant ſacrificia omnis generis; Octaua, edebantur varia lætitiæ & approbationis ſigna. *Analog. Vet. & No. Teſtam. c. 7. queſt 6. 3. Reg. 1. & 2. Paral. 4 Reg. 11. Paral. 23.*

Cæterùm, hanc inter vnctionem Regum, & Pontificum differentiam ponunt. Primò, quod omnes Pontifices ex præſcripto legis vngebantur, & niſi vncti eſſent, *2. Paral. 1. Reg. 12. 15. & 3.*

Exod. 29. Leuit 8. d. c. 29.

ſent, non admittebantur ad officium Pontificale : at nullum exſtabat præceptum Dei, quo omnes Reges ad vnctionem adſtringerentur. Secundò, Pontifices ſemper vngebantur publicè coram populo apud Tabernaculum Domini : at Reges aliquandò priuatim, aliquando publicè, vt dictum eſt. Tertiò, Pontifices vngebantur oleo ſancto, id eſt, vnguento compoſito ex oleo, myrrhâ, cinnamomo, calamo, caſiâ; at Reges oleo ſimplici, id eſt, non compoſito ex ſupradictis aromatibus. Quod licet aliqui negent, tamen hoc verius eſt, quod pluſculis argumentis probat idem Becanus, quem prolixius ſuper hac re differentem, ſi lubet videto.

CAPVT LXVII.

De iure Sepulchrorum Rom. deq; eorum religione, ac Circuitionibus.

Lib. 3. §. 5 de Sepul. viol.

INtra muros Ciuitatis Romæ ne quiſquam ſepeliretur Lege olim XII. Tab. cautum erat. *In Vrbe*, inquit, *nè ſepelito, neve vrito.* Itaque veterum ſepulchra in agris fuiſſe ex Vlpiano compertum habemus, qui memoriæ prodidit Adrianum Imper. pœnam ſtatuiſſe aureorum quadraginta in eos qui in Ciuitate ſepulchrum feciſſent, quam Fiſco inferri iuſſit. Dio notat legem apud Romanos latam, nè mortui intra duo millia paſſuum in Vrbe cremarentur, quod quidem fuit olim priuilegium Gallicarum Ciuitatum. Nam in Concilio Bracar. Can. 4. *Si firmiſſimum hoc priuilegium retineant Galliæ Ciuitates, vt nullo modo intra ambitum murorum Ciuitatum cuiuslibet defuncti corpus ſit humatum, quantò magis venerabilium Martyrum debet reuerentia obtineri?*

Burchar. lib. 3. de Eccleſ. decret. L. penult. C. de ſepul. viol. In Roſc.

Cæterùm, tanta erat apud veteres Sepulchrorum cura, vt Athenienſes etiam bello peremptos, ſi quis Dux honeſtare Sepulchra neglexiſſet, capite plecteretur: piaculum enim erat Sepulchrorum violare Religionem, teſte Paulo ICto. *Qui*, inquit, *corpus perpetuæ ſepulturæ traditum, vel ad tempus alicui loco commendatum nudauerit, vel Solis radijs oſtenderit, piaculum committi, atque ideò ſi honeſtior ſit, in inſulam, ſi humilior, in metallum dari ſolet.* Sed & Pomponius ſcribit: *Dominus fundorum, in quibus Sepulchra fecerint, etiam poſt venditos fundos adeundorum ſepulchrorum ius eſſe.* Itaque Cicero conqueritur publicatis Sex. Roſcij bonis nè iter quidem ad ſepulchrum patrium filio eſſe relictum. *Sepulchri autem violati actio*, inquit Vlpianus, infamiam irrogat, adeòque piaculum erat iuxta, aut ſupra monumentum habitare, nè conuerſationis humanæ attactu corpora defunctorum polluerentur.

Cæterùm, quàm magnifica fuerint Sepulchra Magnatum, hinc collige, quod in Vrbe non deerat columnarum, ſeu pyramidum copia vſquaque ſplendentium, deindè, niteſcebant ſigna, ac tabulæ, &c. *Columnarum ratio*, inquit Plinius, *erat attolli ſupra cæteros mortales, quo cæteris eminentiores faſtigio iſto extollerentur*: Sed luxuriem iſtam Sepulchrorum coërcuit lex, quâ ſancitum, ne quis Sepulchrum

chrum faceret operoſius, quàm quod decem homines efficerent triduò, neve Hermas liceret imponi.

Verùm, Imperatorum Sepulchra ab alijs diſtinguebantur, nomine, & loco, Illa enim *Mauſolea* dicebantur, & in Vrbe locabantur eaque, magnificentiſſima; iſta verò priuatorum Sepulchra in aruis ſiue fundis. Licet priſco æuo præſigni magnificentia extruerentur, ſed coërcitus poſteà luxus iſte, vt dictum fuit.

Atque ritus iſte, Hebræis quoque receptus. Nam de Ioſue, ſic loquitur ſacer Codex: *Ioſue mortuus eſt, ſepelierunt que eum in finibus poſſeſſionis ſuæ in Tamnathara, quæ eſt ſita in monte Ephraim.* *Ioſuè cap. vlt.*

Simplicitas Chriſtiana tumulatos in cryptis, ſeu earum lateribus, aut valuis Eccleſiarum (vt etiamnum videmus in Vrbe, & plerìſque Belgij locis) ſine vlla inſcriptione ſepeliebat: contrà Ethnici qui in Excelſis, teſte Virgilio:

Monte ſub hoc lapidum tegitur Baliſta ſepultus.

Suetonius: *In Monte ſummo vbi Veſpaſiorum complura monumenta*, adde Silium Italicum: *Veſpaſ. c. 1.*

Indepetit tumulum ſummo quem vertice montis
Amphitryoniades ſpectandum ex æquore nautis
Struxerat, & grato cineres decorarat honore.

Quod intellige de Magnatibus qui virtutis cauſâ conſequebantur ius ſepulturæ in Vrbe, vti teſtatur Cicero de Valerio Publicola, & P. Poſthumio Tuberto, de quibus ille lib. 2. de legibus, & nos alibi diximus Centuria 1.

Animaduerſum quoque Gentiles ſepulchra atque tumulos circuiuiſſe religionis ergò, Appianus, *Pedites*, inquit, *& equites per turmas in orbem decurrentes, cum armis barbarico ritu illum laudabant.* Suetonius quoque, *Cæterum*, inquit, *exercitus honorarium ei tumulum excitauit, circa quem deinceps ſtato die quotannis miles decurreret.* Nota ergò alium ritum circumcurrendi, ſeu circuitum agendi circa ſepulchra, qui mos poſteà defluxit ad primores Chriſtianos, præſertim circa tumulos Martyrum, quod colligitur ex his S. Hieronymi verbis, explicantis locum illum Prophetæ: *Et eccè murus forinſecus in circuitu domus vndique, & in manu viri calamus menſuræ ſex cubitorum & palmi, & menſus eſt latitudinem ædificij calamo vno, altitudinem quoque calamo vno.* Mox Sanctus noſter enodat de ſe loquens: *Dum, inquit, eſſem Romæ puer, & liberalibus ſtudijs erudirer, ſolebam cum cæteris eiuſdem ætatis, & propoſiti diebus Dominicis ſepulchra Apoſtolorum, & Martyrum circuire, crebroque cryptas ingredi, &c.* *In funere Viriati.* *In Claud. cap. 1.* *In cap. 4. Ezechiel.*

Hunc portò ritum videntur ſequi pleræque Eccleſiæ apud Nos, in quibus ſolent fideles ſepulchra Martyrum, aut eorum reliquias circuire, adeòque tempore Iubilæi ipſam Domini Crucem, vt ſæpè vidimus in Eccleſia Cathedrali Leodieñ. alijſque, quâ de re paulò poſt dicemus. *Cap. 71.*

Qq 3 CAPVT

CAPVT LXVIII.

De reuerentia apud priſcos, Templis, & delubris exhiberi ſolita: quod teſtimonijs Paganorum, & Catholicorum comprobatur. Fontes in illorum veſtibulis. Cultus Martyrum in templis Chriſtianorum. Templa Gentilium Delubra dicebantur.

A Cæcâ illâ & Cymmerijs vt aiunt tenebris obſcuriore veterum religione exordiar, à Gentilibus inquam, apud quos in vſu poſitum erat, vt templorum limina non niſi nudis pedibus attingerent, teſte Lyrano. Sed quæ illis veneratio? Audi Senecam: *Si intramus templa, compoſiti, ſi ad Sacrificium acceſſuri, vultum ſubmittimus, togam adducimus, & in omne argumentum modeſtiæ fingimur, &c.* Imò, quod mirum videri debet veſtibulis ſuauium apud illos dari ſolitum, caputque attundere, ſi Poëtæ credimus:

Exodi 3. Iuſtinus Martyr Apol. 2. Natura liũ quæſt. 7. c. 30. Tibullus lib. 1. Eleg. 2.

Non ego ſi merui dubitem procumbere templis,
Et dare ſacratis oſcula liminibus:
Non ego tellurem dubitem perrepere ſupplex,
Et miſerum ſancto tundere poſte caput.

Orat. 19. Quem morem in primos naſcentis Eccleſiæ Chriſtianos deriuaſſe è ſcriptis D. Gregorij Nazianzeni notat magnæ vir eruditionis R. P. Iacobus Lobberius Societ. IESV, popularis meus: ſolebant enim ad limina templorum procumbere, deoſculari, & preces inibi fundere: *An non vides,* inquit S. Gregorius Nazian. *quot homines templi, huius veſtibula deoſculantur; hi quidem proni, capitibus abiectis, alij verò manu contingentes tum eandem admouentes ori?* Nec putes aliquos è multis templa ſic coluiſſe, & obſeruaſſe; nam & primæ notæ, adeoque Principes ipſos id genus pietatis vſurpaſſe, docet Prudentius Poëta Chriſtianus:

In ſuo Specul. Eccleſiaſt.

Ipſa & Senatus lumina Quondam Luperci, & Lamines
Apoſtolorum, ac Martyrum, Exoſculantur limina.

Imò, quod ſubijcit idem P. Lobberius in ampliſſimo totius orbis dominatu, quod in purpura, ſceptroque ſuſpicias, animaduerſum eò Auguſtos religionis veniſſe, vt multum honoris, ac gloriæ dari ſibi exiſtimarent, ſi ad ipſa templorum veſtibula glorioſos cineres, & ſanctarum mentium exuuias poſuiſſent, & in ijs ſepulchrum inueniſſent. Appello Auguſtos manes, duo inquam Orbis Chriſtiani lumina, *Conſtantinum, & Conſtantium,* quos diſerto ſtylo ità expreſſit Chryſoſtomus: *Conſtantinum,* inquit, *magnum, magno ſe honore affecturum exiſtimauit eius filius* Conſtantius, *ſi* (Conſtantinopoli) *in veſtibulis Baſilicæ Piſcatoris parentem collocaret, vt quod in regijs ianitores ſunt Regibus, id in ſepulchro Reges ſint Piſcatoribus. Et illi quidem veluti ipſius loci Domini intus habitant; hi verò tanquam accolæ ac vicini præclarè ſecum agi putant, ſi ianua ipſis aſſignetur veſtibularis.* Hactenus ille; qui rurſum in Opuſculo illo cui nomen

Hom. 26. in 2. ad Cor.

men

men dedit, *Quod Chriſtus ſit Deus: Roma*, inquit, *quæ Vrbium eſt regaliſſima, relictis omnibus ad ſepulchra Piſcatoris currunt Reges, & Præſides, & Conſtantinopoli Reges noſtri magnam gratiam putant, non ſi prope Apoſtolos* (quorum particulam reliquiarum tantùm habebant, eodem Chryſoſtomo teſtante) *ſed ſi, vel extra eorum veſtibula corpora ſua ſepeliantur, fiantque Piſcatorum oſtiarij Reges*: Ità ille. Sed proh pudor! noſtrâ ætate, haud vllus eſt qui non vult in ædes ſacras, adeòque ante Aras inferri, humarique.

Hom. 32. in Epiſt. ad Rom.

Modò redeo ad reuerentiam quæ ſub initia naſcentis Eccleſiæ Romanæ templis habebatur. Caſſianus grauis auctor, narrat Ægyptios Monachos etſi conueniſſent numero longè maximo, tamen eam ſilentij ſeruaſſe legem, vt præter illum qui pſalmum decantabat, audiretur nemo, imò nullus omninò adeſſe putaretur. Non ſputum, non excreatio, non tuſſis, non gemitus, non ſuſpiria, non vox vlla alia reſonabat. Crederes eſſe te in auia ſolitudine inter ſilentia nemora, mutas rupes, elingues ſaltus, adeò exactum, ac reuerens, tota illa concione ſilentium, & modeſtia ſuſpicienda. Quod firmari etiam poteſt Liberij Summi Pontificis exemplo, qui cùm in frequenti, lectiſſimaque procerum corona B. Marcellam D. Ambroſij ſororem caſto velo inumbrauit, inter alia religioſæ vitæ, morumque documenta, & illud inſcripſit, nec ſpuendum, nec tuſſiendum, nec ridendum in ijs locis, in quibus ſacratioribus cæremonijs Deus coleretur. Hoc fuit tanti Pontificis effatum cedro dignum: *Tu in miniſterio Dei, gemitus, ſcreatus, tuſſes, riſus abſtine.* Quod quidem acceptum refero à R. P. Lobbetio in ſuo Speculo Eccleſiaſticorum.

Lib. 2. c. 2.

S. Ambr. lib. 3. de Virgin.

Quid quod ipſimet Imperatores in veſtibulis templorum Diademata ſua ponerent? teſtor Theodoſium Imperatorem, qui ſic de ſe ipſe. *Nos qui legitimi Imperij armis nunquam non circumdamur, quoſque ſine armatis ſtipatoribus eſſe non conuenit, Dei Templum ingreſſuri, foris arma relinquimus, & ipſum etiam Diadema Regia Maieſtatis inſigne humiliter deponimus, & ſacra Altaria munerum tantùm offerendorum cauſa accedimus, quibus quoque oblatis ad extimum communeque atrium mox nos recipimus.* Ità ille.

In Concilio Epheſino.

Summè itaque tunc erant verenda, & admiratione digna templa.

Quid quod illorum pauimenta capillis verrerent? Moueor Mamertini ſcripta: *Matres Italæ penſa manibus abiecerunt, paruos liberos abreptos ad templa traxerunt, ibi ædes ſacras capillo ſuo, quaque verrebat.*

Panegyrico ad Maximianum Cæſ.

Et metro alterius Poëtæ:

Hæ lacrymis ſparſere Deas, hæ pectora duro
Adflixere ſolo, laceraſque in limine ſacro
Attonitæ fudere comas.

Lucan. Lib. 1.

Quâ de re vide infrà cap. ſeq.

Diſce quoque in Decretis Apoſtolorum poni à Clemente Papâ, vt Diaconi, antequam Miſſa inciperetur inclamarent: *Stemus erecti Domino, cum metu, & tremore*

Lib. 8. cap. 12.

ad

Digitized by Google

ad offerendum. Et Pagani ipſi, vt rerum futurarum præſcij eſſent ſuperſtitione quadam in templis pernoctantes ſciſcitabantur.

Ad reuerentiam quoque pertinet, quod olim fontes ex aduerſa templi fronte perfluenti aqua redundantes poſiti, quibus omnes qui in ſacros templi ambitus introeunt ſordes corporum abluant. Ità Euſebius: quem etiam morem perſtrinxit Paulinus Poëta Chriſtianus: *Lib 10. cap. 4. Epiſt. 31*

Sacra nitens famulis interluit atria lymphis
Cantharus, intrantumque manus lauat amne miniſtro.

Quâ de re poſteà proprio capite dicemus.

Cap. lxxxv. Cæterùm, quod in templis magnam afferret venerationem, cultus aſſiduus Martyrum, eorum reliquiæ in interiori altarium parte ponebantur, extabat enim vti etiamnunc in illis feneſtella, ſiue foramen, per quod reliquiæ infererentur, & ad ſanctificationem velamina dimitterentur, & tacta in honore, & pio cultu haberentur, ſuper quo videatur Baron. in Annal. *Tom. 2. An. 416.*

Verùm, in quo diſtarent templa Gentilium ab Eccleſijs Chriſtianorum conſule eundem Baron. tom. 2. Annal. vbi, inquit *Gentilium templa*, dici *delubra*, & ampliſſimis ædificiorum ſtructuris exornata: *Eccleſias* verò ante tempora Conſtantini Imper, fuiſſe Oratoria exigua, in quibus ipſi aſſiduè ſacris operabantur. Cæterùm, nullum unquam fuiſſe tempus ab exordio Religionis Chriſtianæ, quo non ſint vſi Eccleſijs, apertè docet idem Baronius. Modò liceat proferre materiam hanc pietatem redolentem ad ſequentem ſectionem. *An. Chriſti 111. Tom. 4. An. 57.*

CAPVT LXIX.

Rurſum de cultu templorum, & maximè apud priſcos Iudæos. De Hieroſolymitano Templo, quo tempore illud ædificatum, nefas loqui in Templorum veſtibulis, oſcula ijs dabantur etiam apud Ethnicos, &c.

Orat. 9. TAnta erat Templi Salomonis ſanctitas, & reuerentia tanta, teſte D. Gregorio Nazianzeno, vt nè parietes quidem (vtar verbis R. P. Lobbetij) attingere populo licuerit. Quam ob cauſam alij quidam, veluti profani parietes ædificati ſunt, qui ſacros illos contegerent. Neque tantùm in lætiore fortunâ is Hebræis ſenſus fuit, ſed etiam in triſti atque aduerſa, cum ærumnis, & longa captiuitate, eruditi mirificè lætabantur, ſi quando de reditu nuntium excepiſſent: tum enim geſtire omni gaudio, non quod ſuperbas ædes, auroque, ac picturis decoratas eſſent reuiſuri; ſed quod in Domum Domini ituri: quod ipſum longè ante præſaga mente præuiderat Regius Vates, vt doctè notauit D. Chryſoſtomus. *De Relig. temp. cultu.*

At nè quidem ea templi Hieroſolymitani religio ſolum populum occupauit,

ſed

ſed & Reges ipſos;ij enim ſi quando in illud ſe conferebant,admonebantur inſolentis animi ſuperbiam,& regale faſtigium in eo loco abijciendum, vbi Deo cæli cultus adhiberetur.Indè factum,vt ſatellites qui Regem honorifica pompa comitabantur,ingreſſuri templum deponerent ante fores arma ſua,quam ob cauſam, extra venerandum illud delubrum ædificata fuit aula grandior, vbi eadem arma reponebantur.

Cæterùm,quo tempore excitatum fuerit templum auguſtius illud Salomonis, quærunt nonnulli.Placuit ab ortu Adam primi hominis tribus millibus centum & duobus annis,iuſſu Dei per eundem Salomonem ædificatum, nam Dauid illius patrem extruere parantem,Deus per Nathā Prophetam ab opere,propterea quod manus hoſtium ſanguine pollutas haberet,reuocauit,eique iuſſit,vt id Salomoni filio condendum relinqueret,teſte Ioſepho:cui Salomoni idem Dauid in illum vſum reliquit 2400.milliones,id eſt,centum millia talenta auri & argenti mille millia talenta vt notat Cornelius à Lapide è Societate Iesv in Pentateuchum Moſis cap.38.Exodi in fine. *Lib. 8. Antiq.*

Enimuerò,frequens adhuc illa erat apud priſcos conſuetudo,vt nec in vlla templorum ianua,vt refert Cæl.Rhodiginus,quæcumque eſſet hora loqui fas arbitrarentur,ſed illas venerari, & baſiorum millia dare conſueſſe,quod & antiquis Chriſtianis receptum fuiſſe ex illis Diui Chryſoſtomi verbis ſatis apparet: *Ah non videtis*,inquit,*quot homines templi huius veſtibula oſculātur? Hi quidem pronis capitibus abiecti, alij verò manu contingentes,tum eandem admouentes ori:quaſi indignos ſe crederent,qui ſacris poſtibus oſcula figerent.* Et alibi: *Stemus trementes,& timidi demiſſis oculis,erecta verò anima gementes ſine voce,iubilemus corde.* Solebant enim olim Chriſtiani noctu ante valuas templi procumbere,& orare,ipſaſque valuas deoſculari. Quin & idem interdiu Romæ in Iubilæo etiam modo fieri videmus,teſte Cornelio à Lapide Societatis Iesv. Quin & ritum hunc coluiſſe Paganos notaui ſupra Capite præcedenti,vbi etiam oſtendi alia Religione,ac potius ſuperſtitione vſos:nam ſi Lipſio credendum, abijciant ſe,& oſculis lachrymiſque terram complebant,& crines etiam fœminæ ſparſim effundebant.Hinc illud Poëtæ: *Lib. 15. Antiq. lect. c. 22.* *Ad cap. 51. Eccleſiaſt.* *Lib. 2. Elect. cap. 6. Statius Thebad. 4.*

Te ſine dat dubium cœtu ſolante timorem
Fallere,& incultos aris aduerrere crines.

Huc Liuius: *Strata paßim matres,crinibus templa verrentes,veniam irarum cœleſtium expoſcunt.* Et alibi: *Matronæ circa Deum delubra diſcurrunt,crinibus paßis aras verrentes.* Sed hoc in neceſſitate publica,vt patet ex eodem Liuio: *Iußi*,inquit,*omnes cum coniugibus,& liberis ſupplicatum ire,pacemque expoſcere Deûm ad id quod ſua quemque mala cogebant:auctoritate publica euocati,omnia delubra implent ſtrata paßim matres crinibus.* *Lib. 3.* *Lib. 26.* *Lib. 3.*

CAPVT LXX.

De interioris templi reuerentia. Calceos in illorum veſtibulis ponebant. Victimæ quales? quali innocentia templa ingreßuri eße deberent? Taxantur qui illis abutuntur. Mira Imperatorum reuerentia erga Templa. Magnificentia in illis minùs reprehendenda: etſi Hæretici illam improbent.

DIximus de liminibus templorum; nunc licet exequi interiorem illorum cultum, & maximè apud antiquos, & poſtea poſtmodum Christianos. Antequã ergò in illa ſe penetrarent, calceos ponebant; quod certè lege veteri Teſtamento ſancitum erat: Exod. 3. habetur, *Solue calceamentum de pedibus tuis, locus enim in quo ſtas*
Cap. 4. *terra ſancta eſt.* Vt meritò Eccleſiaſtes moneat, *Cuſtodi pedem tuum ingrediens domum*
Tract. de *Dei, & appropinqua vt audias.* Pedem ille vocat affectum, inquit P. Lobbetius, eamque
Relig. interpretationem firmat per Chaldæum Paraphraſtem: *Tu*, inquit, *fili hominis cuſtodi*
templ. *pedes tuos in tempore quo ieris in domum ſanctuarij ad adorandum, ne venias eò plenus peccatis*
cultu. *ante Dominum.*

Interior enim templi pars, quæ veſtibus, auleis, & floribus ſubſtrata, ſacrificijs Deo offerendis deſtinata, laicis vſui non erat, nec niſi puris, caſtis, inculpatis patebat; vt habetur in Can. Sacerdotum Diſt. 2. adeò vt ipſæ victimæ vllius nœui, aut maculæ exortes eſſe deberent, nempè *vt illas oblaturi intelligeret*, teſte Philone, *nullum animi morbũ, & flagitioſam tepiditatẽ in Sanctißimi Dei conſpectũ induci oportêre.* Audi S.
Lib. de Hieronymi pietatem: *Quando iratus fuero*, inquit, *& aliquid mali in animo meo cogitauero,*
v. ill. mis. *& me nocturnum phantaſma deluſerit, baſilicas martyrum intrare non audeo: ità totus &*
Epiſt. 53. *corpore, & animo pertimeſco.* Ita ille.
aduerſus Quid dicemus nos de ijs, qui non ſolum vitijs cooperti, ſed antequam Eccleſiam
Vigilan. ingrediamur, eo ſtudio illam accedunt, vt opaco à meridie fruantur loco, vaniloquio ſolùm operã daturi? quid vaniloquio? ſcurrilitati, prolubio, ſceleri, detractio-
Lib. 3. c. 3. nibus, concupiſcentijs? Sanctus quidem Auguſtinus in æſtu iuuenilis ætatis, Deus
Confeßion. bone! quam pœnituit anteactæ vitæ inconſiderantiam, ſcilicet recogitans & lachrymis, gemitibuſque expiandam! *Auſus ſum*, inquit, dum Deum affatur, *etiam in celebritate ſolemnitatum tuarum, intra parietes Eccleſiæ tuæ concupiſcere, & agere negotium procurandi fructus mortis. Vndè me verberaſti grauibus pœnis.* ô Fœlices quorum peccata breui hoc æuo expiantur, flammigeris poſtea non delenda!

Denique, quanta templis reuerentia apud Cæſares Auguſtos fuerit, diſcamus ex illo Theodoſij Iunioris: *Nos*, inquit, *qui legitimi Imperij armis ſemper circumdamur, quoſque ſine armatis ſtipatoribus eſſe non conuenit, Dei templum ingreſſuri, foris arma relinquimus, & ipſum Diadema Regiæ maieſtatis inſigne humiliter deponimus, & ſacra Altaria munerum tantum offerendorum cauſa accedimus; quibus quoque oblatis ad extimum communeque atriũ*

mox

mox nos recipimus. Deus bone! quotuſquiſque hæc credat, niſi ſtylo veridici ſcriptoris exaratum eſſet?

Super reuerentiam templis adhiberi ſolitam, addenda magnificentia, & ornatus incomparabilis, quem alioqui reijciunt hæretici, & haſtis velut amentatis, oppugnant, nitente, ſauctoritate Hieronymi. *Auro parietes, auro laquearia, auro fulgent capita columnarum, & nudus atque eſuriens ante fores noſtras Chriſtus in paupere moritur.* Et alibi in Hierem. *Præcepit autem & tunc populo Iudæorum, & hodie Nobis, qui videmur in Eccleſia conſtituti, ne fiduciam habeamus in ædificiorum ſplendore, aureatiſque laquearibus, & veſtitis parietibus marmorum cruſtis, & dicamus Templum Domini: Illud enim Templum Domini eſt in quo habitat vera fides, ſancta conuerſatio, omniumque virtutum chorus.* Sed aduertant iſti Lucifugæ, D. Hieronymum his locis minimè improbare, multò minus damnare, vt rectè notat Diuus Durandus, templorum ornatum: diſertè enim profitetur ſe non improbare templorum ſplendorem, ſed eos tantùm arguit, qui abſque fide & operibus in ſolis ædificijs confidunt & gloriantur, ac interim Christi curam negligunt. Epiſt. 12. ad Gaudẽ. Cap. 7.

CAPVT LXXI.

De Circuitu priſcorum circa Aras & Idolorum adorationem, deque lotione manuum ante ſacrificia & vota, adeoque librorum ſacrorum contrectationem. Aræ quales olim?

NOn pauca de veterum lotionibus, quæ in thermis fiebant ſuprà Centuria prima ſcripſimus, nunc lubet attexere aliũm lotionis morem, quo in Circuitionibus veteres vtebantur: ac primum, in more poſitum erat apud Paganos, in Deorum ſuorum cultu, & adoratione, circumire Aras, & ſimulachra Deorum. Circũcurrebant enim illi Aras; curſum auſpicati ab læuo deorſum, Zodiaci quadam ò imagine, cuius motio diuerſa, ab exortu ad occaſum vergens: mox verò à dextris leuorſum procurrebant, quo motu cœlum rotari manifeſtum eſt. Plutarchus: *Numa quædam,* inquit, *instituta rationem habent inuolutam, vt ſunt illa: Ne libes Dijs ex vite non putata; ne ſacrifices ſine farre; circumagas te dum Deos adoras, ſedeas cum adoraueris.* Plinius: *In adorando dexteram ad oſculum referimus, totumque corpus circumagimus.* In Numa. Nat. Hiſt. 28. cap. 2.

Qui mos poſteà translatus in Iudæos. D. Hieron. mihi auctor eſt: *Quia enim qui adorant, ſolent deoſculari manum, & capita ſubmittere, & Hebræi iuxta linguæ ſuæ proprietatẽ, deoſculationem pro veneratione ponunt, &c.* Lib. 1. in Ruffinum.

Itaque vides hunc ritum ad Hebræos paulatim profluxiſſe, & in orbem ſe vertiſſe ad ſimulachrum vituli aurei, quem tanquam Deum colebant, atque etiam in eo circuitu concinebant, choreaſque ducebant, ſi credimus Philoni; περὶ ὃν χοροὺς ἱστάντες οἱ φρενοβλαβεῖς ᾄδουσι, id eſt, *circa quem* (vitulum) *concinunt, inſani choreas ducentes, carmen.* Lib de Temulentia.

Circuitus autem iſte, circum aras, & templa velox erat, & cum curſu, teſtor Iſidorum: *Nomen corona ex hac cauſa vocatum, quod initio circum aras curreretur.*

Lib. 1. Orig. c. 30. Atque circuitus iſte etiam circa tumulos mortuorum, quod collige ex Suetonio: *Circa quem* (tumulum ſcilicet) *deinceps ſtato die quotannis miles decurreret.* Appianus: *Circa pyram equites decurrerunt, tum vniuerſus exercitus.* Significabat autem iſte Circuitus. Primùm quod in rebus humanis, vt nonnulli interpretantur, nil quicquam ſit ſtabile, ac firmum, ſed omnia fluxa, & citius quàm aſparagi coquuntur (quando vult Deus) peritura. Alterum, à nobis omnia, ſiue ſecunda, ſiue aduerſa, æquo animo ferenda, & ad Dei nutum, & voluntatem efformanda: Deus enim eſt Circulus, ſed Circulus ſine circumferentia, cuius centrum eſt vbique: quoniam omnium principium & finis eſt Deus. Diximus antè circum aras & Deos ſuos Ethnicos cucurriſſe, ſed præſertim circa Herculem Iouemque, vt ex D. Ambroſio notat R. P. Nouarinus. Bacchum verò etiam circuire ſolitos antiquos Machabæorum liber oſtẽdit. Circa Deas quoque voluebant, vndè Venerem ità cultam inducit Porpertius:

In Claudio Lib. 1. Ciuil. — Lib. 2. Sacror. Elect.

Lib. 3. Eleg. *Qua mulier grauida iactu conuitia lingua, Et Veneris magna voluitur ante pedes.*

Nunc de lotione manuum apud veteres. Illi antequam ſe circumagerent ad Aras, vt diximus, manus lauabant, de quo more Poëta:

Ouid. lib. 5. Faſtor. *Cumque manus purè fontana perluit vnda Vertitur, &c.*

Atque etiam votis faciendis, & ſacrificijs inſtituendis de illis:

Lib. de Inſomnijs Syneſius:

Hæc tibi lota fuit, puroſque incinxit amictus, Cecropia fert vota Deæ.

Aulul. Act. 3. Scen. 6. De Sacrificijs Plautus:

Ego niſi quid me vis, eo lauatum, vt rem diuinam faciam.

Ad Iudæos demum translatus hic mos, de quo loquitur Regius Pſalmographus. *Lauabo inter innocentes manus meas, & circumdabo Altare tuum Domine.* In quo notes, ante circuitionem Altaris, Hebræos lauaſſe quoque manus, ac etiam pedes. Vetus Horatij Interpres lib. 2. Serm. Saty. 3. *Solebant Deos precaturi manus & pedes abluere.*

In Pſ. 25. *Porrò, lotio illa*, teſte Card. Bellarmino, *ſignum eſſe debebat internæ puritatis*: quod autem ſequitur, *& circumdabo, &c. refertur*, inquit, *ad choros canentium in circuitu Altaris*: Ego autem potius retulerim illud ad circuitiones iam dictas. Nam in Pſalmo ſequenti habetur, *Circuiui, & immolaui hoſtiam vociferationis*, licet Bellarmini interpretatio retineri poſſit.

Mat. 27. Porrò, per lotionem, innocentiam præferebant, vt fecit Pilatus, qui videns, *quod nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret, lauit manus coram populo.* Exiſtimabat ſcilicet ille Pſeudopoliticus, ſe poſt lotionem illam, cædis Seruatoris noſtri inculpatum fore. Sed Lactantius ridet inanem hanc perſuaſionem verbis iſtis: *At illi infœlices nec ex ſceleribus ſuis intelligunt, quam malum ſit quod colunt: quandoquidem flagitijs omnibus inquinati veniunt ad precandum, & ſe piè ſacrificaſſe opinantur, ſi cutem lauerint, tanquam libidines intra pectus*

Digitized by Google

pectus incluſas vlli amnes abluant, aut vlla maria purificent. Quibus alludit B. Chryſoſto- *Homil. 7. in Ioan.*
mus: *Ingreſſuri*, inquit, *templum manus lauamus, non autem corda. Nunquid enim manus lo-*
quuntur? nihil opus eſt munditia corporis anima coinquinata. S. Cyrillus: *Vidiſtis Diaconum* *Catech. 5.*
lauandis manibus aquam porrigentem Sacerdoti, Num ideo prorſus dabat, vt ſordes corporis ab-
luerentur? nequaquam; nec enim adeò ſordibus corporis fœdati Eccleſiam ingredi ſolemus: at illa
manuum ablutio, ſymbolum eſt oportêre nos à peccatis omnibus, & iniquitatibus mundari. De
qua denique lotione notandum, eos qui ſacros Codices erant contrectaturi, ma-
nus lauare ſolitos; quod ipſum diſcimus ex eodem S. Chryſoſtomo; *Statim*, inquit, *Hom 52. in Ioan.*
lauamus cum librum accipimus, vides quanta ante lectionem reuerentia moueamur. Satis in
præſenti ſit de lotione & circuitu circa Aras. Sed quales fuiſſe Aras iſtas exiſtimas?
Audi Cedrenum in Iuſtiniano, qui refert quicquid ille terra, marique pretioſum,
quidquid in Orbe rarum fuit, id omne auguſta voluntate & munificentia contulit
in Aras. Iuuat eius Auctoris penicillum illas depingentis videre. *Fecit*, inquit, *ſacram*
menſam ex auro, argento, & omni gemmarum genere, è ligno, & metallo, & alijs rebus omni-
bus, quæ terra, aut mari, denique orbe in pretio ſunt. Ecce, quanta deuotione accenſus fuerit mag-
nus Imperator. Plura de Altaribus cumulat R. P. Lobbetius Societatis IESV eximiæ
vir & eruditionis & pietatis in ſuo Eccleſiaſticorum Speculo Cap. VII. Ad aliam
iam tranſgrediamur.

CAPVT XLXII.

Cur veſti ſacra antiqui Sacerdotis Hebræi appenderentur campanulæ: deque alijs antiquæ legis ornamentis, & quid illa ſignificarent?

VEſti Sacerdotis ſummi appenſæ erant campanulæ 72. intermixtæ malo granatis
aureis; quibus deſignabâtur virtutũ opera à prædicationis ſono abeſſe non de-
bere, vt rectè notauit Abſalon Abbas: *Sunt ergo in veſtimento Aaron*, inquit, *malograna-* *Serm. 48.*
ta inſerta tintinnabulis, id eſt, virtutum, & bonorum operum adunatio, cum ſono prædicationis,
ne fortè volens alios inſtruere ſeipſum iudicare videatur. Nonnulli exiſtimant ſeriem iſtam
tintinnabulorum oræ veſtis appoſitam eſſe, vt eorum tinnitu, ſonoque moueretur
populus, quod iam Sanctuarium ſubiret Sacerdos, cui etiam animos, piaque vota
conferre iubebatur: ſicque hac ratione ad ſacra vocabatur tota concio. Ita cenſet *Cap. 9. §. 1.*
R. P. Iacobus Lobbetius è Societate IESV in ſuo Eccleſiaſt. Speculo. Sanctus autem
Hieronymus: *Iccircò tintinnabula veſti appoſita*, ſcribit, *vt cum ingreditur Pontifex in San-* *Epiſt ad*
cta Sanctorum, totus vocalis incedat, ſtatim moriturus, ſi hoc non fecerit. Numerum autem *Fabiolam.*
72. diſcipulorum ſeptuaginta figuram fuiſſe plerique exiſtimant, vide Hierony-
mum & Ioſephum. Sed admirabile eſt, quam accuratè Sacer Codex deſcribat reli-
quum ornatum, & veſtitum, quo Sacerdotes, ipſeque Pontifex vtebantur. Igitur *Cap. 7. §. 5.*

Pon-

Pontifex cùm ad miniſtrandum accedebat, primo loco induebat fœminalia, ſeu femoralia linea ad tegendam carnem turpitudinis ſuæ, à renibus vſque ad femora, vt
Exod. 28. loquitur Scriptura. Erant autem hæc fœminalia veluti caligæ quædam, quas pedibus inſertas (vt ait Ioſephus) quaſi dimidiatas braccas ad illa conſtringebat. Aliqui putant ex byſſo retorta fuiſſe confecta, nobis ſufficit quod à Moyſe lineæ appellentur.

2. Poſt fœminalia, proximè induebat *tunicam lineam*, quæ duplici nomine fuit ap-
Exod. 28. pellata: Primò *linea ſtricta*. Secundo, *ſubucula linea*. Plerique autem duas cauſas aſſig-
Leuit. 8. nant cur *ſtricta* fuerit appellata. Vna eſt, quia ad cutem ſtringebatur. Non enim erat laxa & ampla, ſed quantitati corporis commenſurata. Altera quia balteo, ſeu cinguloſtringebatur, probabile eſt fuiſſe ſimilem tunicæ Ioab, de qua 2. Regum 20. 8. Porrò, Ioab veſtitus erat tunica ſtricta ad menſuram habitus ſui, niſi quod hæc fuerit exterior, illa interior.

3. Hæc etiam veſtis linea conſtringebatur balteo, ſeu cingulo inter vmbilicum, & pectus, De quo Diuus Hieronymus ità ſcribit ad Fabiolam: Hoc cingulum in ſimilitudinem pellis colubri, qui exuit ſenectutem, ſic in rotundum textum eſt, vt marſupium longius putes. Textum autem eſt ſub tegmine cocci, purpura, hyacinto, & ſtamine byſſino ob decorem & fortitudinem: atque ità polymita arte diſtinctum, vt diuerſos flores, ac gemmas, artificis manu non textas, ſed abditas arbitreris. Lineam tunicam inter vmbilicum pectus, hoc ſtringunt balteo. Similia habet Ioſephus lib. 3. Antiquit. cap. 8.

4. Poſt balteum ſequebatur *Tunica hyacinthina*, quæ erat laxa, per modum veſtis talaris. In eius fimbria inferiori per circuitum pendebant alternatim mala punica, & tintinnabula aurea, vt ex eorum ſonitu perciperent ingreſſus, & egreſſus Pontificis, quando intrabat, vel exibat Sanctuarium. Dicebantur autem mala punica,
Exod. 28. non quod reuera eſſent, ſed quia ex hyacintho, purpura, & cocco bis tincto confecta erant inſtar malorum punicorum.

5. Super tunicam Hyacinthinam erat *Ephod*, ſeu *ſuperhumerale*, quod tegebat hu-
Exod. 28. 6. meros, & anteriorem partem vſque ad cingulum. Erat autem contextum ex auro, Hyacintho, purpura, cocco bis tincto, & byſſo retorta. In vtroque latere verſus humeros habebat duos lapides onychinos auro incluſos; vnum à dextris, alterum
Exod. 28. 9. à ſiniſtris, in quibus ſculpta erant nomina duodecim filiorum Iſraël, ſex nomina in vno lapide, & ſex in altero iuxta ordinem natiuitatis eorum.

6. In anteriori parte ſuperhumeralis ad pectus Pontificis ligabatur, *Rationale iudicij*: Hebræi vocant Hoſen, id eſt, pectorale, Græci λόγιον, vel λογεῖον, id eſt *ratio-*
Exod. 28. 16. *nale*. Conficiebatur autem ex eadem materia, qua Ephod, nempè ex auro, hyacintho, purpura, cocco bis tincto, & byſſo retorta. Figura quadrangulũ, dẽſitate duplex ad Ephod relatum longitudine, & latitudine menſura palmi. In hoc rationali erant duodecim lapides pretioſi, incluſi auro, & diſtincti per quatuor ordines:

Digitized by Google

dines: in quibus etiam ſculpta erant duodecim nomina filiorum Iſraël. Atque ità confectum, & exornatum, catenis aureis, & faſcijs tam firmiter affigebatur ſuperhumerali, vt à ſe inuicem non potuerint ſeparari. Porrò in Rationali poſita erat doctrina & veritas ſuper pectus Pontificis.

7. In capite erat *Cidaris*, ſeu *tiara*, id eſt, mitra quædam ex byſſo confecta, cui affigebatur lamina aurea, ſupra frõtem Pontificis, cum hac inſcriptione: *Sanctum Domino*, ſic enim loqeitur textus: *facies & laminam de auro puriſſimo, in qua ſculpes opere cælatoris: Sanctum Domino. Ligabiſque eam vitta hyacinthina, & erit ſuper Tiaram imminens fronti Pontificis.* *Exod. 28. 36.*

Quid autem ſignificauerint ornamenta iſta Pontificalia, conſule D. Th. & nouiſſimè R. P. Martinum Becanum Societatis IESV Theol. in Analog. vet. & noui teſtam. & Aloyſium Nouatinum lib. 1. Sacror. Elect. quibus adde Polyd. Vergil. de Inuent. rer. lib. 3. cap. 10.

CAPVT LXXIII.

Cur de Chriſto Domino haud fuerit dictum, parentibus ſuis non fuiſſe ſubditum, antequam in templo docuiſſet? *Luc. 2.*

CVrioſa eſt iuxtà ac pia nonnullorum indago, quid cauſæ fuerit, cur Euangelij Præco poſteaquam cum Doctoribus differuiſſet Chriſtus Dominus in templo, dixerit, *& erat ſubditus illis*, ſcilicet Mariæ, & Ioſepho, quod in alijs Scripturæ locis non inuenitur, tametſi nunquam non ſubditus illis fuerit. Perplacet mihi ſolutio D. Aloyſij Nouatini, ſic inquientis: Solet ſcientia inflare, ſolent ſapientes alijs tumoris, ac ſuperbiæ aliquid allinire; Chriſtus vt oſtenderet ex ſcientia, & ſapientum conſortio non elationem d ſcendam eſſe, ſed humilitatem, tunc potiſſimum parentibus ſuis ſubiectus dici voluit, cùm inter Doctores diſputauit. Nempè, vera ſapientia inanes tumores tollere debet, non parere, quo maior atque ſapientior quiſque eſt, eò humilior ſit, iactantiæ flatus comprimere debet, qui ex ſapientiæ melle naſci, niſi charitatis ignis adhibeatur, ſolet ſumma qui præcellit eruditione, cæteris etiam anteſtare ſanctitate, rationem dat Philippus Abbas bonæ ſpei: *ſcientia*, inquit, *ſine ſanctitate vitiorum ſcatet vermibus, & ſordeſcit.* Pulchrè quoque S. Ephrem Syrus: *Sicut corpus*, inquit, *ſine ſpiritu mortuum eſt, ità quoque cognitio abſque operatione eſt otioſa, atque ſuperuacanea.* Quod autem dicit, *erat ſubditus illis*, nimirum laborando, *cùm enim eſſent egeni*, IESVS *obediens illis labores, ſuſtinebat*, inquit Ambroſius. Nec mirũ eſt deferre patri qui ſubditur matri, vigilabat & actu *Lib. 1. Sacror. Elect. 319.* *In Aſceticis.*

aƈu rerum exercebatur bonus IESVS ſub egenis parentibus. Iam ad Vigilias ſacras.

CAPVT LXXIIII.

Vigiliarum ratio, quam antiqua, & ritus earundem, quidquid blaterent Hæretici.

NOn negligenda curioſæ antiquitatis Lectori obſeruatio Vigiliarum, quas hoc capite ſub acumen huius calami committam, & ſumam ex ſcriptis Reuerendi Patris Marcellini de Piſe Capucini Lugdunenſis. Itaque operæ pretium eſt memoria recolere priſcum iſtum Eccleſiæ morem, qui ſub illius incunabilis frequens erat. Tria tunc à fidelibus obſeruabantur in iſtis Vigilijs. Primò ieiunabant, ſecundò orationi vacabant, & perſtabant in Eccleſia ad horam vſque nonam, id eſt, ad Solem vſque inclinantem. Demùm, alij qui noctu vigilabant ad ſepulchra Martyrũ, & Sanctorum. Quia autem indiuiduo nexu ieiunium, & ſtatio, ſiue perſeuerantia in oratione erant præludia feſtorum inſignium, plerumque *Statio*, *Ieiunium & Vigilia* idem ſignificant, quamuis vbique diſpar ſit ratio, & poſteà tria hæc ſeorſim à populis ſunt vſurpata. *Statio*, fiebat propriè interdiu, populo perſeuerante in Eccleſia, vacando orationi dum inſtaret hora ſoluendi ieiunium. Vndè, quia *Statio* & *Ieiunium* eadem hora finem ſortiebantur, eandem etiam Nomenclaturam habent. Nam Tertullianus, ieiunium Stationem nuncupat, quando quærit, an ſumptione Euchariſtiæ ſoluatur Statio, necne, id eſt, an communione frangatur ieiunium. Quia tamen res ſunt diſſitæ, *Statio*, & *Ieiunium*, & *Oratio*, idem Tertullianus tria hæc recenſet, vt diuiſa: Sic enim ille: *Quando Deus magis creditur, niſi cum magis timetur, niſi tempore perſecutionis? tunc Eccleſia in attonito eſt, tunc ex fide in expeditione ſollicitior, & diſciplinatior in ieiunijs, & ſtationibus.* Rurſus, etſi *Vigilia* ad noctem propriè pertineat, tamen & affixa fuit *Stationi diurnæ*, quia tum maximè anima vigil erat, & intenta precibus ſuis, quas fundebat corpore impaſto, ac proindè magis idoneo ad vigilandum, quàm cum precatur homo corpore ſaginato. Hinc factum eſt, vt *Statio*, *Vigilia*, *Ieiunium*, vnam eandemque diem ſuo nomine deſignârint. Vndè præuij magnæ ſolẽnitati dies dicti fuêre *Stationes*, *Vigiliæ*, *Ieiuniorum* ſolemnia. Hæc etenim tria coiêre ſemper pridiè Feſtorũ Illuſtrium, vt meminêre Iſidorus, Rabanus, imò & Tertullianus, dicens, *Stationem non ſolui niſi cum ieiunio.*

Tom. 1. ſua Encyclop.

Lib. 3. de Orat.

De Fuga in Perſecut.

Porrò, harum vigiliarum obſeruantiſſimi erant ante mille annos Galli, qui quẽlibet diem Dominicum non aliter celebrabant, quam nocturnis vigilijs præcedentibus, vt habetur in Concilio Mariſconenſi II. nec non in Canon. 1. eaſque in domibus priuatis celebrabant, qui vſus poſtea per Concilium Antiſiodorenſe ſublatus fuit.

Baron. an. Chr. 590.

Qui autem has Vigilias inſtituerint aperit idem Marcellinus, oſtendens Sanctos

ctos fuiſſe Patres, probatque ex Sancto Bernardo in Vigiliâ Sancti Andreæ, dum inquit, *Sanctorum Feſta præcipua Patrum ſanxit auctoritas, votiuis preuemenda ieiuniis, &c.* Et tandem concludit ab Apoſtolis proceſſiſſe ritum hunc, quorum æuo pridiè feſtorum fideles vnanimiter in oratione perſtabant vigiles, & impaſti: vndè dies præambuli feſtis, tria nomina ſortiti ſunt, ſcilicet *Stationis, Ieiunij, & Vigiliæ:* quia Chriſtiani illi priſci ſæculi ab omnibus poſteris laudati, pridiè feſtorum præcipuorum tribus hiſce actibus incumbebant.

Atque hic ritus non infrequens erat tempore Traiani Imperatoris: nam Plinius ſecundus in Panegyrico, ad eundem apertè ſcribit, Chriſtianos illius æui antelucanis iſtis vigilijs vſos eſſe: *Et illorum culpa, vel errori adſcriptum eſſe, quod eſſent ſoliti* (eius verba) *ſtato die ante lucem conuenire, carmenque* (pſalmodiam intelligit) *Chriſto quaſi Deo dicere ſecum inuicem, ſeque Sacramento non in ſcelus aliquod obſtringere, ſed nè furta, nè latrocinia, nè adulteria committerent, nè fidem fallerent, nè depoſitum appellati abnegarent: quibus peractis morem ſibi diſcedendi fuiſſe, rurſuſque coëundi ad capiendum cibum promiſcuum tamen & innoxium, quod ipſum tamen facere deſiiſſe poſt edictum meum.* Hæc Plinius: Panegy. Ex quibus omnibus nemo non videt, pura putà hæreticorum deliramenta, dicentium noua eſſe Catholicorum figmenta, quæ de Vigilijs iſtis dicuntur, aut ſcribuntur, pauca inquam, ſunt illorum deliramenta: Nam vel à Iudæis manauit ille mos, nedum apud ipſam Romanam Eccleſiam, vt dies feſti à veſpera ad ſequentem veſperam celebrentur, quod nec ratione caret: cùm initium diei ſumatur à veſpere, & nox prior fuerit ipſo manè, ipſa luce, vt volunt nonnulli teſte R. P. Iacobo Lobbetio Soc. IESV Collegij Leodieñ. Rectore meritiſſimo in ſuo Speculo Eccleſiaſtico. *Cap. 8. §. 6.*

CAPVT LXXV.

Rurſum de Vigilijs Sacris: quo tempore nata, & denata ſint. Ritus pſallendi olim in Eccleſiâ cum ſæcularibus ſublatus, cur ſola Vigilia Epiphaniæ careat Ieiunio?

VT lucem adhuc maiorem demus nocturnis Vigilijs, dicemus illas originem ſumpſiſſe à primis Chriſtianis Eccleſiæ naſcentis. Nam vt vigiliæ militares partitæ erant in quaterna horarum ſpatia, Polybio auctore, ità Vigilias ſacras, acceptas ferre debemus à primis Chriſtianis, teſte D. Hieronymo, diuiſas fuiſſe in quaternas horas: quarum prima Eccleſiaſticis aſſignata erat: quippè qui præ ſæcularibus citiùs lectis incumberent, & prima illa noctis hora Deo vacabant, iccircò *primum Nocturnum* vocabant, in quo tres Pſalmos concinebant; quibus Pſalmis ſubijciebant tres lectiones. Exindè, ſomno nonnihil indulgebant. Tum ſecunda ſequebatur Vigilia, quam *ſecundum Nocturnum* appellabant, tribus pariter Pſalmis *In Matt.*

ei aſſignatis, in quo viri etiam & mulieres promiſcuè cum Eccleſiaſticis pſalmodiabant. Ad tertiam autem horam, ſiue *tertium Nocturnum*, quod ſub tempus gallicinij erat, conueniebant ſenes, & pueri, & eo in Nocturno omnes quoque concinebant. Quartâ verò horâ Laudes in eundem modum celebrabant.

Huncautem ritum pſallendi per vtrumque ſexum in Eccleſia Orientali, ità deſcribit S. Gregorius Nazianzenus:

Noctunè cernis, vt canat Laudes Deo Natura vterque ſexus, oblitus ſuæ?
Quot, quamque Sanctis cernis Angelicum chorum,
Qui nunc ſimul, nunc vicibus alternis canit,
Partim deorſum poſitus, & partim ſuprà, Sine fine Summi concinens laudes Patris.

Epiſt. 63. Ità Nazianzenus, ſeu eius interpres Billius, cui conſonant illa Baſilij Magni ad Neoceſarienſis Eccleſiæ Clericos, vbi ſic inter alia. *De nocte populus conſurgens antelucano tempore, domum Orationis petit, atque in labore, & tribulatione, ex continuis lacbrymis, Deo facta confeßione, ad extremum ab oratione ſurgens, ad Pſalmodiam traducitur. Et nunc quidem in duas partes diuiſi, alternis ſuccinentes pſallunt; ſimul quidem Scripturarum meditationem indè roborantes, ſimul verò attentionem, & cordis indiſperſam ſtabilitatem procurantes: deinde rurſus commiſſa vnicuipiam cantus incboatione reliqui ſuccinunt.*

Ad Latinos multò ſeriùs hic alternus pſallendi modus tranſijt: nempè tribus ferè ſæculis, poſtquam illum Antiochiæ S. Ignatius induxerat; nam primus inuexit in Eccleſiam Latinam S. Ambroſius teſte Iſidoro Hiſpalenſi: *Antiphonas*, inquit, *Græci primùm compoſuerunt duobus choris alternatim concinentibus: quaſi duo Seraphim, duo quoque teſtamenta inuicem ſibi conclamantia. Apud Latinos autem primus idem Ambroſius conſtituit, Græcorum exemplum imitatus. Ex hinc in cunctis occiduis regionibus earum vſus increbuit.* Hactenus ille.

Lib. 1 de Ecc. offic. cap. 7.

Vſus porrò iſte exactiſſimè ſeruabatur noctibus Dominicã, aut ſolemnia Feſta præcedentibus, v. g. Paſchatis, Aſcenſionis, Penthecoſtes, ab ipſis Apoſtolis inſtitutus, vti notat R. P. Iacobus Gualteri in ſua Chronol. cui deuotioni adiungebatur ieiunium, donec refrigeſcente Chriſtianorũ zelo, Vigiliæ iſtæ nocturnæ omiſſæ ad tempus ſunt, illarum quadantenus remanente veſtigio in Profeſto Natiuitatis Domini, & maioribus Feſtis, vt ſcriptum reliquit S. Ambroſius. Duabus tamen ex cauſis intermiſſæ dicuntur; quarum prior, quod promiſcua illa Eccleſiaſticorum, & Sæcularium Pſalmodia nimioperè abſona, & immodeſta eſſet, parumque reuerentiæ præferret, quâ ex re S. Chryſoſtomus haud infrequenti concione populum reprehendebat: altera, quod Dauidis imitatione idem populus cytharis, & organis pſallebat, maximè in Africâ, ità quidem vt laſciuas interdum miſcerent cantiones, quod tempore D. Auguſtini ſublatum fuit, remanentibus tamen priſtinis ſacris Vigilijs, in quibus aſsâ tantùm voce, vt priſci loquebantur, id eſt, nullis adhibitis inſtrumentis, canebatur. Sed labentibus poſt illa annis, & inualeſcente Hæreſi, quod de Vigilantio notat D. Hieronymus (vt pleríque ſunt ad maiorem licen-

Ini. Sæcul. — Serm. 109. in Pſalm. — Con. 1. in Pſal. 31.

licentiam,& noua dogmata procliuiores) neglectus eſt vſus ille pſallendi,ſed traductus,manente tamen ieiunio,ad commodiores, & poſteriores horas.

Quoniam autem Horæ illæ Diurnorum officiorum nocturnæ erant frequentes,diem in æſtu illo deuotionis continuantes,morem illum ſuggillabant Hæretici,& nominatim Vigilantius,aduerſus quem ſcripſit D.Hieronymus,qui cum ſuis aſſeclis vna contentos eſſe debere Paſchæ Vigilia adſtruebat,quos preſſo veſtigio ſequuntur noſtri Hæretici huius temporis, qui illis eò ſunt peiores, quod nequidem vnam per annum tolerare queant Vigiliam.

Sed lubet inter nos Orthodoxos quærere, cur in omnibus alijs anni Vigilijs ſola Epiphania ſit ieiunio exempta? Reſpondemus Vigiliam iſtius diei comite ieiunio inſtitutam à primis illis & SS. Eccleſiæ Patribus, quod temporibus Paganorum ob honorem Regis Iani (quem bifrontem effingebant, eo quod à termino ſuperioris anni ad exordium alterius renaſcentis illum auſpirarentur) ludis duellorum,ac ſpectaculis,nec non ſacrificijs prophanis menſem hunc dicarent, à quibus ſuperſtitionibus & ſceleribus,vt Sācti Apoſtoli,& Eccleſiarum Præſules,priſcos Chriſtianos auocarent,& deterrerent,Epiphaniæ Vigiliam inſtituerunt,quæ tanquam in alijs ieiunio nexa erat.

Huius ieiunij mentionem faciunt S. Auguſtinus,S. Petrus Chryſologus,alijq;. Vnde mirum quantum dilaudatur S. Almachius,vt refert Albinus Flaccus,qui videns tot ſcelera, crudelitates, & humani ſanguinis effuſiones eo die committi & ſpargi,proſiliens in theatrum exclamare cœpit: ***Apagite à vobis iſtas Idolorum ſuperſtitiones,& profana Sacrificia; quia hodie octauum eſt dies Natalitius Domini***; ob quam ſanctam,& animoſam libertatem è medio de mandato Alipij Vrbis Præfecti iniquiſſimè ſublatus eſt S. Almachius. At vbi iſta ceſſarunt, ſola Vigilia cum ſuis ſolemnitatibus,omiſſo ieiunio,celebrata fuit;cuius mentione ſequenti ſectione tractabimus de Ieiunio Eccleſiaſtico. *De Diuin. Offic. c. 4.*

CAPVT LXXVI.

De Ieiunio Eccleſiaſtico. Vnde ortum: & cur illud ſubſannent Hæretici. Rurſum de Sacris Vigilijs. His annexum erat ieiunium. Illud Ethnicis receptum.

IEiunij etymon deductum eſt ab inteſtino,quod *Ieiunum* Medici vocant,dictum Græcis *νῆστις*: quod minus implicitum, nunquam quod accipit, teſte Corn. Celſo,continet,ſed ad inferiora protinus tranſmittit, vnde ſimilitudine quadam, ac more Ieiuni inteſtini,cibis nos minùs oneramus, cùm à certis cibis, & potiſſimùm à carnibus abſtinemus,& in alijs certo ab Eccleſia definito tempore moderationem adhibemus,vtpotè vnam in die refectionem.

ei aſſignatis, in quo viri etiam & mulieres promiſcuè cum Eccleſiaſticis pſalmodiabant. Ad tertiam autem horam, ſiue *tertium Nocturnum*, quod ſub tempus gallicinij erat, conueniebant ſenes, & pueri, & eo in Nocturno omnes quoque concinebant. Quartâ verò horâ Laudes in eundem modum celebrabant.

Hunc autem ritum pſallendi per vtrumque ſexum in Eccleſia Orientali, ità deſcribit S. Gregorius Nazianzenus:

Nocturnè cernis, vt canat Laudes Deo Natura vterque ſexus, oblitus ſuæ?
Quot, quamque Sanctis cernis Angelicum chorum,
Qui nunc ſimul, nunc vicibus alternis canit,
Partim deorſum poſitus, & partim ſuprà, Sine fine Summi concinens laudes Patris.

Ità Nazianzenus, ſeu eius interpres Billius, cui conſonant illa Baſilij Magni ad
Epiſt. 63. Neoceſarienſis Eccleſiæ Clericos, vbi ſic inter alia. *De nocte populus conſurgens antelucano tempore, domum Orationis petit, atque in labore, & tribulatione, ex continuis lachrymis, Deo facta confeßione, ad extremum ab oratione ſurgens, ad Pſalmodiam traducitur. Et nunc quidem in duas partes diuiſi, alternis ſuccinentes pſallunt; ſimul quidem Scripturarum meditationem indè roborantes, ſimul verò attentionem, & cordis indiſperſam ſtabilitatem procurantes: deinde rurſus commiſſa vnicuipiam cantus incboatione reliqui ſuccinunt.*

Ad Latinos multò ſeriùs hic alternus pſallendi modus tranſijt: nempè tribus ferè ſæculis, poſtquam illum Antiochiæ S. Ignatius induxerat; nam primus inuexit in
Lib. 1 de Ecc. offic. cap 7. Eccleſiam Latinam S. Ambroſius teſte Iſidoro Hiſpalenſi: *Antiphonas*, inquit, *Græci primùm compoſuerunt duobus choris alternatim concinentibus: quaſi duo Seraphim, duo quoque teſtamenta inuicem ſibi conclamantia. Apud Latinos autem primus idem Ambroſius conſtituit, Græcorum exemplum imitatus. Ex hinc in cunctis occiduis regionibus earum vſus increbuit.* Hactenus ille.

Vſus porrò iſte exactiſſimè ſeruabatur noctibus Dominicâ, aut ſolemnia Feſta præcedentibus, v. g. Paſchatis, Aſcenſionis, Penthecoſtes, ab ipſis Apoſtolis inſti-
1. Sæcul. tutus, vti notat R. P. Iacobus Gualteri in ſua Chronol. cui deuotioni adiungebatur ieiunium, donec refrigeſcente Chriſtianorũ zelo, Vigiliæ iſtæ nocturnæ omiſſæ ad tempus ſunt, illarum quadantenus remanente veſtigio in Profeſto Natiuitatis
Serm. 109. in Pſalm. Domini, & maioribus Feſtis, vt ſcriptum reliquit S. Ambroſius. Duabus tamen ex cauſis intermiſſæ dicuntur; quarum prior, quod promiſcua illa Eccleſiaſticorum, & Sæcularium Pſalmodia nimiopere abſona, & immodeſta eſſet, parumque reuerentiæ præferret, quâ ex re S. Chryſoſtomus haud infrequenti concione populum reprehendebat: altera, quod Dauidis imitatione idem populus cytharis, & organis pſallebat, maximè in Africâ, ità quidem vt laſciuas interdum miſcerent
Con. 1. in Pſal. 31. cantiones, quod tempore D. Auguſtini ſublatum fuit, remanentibus tamen priſtinis ſacris Vigilijs, in quibus aſſâ tantùm voce, vt priſci loquebantur, id eſt, nullis adhibitis inſtrumentis, canebatur. Sed labentibus poſt illa annis, & inualeſcente Hæreſi, quod de Vigilantio notat D. Hieronymus (vt plerique ſunt ad maiorem licen-

Digitized by Google

licentiam,& noua dogmata procliuiores) neglectus eſt vſus ille pſallendi,ſed traductus,manente tamen ieiunio,ad commodiores, & poſteriores horas.

Quoniam autem Horæ illæ Diurnorum officiorum nocturnæ erant frequentes,diem in æſtu illo deuotionis continuantes,morem illum ſuggillabant Hæretici,& nominatim Vigilantius,aduerſus quem ſcripſit D.Hieronymus,qui cum ſuis aſſeclis vna contentos eſſe debere Paſchæ Vigilia adſtruebat,quos preſſo veſtigio ſequuntur noſtri Hæretici huius temporis, qui illis eò ſunt peiores, quod nequidem vnam per annum tolerare queant Vigiliam.

Sed lubet inter nos Orthodoxos quærere, cur in omnibus alijs anni Vigilijs ſola Epiphania ſit ieiunio exempta? Reſpondemus Vigiliam iſtius diei comite ieiunio inſtitutam à primis illis & SS. Eccleſiæ Patribus, quod temporibus Paganorum ob honorem Regis Iani (quem bifrontem effingebant, eo quod à termino ſuperioris anni ad exordium alterius renaſcentis illum auſpicarentur) ludis duellorum,ac ſpectaculis,nec non ſacrificijs prophanis menſem hunc dicarent, à quibus ſuperſtitionibus & ſceleribus, vt Sācti Apoſtoli,& Eccleſiarum Præſules,priſcos Chriſtianos auocarent,& deterrerent,Epiphaniæ Vigiliam inſtituerunt,quæ tanquam in alijs ieiunio nexa erat.

Huius ieiunij mentionem faciunt S. Auguſtinus,S. Petrus Chryſologus,alijq;. Vnde mirum quantum dilaudatur S. Almachius,vt refert Albinus Flaccus,qui videns tot ſcelera, crudelitates, & humani ſanguinis effuſiones eo die committi & ſpargi,proſiliens in theatrum exclamare cœpit: *Apagite à vobis iſtas Idolorum ſuperſtitiones,& profana Sacrificia; quia hodie octaua eſt dies Natalitius Domini*; ob quam ſanctam,& animoſam libertatem è medio de mandato Alipij Vrbis Præfecti iniquiſſimè ſublatus eſt S. Almachius. At vbi iſta ceſſarunt, ſola Vigilia cum ſuis ſolemnitatibus,omiſſo ieiunio,celebrata fuit,cuius mentione ſequenti ſectione tractabimus de Ieiunio Eccleſiaſtico.

De Diuin. Offic. c. 4.

CAPVT LXXVI.

De Ieiunio Eccleſiaſtico. Vnde ortum: & cur illud ſubſannent Hæretici. Rurſum de Sacris Vigilijs. His annexum erat ieiunium. Illud Ethnicis receptum.

IEiunij etymon deductum eſt ab inteſtino,quod *Ieiunum* Medici vocant,dictum Græcis *νῆστις*: quod minus implicitum, nunquam quod accipit, teſte Corn. Celſo,continet,ſed ad inferiora protinus tranſmittit, vnde ſimilitudine quadam, ac more Ieiuni inteſtini,cibis nos minùs oneramus, cùm à certis cibis, & potiſſimùm à carnibus abſtinemus,& in alijs certo ab Eccleſia definito tempore moderationem adhibemus,vtpotè vnam in die refectionem.

Digitized by Google

Verùm pro re ridicula hæc contemnunt Hæretici, ſuo magis abdomini quàm ſuæ ſaluti nati: eò enim impudentiæ lapſi ſunt, vt Ieiunium *ſuperſtitioſum* eſſe dixerit Caluinus, imò abſtinentiam à certis cibis *Dæmonum doctrinam* eſſe ore blaſphemo pronunciauerit: cùm tamen conſtet *Moyſen & Eliam, & Chriſtum quadragenario numero*, vt inquit B. Alcuinus, *Ieiunia conſecraſſe*. Itaque didiciſſe debuit, *Ieiunium non eſſe humanam inuentionem*, vt loquitur Chryſologus, *ſed Diuinam auctoritatem, & præceptum*, ex quo in Eccleſia Dei nata eſt iſta obſeruatio & tempore naſcentis Eccleſiæ conſtans conſuetudo. Vndè etiam legimus Sanctum Marcum primos illos Chriſtianos ſic inſtruxiſſe apud Alexandriam, vt ad veſperum tantùm cibum ſumere, & à carnibus & vino abſtinere deberent, quod ex Philone referunt Euſebius, Sanctus Epiphanius, Hæreſi 29. vt & Sanctus Hieronymus lib. de Viris Illuſtribus, in Philone, & lib. 5. aduerſus Iouinianum & inſtitut. probat *Bonam eſſe abſtinentiam à carnibus, & vino*. Et Sanctus Auguſtinus lib. 30. contra Fauſtum cap. 5. & alij Patres paſſim docent in Quadrageſima ceſſare eſum carnium, & S. Epiphan. & S. Cyrill. Hieroſolym. Catech. 4. & alij quos apud Eruditiſſ. Cardinalem Bellarmin. lib. 2. de Bon. oper. cap. 5. pag. 140. videre licet.

Lib. 1. Hiſtor. cap. 17.

Addamus aliam ab illo rationem, quam habet Sanctus Thomas in 22. quæſt. 147. articulo 3. & Theologi communiter, Ieiunium generatim ſumptum habere diuinum præceptum, quamuis in particulari ab Eccleſia determinetur tempus, modusque Ieiunij. Quod clarum eſt Domino dicente, Ioel. 2. *Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu.* Nec eſt propriè cæremonialis ſententia ſeu voluntas, ſed planè moralis, & non magis ad Iudæos, quàm ad Eccleſiam pertinet, vt Sanctus Leo monet Serm. 4. de Ieiunio decimi Menſis: addit aliam idem Bellarminus Matth. 6. *Tu autem cùm ieiunas vnge caput tuum, &c.* id eſt, ſecundùm D. Hieronym. lætum te oſtende. Cùm itaque diuinâ lege inſtitutum ſit, non eſt dubium fideles obligari, lege etiam Eccleſiaſtica, ad Ieiunij obſeruationem, & ciborum delectum, vt prolixè, & doctè oſtendit Bellarminus.

Iam Ieiunij fructus notemus ex Sancto Chryſoſtomo. [a] Imprimis Ieiunio placari Deum, & expiari peccata, quod docent exempla Niniuitarum, qui ad prædicationem Ionæ [b] *Ieiunauerant Domino, & vidit Deus opera eorum*. Et Achab Regis, qui audita comminatione Prophetæ, [c] *Ieiunauit, & dormiuit in ſacco*: dixitque poſteà Dominus: *Quia humiliatus eſt mei cauſa, non inducam malum in diebus eius.* Vnde videmus quod beneficia per Ieiunium impetremus gratiam. Ità Moyſes ieiunans legem accepit. Ità Samuel, Heſter, Iudith, Machabæi ieiunijs obtinuerunt contra hoſtes ſuos victoriam: Accedit quod Ieiunia, teſte Leone Magno, *Omnes bonæ voluntatis affectus ad maturitatem totius virtutis enutriunt.* Quid multis? vin' plura teſtimonia? Vide (inquit *Athanaſius*) quid faciat Ieiunium. Dæmones fugat (inquit ex illo Reuerendus P. Drexelius in Niceta) malas cogitationes expellit, cor reddit purgatius, corpus ſanius, *Petrus Rauennas*: Scimus, ait, Ieiunium eſſe Dei arcem,

a Serm. 1. de Quadrageſima.
b cap. 3.
c C. 3. Reg. 7.
Serm. 4. de Ieiun.

Chriſti

Digitized by Google

Chriſti caſtum, caſtitatis ſignum, ſanctitatis trophæum. In aperto eſt, & extra litem, Abſtinentiam plurimum & *Sanitati, & caſtitati* facere. Id enim quod noxij & nimij eſt in corpore abſumit, caput ſerenat, animum ad ſaniores cogitationes diſponit. Et hæc Salomoni cauſa fuit, de genio fraudando conſilium capere: ***Cogitaui**,* inquit, ***in corde meo abſtrahere à vino carnem meam vt transferrem ad ſapientiam, deuitaremque ſtultitiam.*** Ità Enos, Henoch, Mathuſalem, Noë, non minùs ſapientes fuerunt quàm abſtinentes: Ità Nazaræi, ac Recabitæ à ſapientia æquè ac abſtinentia commendantur. Iuditha tam ſapiens, quàm caſta, formam & pudicitiam ſuam cilicijs & Ieiunijs propugnauit. Quid memorem illos Terræ Angelos, tot millia Eremicolarum, Monachorum, Cœnobitarum, quorum omnis vita fuit abſtinere, & Deo ſapere. Verè amica ſicca, & ſobria anima ſapiens & caſta. ***Qui ſunt ergò***, inquit Sanctus Ambroſius, ***hi præceptores noui, qui meritum excludunt Ieiunij?*** contra præcepta & exempla iam ſuprà adducta, & alia quæ adducit Reuerendus Pater Drexelius in Niceta, quæ confirmantur ſcito D. Pauli: ***Non enim iniuſtus eſt Deus vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtraſtis Sanctis & miniſtratis.*** *Hebr. 6.*

Concludamus ergò paucis, per ieiunia merita nos aſſequi à Deo, ***qui corporali ieiunio vitia comprimit, mentem eleuat, largitur & præmia***, vt tempore ieiuniorum canit Eccleſia Catholica.

CAPVT LXXVII.

De noxarum expiatione per corporis caſtigationem: taxantur hic ſtrictim Hæretici.

PEtrus Damianus vir notæ, eruditionis, & ſanctitatis ad Comitiſſam Blancam de peccatorum expiatione per diſciplinas ſic ſcribit: ***Huius***, inquit, ***ſancti Senis*** *Epiſt. 4. cap 14.* (Dominici Loricat.) ***exemplo, facienda diſciplina mos in noſtris partibus inoleuit, vt non modò viri, ſed & nobiles mulieres hoc purgatorij genus inhianter arriperent: Nam & relicta Theobaldi ſublimis vtique generis, & non infimæ dignitatis, mihi aliquando retulit per prætenſam huius diſciplinæ regulam*** (ecce caſtigationem corporis vocat, vt nunc, ***diſciplinam***) centum annorum pœnitentiam ſe peregiſſe. Quod autem ait inter nobiles viros, ac mulieres vſum illum verberum propagatum, conſtat ipſum etiam ab Henrico Imperatore, qui anno 1056. vitæ diem vltimum clauſit, frequentatum: Nam accipe tantùm in tanto Imperatore imitandum exemplum; de eo enim iſta Reginardus habet in rebus geſtis Annonis Archiepiſcopi Colonienſis apud Surium: ***Conſiderans Henricus Imperator nominis maieſtatem longè ſuis præcellere meritis, nunquam inſignia regalia ſibi præſumpſit imponere, niſi clam per confeſſionis, ac pœnitentiæ, verberum inſuper ſatisfactionem licentiam à quolibet Sacerdotum ſuppliciter mereretur.*** Subdit de eodem *Tom. 6. die 4. Decembris.* Sto Archiepiſcopo, iſtam verberum pœnitentiam ab eodem Imperatore exigente, ait

enim: *Tempore quodam magna imminente feſtiuitate, cùm Pontifices, Duces, Comites, & cuiuſcumque aliùs dignitatis, & ordinis viri regiam vndique properarent ad Curiam, cùm & ipſum monet honor impoſitus, trabeatum exigeret procedere, non inſcius ſanctitatis, & vitæ probatiſsimi inter Præſules Annonis (vt ſuæ conſuetudinis ſeruaret inſtitutum) ſupplex, & pœnitens eum cœpit adire. Mox ſacer Antiſtes, auctoritate plenus, tali in negotio Imperialem paruipendens magnificentiam, ſicut parcere ſolitus erat inopi, & pauperi, ſic opportunitatem adeptus, miſericors ſine miſericordia ſæuire cœpit in Principem. Nam vehementiſsimis eum inuadens correctionibus, quidquid animo pro Iuſtitia concitato ſe obtulit, liberè, & conſtanter effabatur; illumque duriſsimis verborum plagis afflictum, non aliter ea die coronatum incedere conſenſit, quàm priùs manibus ſuis triginta tres argenti libras in pauperes expendiſſet.* Hæc ipſe de Henrico Imperatore acquieſcente pœnam verberum accipere imperio Sacerdotum.

At verò non defuit qui hoc ipſo tempore, id eſt ſub annum Chriſti 1056. eiuſmodi pium inſtitutum improbaret. Petrus quidam cerebroſus homo, aduerſus quem extat eiuſdem Petri Damiani epiſtola Apologetica in defenſionem Inſtituti apud Illuſtriſſimum Card. Baronium.

Tom. 1. Annal. Anno Chriſti 1056.

Lib. 3. Inſtit. Iſaia 1.

Tom. 2. c. de Pœnit. n. 20. Cap. 3.

Verùm, quorſum iſta? inquiet Lector, quorſum? vt oſtendamus vſum Eccleſiæ antiquum eſſe, & id genus pœnitentiæ viam eſſe ad iuſtificationem, & expiationem peccatorum, & non aliquo ſuperſtitionis æſtu excogitatum, quod (qui molliciem & delicias quærunt) Hæretici blaterant, nec inueniri Deum in terra dulciter viuentium. Vnde inter alios Caluinus indoctè ſcribit Pœnitentiæ duas eſſe partes ex illis ſcripturæ locis: *Quieſcite peruersè agere, diſcite benè facere. Declina à malo, & fac bonum*, quaſi verò illa ſufficiant. Nam loca illa indigitant Iuſtitiam, non pœnitentiam, nec vſquam in Scripturis inueniet (aſſerente Card. Bellarm.) pœnitentiam appellari, declinare à malo, & facere bonum, ſed in fletu, & planctu, in cinere, cilicio, diſciplinis, eleëmoſynis, & ieiunio. Conſiderent Ionæ Prophetæ dictum: *Vidit Deus opera eorum* (ieiunia ſcilicet, & cilicium, quidni & caſtigationem corporis) *& miſertus eſt eis.* Verùm, ſatis ſint hæc, pro aſſerenda veritate pœnitentiæ, quam ſuſtulerunt Nouatiani, teſte Epiphanio Hæreſi 16. & Auguſtino Hæreſi 38. Ergò hallucinantur huius & alterius æui Hæretici, & maximè Lutherus, & Caluinus, dum dicunt: *Ad remiſsionem peccati ſolam requiri emendationem in poſterum abſque dolore, & Patres hortari tantùm peccatores pœnitentes, ad gemitus & planctus, non vt his verbis, quid eſſet pœnitentia docerent, ſed vt pœnitentes hortarentur, nè in priſtina vitia relaberentur.* Quod quàm abſurdum ſit, & à fide Orthodoxorum, & doctrinâ Patrum Eccleſiæ alienum, quantuſquiſque eſt tam obſtipæ mentis qui non videat? cùm omnibus vnus idemque ſit ſenſus: *Satisfactionem Sacramentalem eſſe compenſationem pœnæ temporalis debitæ ob iniuriam Deo allatam Deo conſiſtentem in operibus pœnalibus & laborioſis taxatis à Confeſſario.* Atque hæc ſatisfactio ſic impoſita eſt pars Sacramenti Pœnitentiæ, non tamen eſſentialis, ſi propriè loquendum ſit, ſed integralis tantùm:

quia

Digitized by Google

quia ſatisfactio non ordinatur ad primarium effectum Sacramenti Pœnitentiæ, qui eſt culpæ remiſſio, ſed ad ſecundarium, qui eſt remiſſio pœnætem poralis, ideò non oportuit eſſe de neceſſitate ſimpliciter Sacramenti. Optimè S. Auguſtinus: *Non ſufficit mores in melius commutare, &c. niſi de his quæ facta ſunt ſatisfiat Deo per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium.* Vndè & S. Paulus de ſe dicebat: *Liuidam facio carnem meam, & in ſeruitutem redigo, nè cùm alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar*, c. 1. Cor. 9. Sed hæc obiter dicta ſint. *Serm. 5. de Lap.*

CAPVT LXXVIII.

Apud Hebræos, nonnulloſq; alios haud ignota conſuetudo de condendis ſuis gazis in ſepulchris mortuorum, deq; forma illorum.

Legimus in Ioſepho, [a] & Strabone, [b] alijſque, Hebræos magnam auri argentiuè vim ſuis inſeruiſſe ſepulchris, vt de tumulo Dauidis narrat idem Ioſephus, *a Lib 7.* in quo per Pontificem Hircanum multis poſt ſæculis reperta fuêre tria millia ta- *Antiq.* lenta auri (quorum quodlibet conficit ſummam 1200. Iuliorum Rom. vt alibi *b Lib. 16.* notaui, c quibus vſus eſt Hircanus, vt Ciuitatem illam Sanctam ab Antiochi obſi- *c Tract. de* dione, quâ premebatur liberaret, erogatis illi trecentis talentis, mox vt facti inui- *Re Num.* diam tolleret, eadem pecunia Hircanus fertur, primus Xenodochia ſtruxiſſe, qui- *c. 9.* bus aduenæ exciperentur.

Verùm, quid cauſæ induxerit veteres, vt ſepulchris ſuis gazas ſuas inferrent, quærunt nonnulli: illam fuiſſe reor, quod iure cautum erat, vt qui buſtum violaſſet pœnâ læſæ religionis coërceretur, quod & iure ciuili, & Cæſareo poſteà quoque definitum fuit, tot. tit. Cod. & ff. de Sepulchro violato: vnde defunctorum hæredes tutò exiſtimabant, illorum præcipua, veluti ſacra, illuc eſſe inferenda, vnde depeculari non liceret vnquam.

Cæterùm, ne quid circa hunc ritum omittamus, aduertat beneuolus Lector, præter aurum & theſauros, aromata quoque, odoreſque ſepulchris inſeruiſſe, teſte *Lib. 13.* Plinio: *Is honos*, inquit, *& ad defunctos pertinêre cœpit, & ſepulchra vnguentis perfuſa, odo-* *cap. 1.* *res, aliaque funerum ſolemnia.* De Asâ Rege notat Sacer Codex: *Dormiuit Aſa Rex, nec in* *2. Paralip.* *infirmitate ſua quæſiuit Dominum, ſed magis in Medicorum arte confiſus eſt, & ſepelierunt* *c. 16.* *eum in Sepulchro ſuo, poſueruntque eum ſuper lectum ſuum plenum aromatibus, & vnguentis meretricijs, quæ erant pigmentariorum arte confecta, & combuſſerunt ſuper eum ambitione nimia.* De Lacedemoniorum Rege Xenophon: *Melle oblitus domum deportatur, ac Regiam Sepulturam conſequitur:* Mel enim condiendis corporibus aptum, vt & cera. *Tuſcul.* Vnde Perſæ teſte Cicerone, *etiam cera circumlitos condiunt.* Rurſum Plinius: *Cedri* *Lib. 24. c.* *ſuccus*, inquit *defuncta corpora incorrupta ſeruat, viuentia corrumpit, mira differentia, cùm* *5.* *vitam auferat ſpirantibus, defunctis pro vita ſit.*

Mar-

Digitized by Google

Martialem corollarii loco iungamus:

Vnguenta, & caſias, & olentem funera myrrham, Thuraq́, de medio ſemicremata rogo:
Et quæ de Stygio rapuiſti cinnama lecto, Improbè de turpi Zoile redde ſinu.

Potiò, formam Sepulchri ſi quæras, ſcito fuiſſe ſub terra, facto ex lapidibus fornice, ſubtus quem Menſam, vel columellam tribus cubitis non altiorem ſtatuebant cum laudum præconijs, quæ ad mortuos pertinerent. facta etiam nominis mentione honorifica, vt teſtatur Polydorus Virgilius, & Tertull. verbis his: *Quis non hodiè memoriæ poſt mortem frequentandæ, ità ſtudet, vt vel litteratura operibus, vel ſimplici laude morum, vel ipſorum Sepulchrorum ambitione nomen ſuum ſeruet?*

Ille lib. 4. cap. 10. Iſte lib. de Anima.

Verùm enim verò vir ſapiens flocci iſta æſtimat, & cum Mæcenate dicet,

Nec tumulum curo ſepelit natura relictos.

Gloria enim vanum & volatile quiddam eſt, auraque mobilius: quod probè conſiderauit Semiramis Regina Orientis, & mulierum omnium longè celeberrima, quæ conſtructo ſibi monumento inſcripſit: *Quicumque ex Regibus inopiam pecuniæ ſenſerit, conditorio recluſo, quantum ei opus erit capiat.* Id cùm perlegiſſet Darius Rex, vt qui auri foret auidior, ſepulchrum quidem iuſſit recludi, pecunias autem non inuenit, ſed in illud ſcriptum incidit: *Niſi vir malus eſſes, & pecuniæ prorſus inexplebilis, non vtique mortuorum loculos moueres.* Vndè vides quod ſpreta in tempore gloria, cumulatior interdum reddatur: præterquam & eluſus Rex ille fuerit, & magnificentiæ prudentiæque laude nituerit Regina.

Plutar.

CAPVT LXXIX.

De Primitijs, & Oblationibus. Nouatores liuoris arguuntur. Sacerdotibus Legis antiquæ optimè proſpectum.

SI Gentilitas frugum primitias Numinibus ſuis gratanti animo mitterent, adeò vt nè deguſtarent quidem illas, ac nè quidem vina antequam Sacerdotes primitias libaſſent, ità adſtruenti Plinio, multò potiori ratione veri Dei cultores beneficij Diuini memores, primitias benignitati diuinæ offerebant, vti colligitur ex Sacro Codice, vbi eiuſmodi primitiæ Aaroni, eiuſque filijs aſſignantur: *Omnem,* inquit, *medullam olei, vini, & frumenti, quidquid offerunt primitiarum Domino, tibi dedi vniuerſa frugum initia, quas gignit humus, & Domino deportantur, cedent in vſus tuos.* Albique conſtat Abel obtuliſſe de primogenitis gregis ſui.

Lib. 4. c. 12. & lib. 15. c. 2.

Num. 18.

Exindè, manauit vſus iſte ad Eccleſiam nouæ legis offerendi primitias fructuum Sacerdoti celebranti circa menſes Iulium & Septembrem: qui vſus ad hæc vſque tempora perdurat in antiquiſſima noſtra Eccleſia Leodien. in qua à priſcis ſæculis nihil nouarum frugum guſtatur, niſi Sacerdos antè libauerit: quod & in alijs Catholicorum Eccleſijs obſeruatur, teſte D. Hieronymo: Soli autem Sacerdotes, & Pontifex in veteri lege, non autem Leuitæ propriè dicti, inquit R. P. Becanus, accipiebat

In Ezech. cap. 44.

cipiebant primitias, & primogenita à filijs Iſraël. Primitiæ autem iſtæ ſoluebantur *Analog. ve. & no.*
ter in anno, vt notauit Lyranus, & alij. Primò, in Paſchate de nouis ſpicis. Secun- *Teſtam. c.*
dò, in Pentecoſte de nouis panibus. Tertiò, in Septembri in feſto Tabernaculo- *7. quaſt. 6.*
rum de nouis fructibus. Nam illis tribus anni temporibus, tenebantur omnes mares venite ad locum quem elegerat Dominus. Sed de primitijs nouæ legis aliud vſitatum vt prædiximus.

De primitijs ſpicarum, quæ in Paſchate offerebantur, intelligitur illud Leuit. 23.10. *Cum ingreßi fueritis terram, quam ego dabo vobis, & meſſueritis ſegetem, feretis manipulos ſpicarum primitias meßis veſtra ad Sacerdotem, qui eleuabit faſciculum coram Domino, vt acceptabile ſit pro vobis altero die Sabbathi, & ſanctificabit illum.*

Ritus autem offerendi ſic deſcribitur: *Si autem obtuleris munus primarum frugum* *Leuit. 2.*
tuarum Domino de ſpicis adhuc virentibus; torrebis igni, & confringes in morem farris, & ſic *14.*
offeres primitias tuas Domino, confundens ſupra oleum, & thus imponens, quia oblatio Domini eſt.

De primitijs panum quæ offerebantur in Penthecoſte, intelligitur illud Leuit. 23.15. *Numerabitis ergò ab altero die Sabbathi in quo obtuliſtis manipulum primitiarum ſeptem hebdomadas plenas, vſque ad alteram diem expletionis hebdomadæ ſeptima, id eſt, quinquaginta dies: & ſic offeretis ex omnibus habitaculis veſtris panes primitiarum, duos de duabus decimis ſimile fermentata, quos coquetis in primitias Domini.*

De primitijs nouorum fructuum, quæ offerebantur in Septembri, intelligitur illud nu.18.13. *Vniuerſa frugum initia, quas gignit humus, & Domino deportantur, cedent in vſus tuos: qui mundus eſt in domo tua veſcetur eis.* & Deuter. 18.4. *Dabunt Sacerdoti primitias frumenti, vini, & olei.* Et 26.2. *Tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in cartallo, pergesq́; ad locum, quem Dominus Deus tuus elegerit, accedeſque ad Sacerdotem, qui fuerit in diebus illis, &c.*

Eſt autem magna differentia inter hæc tria genera primitiarum. Primò, quia primitiæ in Paſchate erant ex ſolis ſpicis: in Penthecoſte ex ſolis panibus, in Septembri ex varijs terræ fructibus. Secundò, primitiæ ſpicarum dabantur in ipſa collectione fructuum terræ, nec vlli licebat quicquam comedere de nouis fructibus, antequam primitiæ ſpicarum Deo oblatæ eſſent, Leuit 23.14. At primitiæ in Penthecoſte, & Septembri, offerebantur ex fructibus iam collectis, & domi aſſeruatis. Tertiò, Primitiæ panum, & fructuum, cedebant integrè in vſum Sacerdotum;
Primitiæ verò ſpicarum non integrè. Nam vnus manipulus ſpicarum conſume- *Exod. 13.*
batur per modum Sacrificij, reliqui comedebantur à Sacerdotibus. *2. &*

Porrò, ſicut Primitiæ, ſic etiam primogenitæ dabantur Pontifici, & Sacerdoti- *Num. 3.*
bus. Erant autem tria genera primogenitorum; alia hominum, alia pecorum mun- *13.*
dorum, alia immundorum. Igitur ſingula primogenita primi, & tertij generis redimebantur, pretio quinque ſiclorum (id eſt noſtrate moneta 20. Regalium
Hiſp.) quod dabatur Sacerdotibus; Primogenita ſecundi generis per ſe illis offe- *Num. 18.*
rebantur. *15.*

Quo verò ad oblationes, ἐν πλάτει. intelligimus, quæ à filijs Iſraël Deo offere-
bantur in vſum Sacerdotum, differebantque à Decimis in hoc, quod illæ vltrò of-
ferebantur, vt nonnulli volunt; Decimæ autem ex præcepto, ſuper quo vide So-
a *Lib* 9. tum a, D.Thomam b, Caietanum, Marianum Soc. c, Azorinum d.
q 3. Cæterùm, ex antedictis facilè colligere eſt, quàm abundanter proſpectum e-
b 22.*q* 86. rat Sacerdotibus antiquæ legis, ſi attentè conſideretur multitudo oblationum,
c *Tra.*7. *de* *Oblat.* quæ tam ex præcepto quàm ex zelo non ſolùm à fideli populo ipſis dabantur, ſed
d *Lib*.7. ab ipſis Leuitis, à quibus Decimas etiam Decimarum iure diuino accipiebant.
Inſtit.c.38. Proh pudor! Hæreticos Chriſtianis inſultare Sacerdotibus ſpecie diuitiarum,
quarum nè quidem vmbram poſſident noſtri Chriſticolæ.

Sed nil mirum in ijs quibus innatum eſt oues boni Paſtoris Chriſti non tam tondêre, quàm deglubere. O quàm diſſiti iſti Nouatores à primis Chriſtianis,
Cap.39. quorum profuſas fuiſſe oblationes Tertullianus refert in Apologetico, ex quibus
nimirum non modò Eccleſiarum miniſtri, ſed pupilli, viduæ, ægrotantes, peregri-
ni, in carcere detenti, exules causâ fidei, & ad metallum damnati, copioſiſſimè ale-
Tom.1. rentur, idem auctor teſtatur, vt & Bellarminus ipſe ex alijs antiquis Scriptoribus
probat tom.1. cùm agit de Collectis.

Cæterùm, ad hæc ſubſidia Sacerdotibus, cæteriſque ſacrorum Miniſtris impertienda Laicos teneri, non tantùm Dominus (quod ait Paulus) ſuâ ordinatione inſtituit, ac idem Apoſtolus iure id fieri demonſtrauit, ſed & Patres omnes faciendum admonuerunt. Atque potiſſima horum pars de Primitijs lubens accepta fero à R.P. Martino Becano loco præcitato.

CAPVT LXXX.

De Officio Diuino, eiuſq; inſtitutione. Cantus in Eccleſia quando captus. In veteri Lege etiam vſitatus. Cur non cantetur niſi Hebraïca, Græca, Latina Officium? qui diuidatur? Ad illud ritè perſoluendum monentur Canonici à Concilio Aquenſi, & à S. Bernardo.

OFficium Diuinum, ſiue Eccleſiaſticum ſic definitur, vt ſint quædam preces, & Laudes Deo per Eccleſiaſticos, præſertim certis, ſtatiſque horis ab Eccleſia ordinatis dicendæ. Vocatur *Diuinum*, propterea quod perſoluitur Deo, cui debemus cultum, laudes, & gratiarum actiones, eſtque neceſſarium, ad ſalutem reſpectu adultorum ratione vtentium, vt neceſſitate quidem medij, vt Theologi loquuntur. Inſtitutum autem fuit tempore naſcentis Eccleſiæ, vt videre eſt in Act
Apoſtolorum 2.2.5.& 1.Cor.14.& apud Nicephorum, qui ſcribit Catholicos æ-
Eccleſ. no S. Ignatij Martyris, qui tertius fuit à Petro Apoſtolo, cœpiſſe ſacris cantilenis
Hiſt lib. id eſt, Pſalmis in Eccleſia operari. Cùm enim S. Ignatius quodam die per extaſim
11 c.8.

ani

animi conſternatus eſſet,ſanctoſque Angelos vidiſſet,alternis & ſibi inuicem reſpondentibus carminibus,ſiue Hymnis. Sanctam Trinitatem collaudantes, dicitur primus hanc concinendi formam in Antiochena Eccleſia inſtituiſſe, quam reliquæ poſteà ſucceſſu temporis ſecutæ ſunt; ſed propter Principum tyrannidem non vſquequaque aptâ methodo. Vnde Damaſus Papa, & Gelaſius inſtante Theodoſio Imper. Hæreticorum maſtyge acerrimo, D. Hieronymi ſtudio, & operâ, Horarum officium in aptiorem formam redegit, ordinando quantum Pſalmorum in Dominica, quantum Feria ſecunda, quantum tertia, & deinceps recitandum eſſet, & vt chorus in duas partes diuiſus, Pſalmos caneret alternatim, cui ordinationi, cantum etiam Gregorius Magnus addidit, vnde Gregorianus nuncupatus fuit. Qui ritus poſteà per alios Epiſcopos Romanos, nempè Pium V. aliosque probatus, & exinde iure merito piè ſanctèque ſemper obſeruatus, vſitatusque fuit. Vnde Eccleſ. 47. & Pſal. 32. *Dedit illis contra inimicos potentiam, & ſtare fecit contra Altare cantores. & in ſono eorum dulces fecit modulos.* Et Pſalm. 32. *Cantate ei canticum nouum, benè pſallite ei in vociferatione.* Atque ità videmus hunc vſum tempore veteris Legis à fidelibus fuiſſe frequentatum.

Celebratur itaque & laudatur Deus Cantu, vt oſtendatur homines debêre refundere gratias, & laudes Deo, dum ore, manibus, cæteriſque membris ſatagunt agere opera, quibus rectè valeant placêre Deo.

Quo aſpectu S. Cyprianus in Orat. Domin. *Quando*, inquit, *in vnum cum fratribus conuenimus, & Sacrificia Diuina cum Dei Sacerdote celebramus, verecundiæ & diſciplinæ memores eſſe debemus, non paſſim ventilare preces noſtras vocibus inconditis.* Accedit D. Auguſtinus, qui de ſeipſo ſcribit quod ex cantu æſtuabat affectus pietatis, lachrymæque ipſi decurrerent ex ſuauiſonantis Eccleſiæ vocibus. Plura de vſu, & conſuetudine canendi, vide ſuprà Cap. XXIII. quibus adde Cæſarem Franciottum in Medit ante & poſt S. Commun. Obſer. 2. *Confeſſ. lib. 9. c. 6. & Epiſt. 119*

Porrò, ſolet quæri cur potiùs cantetur Officium linguâ Hebraïcâ, Græcâ, aut Latinâ, quàm vernaculâ? Reſpondetur (quidquid blateret Caluinus in 14. prioris ad Cor.) id ideò ab Eccleſia, adeòque Chriſto Domino ordinatum, vt ſuprà ex Auguſtino, nè vlla in pſalmodiando committeretur irreuerentia, vti probè ſcribit Ledeſma. Hinc Gregorius Papa Vratiſlaum Boëmiæ Regem acriter eo nomine redarguit, quod rogare præſumpſiſſet facultatem celebrandi Diuini Officij Sclauonico idiomate, quam prorſus illi, & Boëmis denegauit Pontifex Vide Cardin. Baronium qui prolixè de Horis, vt & Bellarm. tom. 3. Contro. de Bon. oper. lib. 1. cap. 11. pag. 1347. *An. Chr. 1081. Sub An. 34.*

Cæterum, Officium Diuinum diuiditur in ſeptem ſectiones, ſiue partes, iuxta illud Pſalmographi: *Septies in die laudem dixi tibi*: ſunt enim ſeptem dona Spiritus ſancti, ſeptem dies creati mundi, ſeptem ætates, quibus completis mundus finietur, ſeptem petitiones Orationes Dominicæ, ſeptem Pſalmi Pœnitentiales, ſepties in die cadit iuſtus, ſeptem Planetæ rutilantes, Templi Salomonis ſeptem *Pſal. 118.*

Digitized by Google

lampades, denique ſeptem Myſteria Dominicæ Paſſionis, iuxta tralatitios verſus iſtos:

Hæc ſunt ſeptenis propter quæ pſallimus Horis. Matutina *ligat Chriſtũ, qui crimina purgat,*
Prima *replet ſputis: causã dat* Tertia *mortis,* Sexta *Cruci nectit, latus eius* Nona *bipartit.*
Veſpera *deponit tumulo,* Completa *reponit.*

Tract. de Hor. Canon. lib. cap. 19. Finio cum exhortatione PP. Aquiſgranenſium, quam refert Ioannes Molanus Doctor Louanieñ. *Studeant*, inquiunt Sancti illi Patres, *Canonici prædictas Horas vigilantiſſima cura cuſtodire, & in his diuinum Officium humiliter, ac deuotè perſoluere.* *Cap. 131.* *Pſallentium autem in Eccleſia Domino mens concordare debet cum voce, vt impleatur illud Apoſtoli,* *1. Cor. 14.* *Pſallam ſpiritu, Pſallam & mente. Quoniam quamuis non lateat Angelos, crebrò electis inuiſibili adeſſe præſentia, vt eos vel ab hoſtis callidi defendant inſidijs, vel maiori cæleſtis deſiderij gratia ſuſtollant, maximè tamen Angelici ſpiritus nobis adeſſe credendi ſunt, cùm diuinis ſpecialiter mancipamur obſequijs, id eſt, cùm Eccleſiam ingreſſi, vel lectionibus ſacris aurem accommodamus, vel Pſalmodia operam damus, vel orationi incumbimus, vel etiam Miſſarum ſolemnia celebramus.* Hactenus cordati illi, & ſancti Sacerdotes, prorſus idonei quos hodierni imitentur.

CAPVT LXXXI.

De barba Sacerdotum; deq; comam nutrientibus, Clerus Leodienſ. olim barbam raſitabat. Comam alere citeriori æuo nefas.

INquiſiuimus alias animi cauſa priore ſcilicet Centuria, quo ritu veteres alerent, ponerentvè barbas, modò lubet de barbis Sacerdotum quædam ſubijcere; & primùm, an deceat Sacerdotes barbatos eſſe. In quo notandum lege quadam Concilij, reſcripto Alexandri III. anno 1159. roborata, ſancitum eſſe, vt Sacerdotes omnes barbam deponerent: adeoque ex litteris Gregorij VII. ad Iacobum Epiſcopum Calaritanum conſtat Clericos omnes iuſſos barbam radere, quod multis ante eum ſæculis Anicetus Papa anno Chriſti 154. conſtituerat, huncque vſum ad retrò proxima maiorum noſtrorum ſæcula deriuaſſe in ampliſſima hac Diœceſi Leodienſi compertum eſt. Siquidem anno Chriſti 1534. Iulij tertia, conſtitutum fuit in publico totius Cleri conſeſſu, raſitandam eſſe barbam decimo quinto quoque die, comamque niſi ad aures vſque producendam, ſuper qua re videri quoque poterit Concilium Carthaginenſe IV. Aquiſgranenſe, & Lateranenſe. Sed vt ſolent omnia mutari, & veluti æſtuario quodam fluxu, refluxuq; alternari, receſſum eſt ab illo vſu, vti ſcribit ad Eminentiſſimũ Cardinalem Medicæũ Ioannes Pierius Bellunenſis. Siquidem, inquit, ex leuitatis vſu, multa contra Sacerdotij decorem fieri videmus. Euaneſcere quippè grauitatẽ, virilitatem deſpici, ſeueritatẽ illudi, & venerabilis in homine conſpectus diligentiã eleuari. Nã quin barba virũ, & probũ, & honeſtum, imprimiſq; grauẽ, atq; ſeuerũ

deceat, qui negare velit, inueniri neminem arbitror. De ijs loquor, qui rationibus potiùs acquieſcunt, quàm opinionibus ſuis adhæreſcunt. Quod ſi probum, & honeſtum virum barba decet, Sacerdotem quoque, qui totius probitatis honeſtæ vitæ exemplar eſſe debet, ante alios addecêre non temerè forſan opinabimur. Nulli enim dubium eſt, ſeueriorem hominis habitum, eo molli, & effœminato laudabiliorem eſſe, in viro præſertim ſacris initiato, quique alios inſtiturus ſit, atque etiam caſtigaturus, futurusque, vt Ægyptij volunt, tanquam canis latrans in hominum vitijs incesſendis: quia qui muti ſunt ab Hieremia reprehenduntur.

Quinetiam eadem de cauſa Barbatos magiſtros maiores noſtri cumprímis approbauere. Neque eſt quod nonnulli dicant, ſe barbam ponere humilitatis cauſa, vt cultum aſpernentur, ſintque vltrò hominibus opprobrio atque contemptui, quod in capillo tondendo forſan admittemus, ſed in oris mollicie curanda, nemo vnus qui benè ſentiat, humilitatem interpretabitur. Mentum ſiquidem, & faciem omnem raſitare, nimirum nequitiæ, deliciarumque cauſa cœptum, quique id frequentiùs egere, inter effœminatos dubio procul ſpeciem præferant, etiamſi multis, & magnis virtutibus domi foriſque clati exiſtant. Quippè, præter naturam id eſſe, quæ glabellas fœminas, hirſutos mares effecir, portentoſumque eſſe, ſi quæ barbarula mulier ſit, vti de Ariſtide, quæ Mineruæ ſacris præfecta erat apud Pedaſenſes Græcorum monumenta tradidere. Qui igitur volet marem arte, operæve aliquo imberbem reddete, is contra naturæ leges dubio procul feciſſe redarguetur, etiam contra ſcitum veteris legis, vti ex libro Leuitici oſtendit idem Pierius, quod & Nazaræorum inſtituto (qui perfectiorem vitam ducebant) cautum fuit, quin & ex lege gratiæ exemplis Chriſti, Petri, Pauli, Andreæ, Thomæ, Iacobi, qui ſemper intonſa barba fuêre; vt & aliorum Collegarum, Collegij illius Apoſtolici, & illorum ad hæc vſque tempora ſucceſſorum, eorumque qui ſummum purpuræ decus in Vrbe adepti ſunt, qui ſemper intonſa barba fuêre.

Quid quod Concilij Carthaginenſis edicto Sacerdotibus præcipitur, nè barbam radant? Vnde & olim Galliarum Sacerdotes, vt viri viderentur, barbam præ ſe ferebant, velut quendam ſui Ordinis oſtendentes decorem. *Baron. in Annal. an. 58.*

CAPVT LXXXII.

Apud Iudæos quis, & apud quos vſus raſura barbæ, & tonſionis capillorum fuerit? Ægyptij & Gentiles cur forma rotunda caput attonderent?

DIximus obiter ſuprà Nazaræos radi minimè ſolitos, nec tonderi, quod intellige toto tempore voti, ſeu ſeparationis. Iſidorus: *Tonſura Eccleſiaſticæ vſus à Nazaræis, ni fallor, exortus eſt, qui priùs crine ſeruato, denuò poſt magnam vitæ continentiam,* *De Diuinis Officijs*

Digitized by Google

deuotione completa, caput radebant. & ca[illegible] vt perfectionem deuotionis ſuæ Domino conſ[illegible]rent.

Vide Mart. Becan. vet. & no. Teſtam.

De alijs veluti de Leuitis, quando initiabantur miniſterio Leuitico, debebant radere pilos omnes carnis ſuæ. Eadem cæremonia obſtricti etiā Leproſi, ſed aliam ob cauſam quàm Leuitæ. De Sacerdotibus, ſic in Ezechiele legitur: *Caput ſuum non radent, neque comam nutrient, ſed tondentes attondent capita ſua.*

Pro reliquis Iudæis, in communi ita Leuit. 19. 27. *Neque in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam.* Vbi duplex prohibitio comprehenditur: Vna, Non attondebitis comam in rotundum, id eſt, non imitabimini Ægyptios, & alios Gentiles, qui id facere ſoliti ſunt, vt patet Ierem. 9. 26. & cap. 25. 23. 49. 32.

Notandum enim Ægyptios, & alios Gentiles putaſſe ſuos Deos figura rotunda, vtpotè omnium capaciſſima, & perfectiſſima præ cæteris delectari. Ideòque in illorum gratiam capita ſua in rotundum attondebant. Immò etiam templa rotunda ſuis Dijs ædificabant, vt Numa Pompilius Veſtæ, Auguſtus Cæſar Romæ Pantheon, omnibus vniuerſim Dijs, ità alij alijs templa excitantes. Igitur Iudæi nè ſimiles eſſent Gentilibus, prohibiti ſunt ſectari hanc ſuperſtitionem.

Altera prohibitio: *Non radetis barbam.* Nota, Hæc duo diſtincta ſunt radere barbam, & tondêre barbam, Raſura fit per nouaculam, tonſura per forficem. Raſurâ tota barba vſque ad cutem exſcinditur: tonſura decurtatur, & in decentem formam redigitur. Voluit igitur Deus Hebræos non exſcindere ſuas barbas vſque ad cutem, ſed eas retinere, vt etiam in vultu quandam virilitatis ſpeciem, & ſapientiæ formam ferre viderentur: Nam barba virilitatis, ac virtutis inſigne eſt. Excipiebantur tamen ab hac lege Leuitæ, & Leproſi, vt diximus, qui in legali purificatione omnes corporis pilos radere tenebantur, teſte eodem Becano, & in hac purificatione (quæ conſecrationem præcedebat) hæc adhibebantur. 1. Aſperſio aquæ luſtrationis, cui ſcilicet cineres vaccæ rufæ erant infuſæ, & per illum mundabantur, qui contraxerant aliquam immunditiam legalem, ſiue ex contactu cadaueris, ſiue aliundè, vti videre eſt nu. 19. 2. Raſura pilorum totius corporis, vt dictum eſt. 3. Lotio veſtimentorum, denique oblatio ſacrificij pro peccato. Vide Cod. ſacrum. Et de raſura barbæ plura habes Parte 1. cap. 30.

CAPVT LXXXIII.

Polygamia apud veteres, quando tolerata? & qui illam admiſerint?

NOn defuêre Hæretici antiqui, inter quos Hermogenes, aduerſus quem ſcribit Tertullianus, qui Polygamiam probarunt, & veluti haſtis amentatis defenderunt; quippè qui cum Mahomete ſuſtinebant tot vxores licère ducere, quot vnuſquiſque facultatibus ſuis ſuſtentare poſſet. Ab his ſteterunt noſtri temporis Nouatores, inter quos in Germania Lutherus, in Gallia Caluinus, qui illum inter

Chriſti

Chriſti Apoſtolos numerat, qui quidem Polygamiam ad peluim vſque tuetur, imò multò pluribus argumentis (ſi argumenta dicenda ſunt, quæ ab Orco proueniunt) quam vnquam Mahometes prædicarit. Sed quæſtionis eſt, an vllo vnquam tempore fuerint iſti multinubi, & quæ Nationes Polygamia iſta vſæ ſint? Imprimis, ſatis conſtat illo inſtituto vixiſſe Parthos, Syros, Thraces, Ægyptios, Æthiopes, Perſas, Numidas, & alios quos in medium produxi Cent. 1. cap. 23.

Eiuſdem farinæ Indi quoque fuêre, qui plures vxores ſinguli ducebant, quæ mortuo marito apud Iudices contendere ſolebant, quam ex his maritus maximè dilexiſſet. Quæ victrix fuerat, læta coniugis flammis ſe conijciebat, & cum eo tanquam fœliciſſima cremabatur: aliæ cum triſtitia, & mœrore remanebant, veluti laudis eminentiſſimæ gloria exutæ, vt ſcribit Cicero [a], Strabo [b], & Cœl. Rhodiginus [c], & eundem morem fuiſſe apud Venedos Germanorum populos tradit Vunnefridus Anglus, qui poſteà Bonifacius vocatus, & exinde Archiepiſcopus Moguntiacus, teſte Tiraquel [d].

a Lib. 5. Tuſcul.
b Lib. 1.
c Lib. 28. lectio. antiq. c. 15.
d Lib. 7. Connub. glo. 1. par. 7.

De Germanis autem idem volunt quidam, moti auctoritate Cæſari, qui illos Polygamiam coluiſſe ſcribit, quod conſtet Arioniſtum Germanum duas vno tempore vxores habuiſſe, quod tamen mihi non ſit veroſimile, & vt ità fuiſſet, non ſubſiſtit argumentum à particulari ad vniuerſale: præſertim cùm Tacitus ſcribat, Germanos gentem bello inclytam, ſingulis vxoribus contentos fuiſſe, præter paucos qui non propter libidinem, ſed ob nobilitatem pluribus nuptijs vacabant.

Lib. 1. Commentt. in fine.
De Morib. German.

Valentinianum Imperatorem etiam legem tuliſſe de ducendis pluribus vxoribus apud Baronium legimus. Alios ſileo populos, quos confertim profert in medium doctiſſimus ille Libriuorus Tiraquellus, Iuris apud Gallos magnum decus & ornamentum.

An. Chr. 370.

Sed in fideli populo, id eſt, vnum verum Deum colente, qualis Hebræorum, quorum plurimi, plurimas habuere coniuges, diſquirendum nobis eſt, an paſſim, & quolibet æuo Polygamia iſta apud illos ſeruata fuerit? Diſtinctione quæſtio iſta terminatur. Aut loquimur de exordio mundi vſque ad diluuium, aut de tempore poſt diluuium. Ante diluuium nec Adam nec vllus alius præter Lamech plures vxores habuit, qui idcircò reprehenditur à Nicolao Papa, vocatque eum adulterum. Poſt diluuium, multi Viri ſancti Polygamia vſi ſunt, vt Abraham qui duas habuit vxores, Saram & Agar; licet alij dubitent, dicentes Saram fuiſſe legitimam, Agar non vxorem, ſed concubinam; Iacob duas, Lyam, & Rachelem; Elcana duas, Annam & Phenennam. Dauid plures, Achinoam, Abigail, Maacha, Aggith, Abital, Eglam, Berſabee, Michol: alij alias veluti Salomon, qui 700. habuit vxores, & 300. concubinas, & alias gentiles, ob quas à Deo reprehenſus fuit: cum quo tamen in gratiam redijt per pœnitentiam, vt non pauci opinantur, inter quos D. Hieronymus, & alij quos retuli ſuprà cap. LXII.

Geneſ. 4.
29.
Epiſt. ad. Lothar. Regem cap. Anno n 24. q. 3.
3. Reg. 11.

Cæterùm, an Polygamia repugnet primæ inſtitutioni Matrimonij, Legi etiam Diuinæ, vide Martinum Becanum Societatis IESV Theologum, qui concluſ. 3.

Infra Analoge. c. 22.

nu.

næ 5. occurrit tacitæ obiectioni dicentium Polygamiam eſſe vtiliorem ad propagandam prolem, quàm Monogamiam. Reſpondet enim rem aliter ſe habere in conſilio, & prouidentia Dei, quod patet ex euentu. Nam quando inſtituit Monogamiam in Paradiſo, dixit Adamo, & Euæ: *Creſcite, & multiplicamini*. Quibus verbis dedit illis, & poſteris eorum benedictionem, & fœcunditatem. Itaque Monogamia coniuncta cum hac benedictione erat ſufficientiſſima ad humani generis propagationem. Quando autem ceſſante hac benedictione, cœperunt fœminæ eſſe ſteriles, tunc conceſſit Polygamiam, vt hac ratione ſterilitatem compenſaret: ſic contigit Abrahamo, qui vxorem habebat ſterilem, ideò conceſſa eſt illi alia vxor, vt prolem ſuſcitaret. Poſteà multæ aliæ ſteriles fœminæ ſubſecutæ ſunt, vt Rachel, vxor Iacob, Anna vxor Elcanæ, Michol vxor Dauid: & ſic deinceps.

Geneſ. 16. 2.

Verùm, in Lege nouâ aliud ſtatuit Chriſtus, nemini ſcilicet licere duas vxores habere, licet Valentinianus Imperator aliud ſanciuerit, nullius fultus auctoritate, ſed tantùm vt ſuam occultaret libidinem, quippè qui cùm ſuam haberet vxorem legitimam, nomine Seueram, ex qua ſuſceperat Gratianum, aliam inſuper duxit nomine Iuſtinam, cuius amore tenebatur, quæſiuit ſocios ſui ſceleris, permittendo, inquit Martinus Becanus, Polygamiam, vbi tria eſſe notanda, & diſtinguenda tempora ſcribit. Primum, ab initio mundi vſque ad Abrahamum. Secundum, ab Abrahamo vſque ad Chriſtum, à Chriſto vſque ad finem mundi. In primo fuerunt primi Parentes cum ſuis poſteris. In ſecundo, Iudæi cum ſuis progenitoribus Abrahamo, Iſaac, & Iacob. In tertio ſunt Chriſtiani. In primo viguit ſola Monogamia. In ſecundo conceſſa eſt Polygamia. In tertio reducta eſt Monogamia, & explosa Polygamia, vt verè & doctè ſcribit idem R. Pater Martinus Becanus, & Card. Bellarminus Tom. 2. de Matrim. Sacram. cap. 11. vt & R. P. Bened. Pererius in Geneſim, quos ſi lubitum eſt videto.

In ſua Analog.

CAPVT LXXXIV.

De Conuiuijs priſcorum Chriſtianorum Pauperibus exhiberi ſolitis, deque alijs. Mira in illis abſtinentia. Lotio pedum antequam accumberent. Sumptio S. Eucharistia poſt cœnam: qui mos poſtea exoletus.

PRæter ea quæ alibi ſcripſi viſum eſt ſubtexere hoc loco, quæ notata mihi de Conuiuio pauperibus exhiberi ſolito, quod ἀγάπη tempore naſcentis Eccleſiæ dicebatur. Scribit igitur Tertullianus (qui circa primum ſæculum à Chriſto paſſo fuit) & quidem eleganti ſuo calamo, quàm modeſtiæ plena eiuſmodi primorum
" Chriſtianorum Conuiuia eſſent, præſertim quæ egenis miniſtrabantur. Quan-
" tiſcumque, inquit, Agapæ ſumptibus conſtet, lucrum eſt pietatis nomine facere
" ſumptum: ſiquidem inopes quoque refrigerio iſto iuuamus, non quâ penes vos
" paraſiti affectant ad gloriam famulandæ libertatis, ſub autoramento ventris in-

ter contumelias ſaginandi, ſed quà penes Deum maior eſt contemplatio mediocrium. Si honeſta cauſa eſt conuiuij, reliquum ordinem diſciplinæ de cauſa æſtimate, quid ſit de Religionis officio, nihil vilitatis, nihil immodeſtiæ admittit. Non priùs diſcumbitur, quàm oratio ad Deum prægustetur. Editur quantum eſurientes capiunt, bibitur quantum pudicis eſt vtile; ità ſaturantur, vt qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum ſibi eſſe; ità fabulantur, vt qui ſciant Dominum audire. Poſt aquam manualem, & lumina, vt quiſque de Scripturis ſanctis, vel de proprio ingenio poteſt, prouocatur, in medium Deo canere; hinc probatur quomodo biberit. Æquè ratio conuiuium dirimit: inde diſceditur, non in cateruas cæſionum, neque in claſſes diſcurſationum, nec in eruptiones laſciuiarum; ſed ad eandem curam modeſtiæ, & pudicitiæ, vt qui non tam cœnam cœnauerint quàm diſciplinam. Huc vſque Tertullianus de publicis Chriſtianorum illius æui conuiuijs, quæ pauperum cauſa parabantur, idque poſt ſacram Synaxim, ſiue ſacram communionem, diuitibus in Eccleſia cibos afferentibus pro pauperibus ad eam vocatis, qui nihil habebant, atque ità tum conuiuebant vt ſuprà narratum eſt, ſed Deus bone! quantâ cum modeſtiâ, & charitate erga pauperes: quorum modò egeſtati ditiores ſtudebant? *Apolog. c. 39.* *Vid Card. Baron. An. Chr. 57.*

Audi Sanctum Cyprianum, qui viduam reprehendit locupletem & auaram, quod de oblationibus Domino factis comederet, & ipſa nihil, vt loquitur, in Dominum inferebat. Hinc liquet pauperes, & diuites ſimul comediſſe de his quæ Domino: hoc eſt pauperibus, ceù Domini Vicarijs offerebantur, ſiue ex mutuis donis, quæ collectas & oblationes appellabant. *Serm de Eleemoſ.*

At de alijs Conuiuijs minoris impenſæ, quæ arctiorem vitam colentibus exhibebantur, ità Philo Iudæus: Non priùs diſcumbunt (in lectis ſcilicet Romanorum more, de quo ſuprà Cent. 1. c. 11.) quam ſublatis in cœlum manibus, & oculis Superos precentur, vt placeat Deo id Conuiuium. Abſolutis precibus ſeniores diſcumbunt, ac mox alij pro cuiuſque dignitate: ita quidem, vt ſeorſim viri dextrum latus, ſeorſim fœminæ ſiniſtrum teneant, & in hoc ſacro Conuiuio, nemo ſeruus adeſt, inquit: miniſtrant enim ingenui, & ſponte quidquid opus eſt faciunt, iuſſa non expectando, ſed præueniendo, alacritate voluntariâ. Diſcincti autem, & promiſſis tunicis accedunt ad miniſtrandum, vt abſit omnis ſeruilis ſpecies. Vinum per illos dies, non præbetur, ſed aqua limpidiſſima, vinum enim habent pro veneno. Cæteris frigida, calida his, qui inter ſeniores tractantur delicatiùs, pro cibo panis apponitur, ſal pro obſonio, & in conuiuio magnum ſilentium, ità vt nec mutire quidem cuiquam liceat, aut reſpirare vehementiùs: attamen proponit quiſpiam quæſtionem è Sacris litteris, aut ſoluit ab alio propoſitam, nihil de ſolutione ſollicitus: nec enim captat laudem argutiarum, aut eloquentiæ: hoc tantùm agit, vt rem diligentiùs perſpiciat, tum perſpectam non inuideat minùs perſpicacibus, ſed non minus dicendi cupidis, atque ità immoratur doctrinæ, ſubindè inculcans, imprimenſque animis præclaras ſententias: nam expeditam elocutionem vnâ ſe-

Digitized by Google

tie continuam, aut totum mens non valens aſſequi, à tergo relinquitur, nec ſati audita percipit.

Totum verò Auditorium attentum auſcultat in vno, eodemque habitu, intel ligere ſe nutu, vultuque indicans, probare verò hilaritate, ac exporrectis frontibu interdum & dubitare, hærereque moto leuiter capite, ſummoque dextro digito nec minori attentione iuniores, qui adſtant audiunt. Sed & quæ porrò ſubijc memoratu digna ſunt.

Cœnam verò ſequitur ſacrum peruigilium his Ritibus: Vbi omnes conſurrexi re, duo chori fiunt in medio cœnaculo alter virorum, alter fœminarum; cuiqu ſuus incentor præficitur, honore præſtans, & canendi peritiâ: deinde cantai hymnos in laudem Dei compoſitos, varijs metrorum, carminumque generibu nunc vno ore, nunc alternis, non ſine decoris, & religioſis geſtibus, & accentibu modò ſtantes, modò antrorſum, retrorſumvè gradum mouentes; vtcumque re poſtulat. Quis non dicat prorſus hæc commenta? niſi fide digno auctore prodi eſſent? quibus addi poſſunt quæ ſcribit Clemens Alexandrinus, qui vult Cœna debêre eſſe expeditam, & tenuem, ad vigilias aptam, carniumque & vini prorſ expertem, non tamen ea damnans, ſi quis his ſobriè vtatur.

Pædag. lib. 2. c. 1. & 2.

De iiſdem Chriſtianorum Conuiuijs rurſum Minutius Fœlix: *Conuiuia*, inqui *non tantùm pudica colimus, ſed & ſobria: Nec enim indulgemus epulis, aut Conuiuium me ducimus, ſed grauitate hilaritatem temperamus*. Plura videto apud Baron. ad An. Chi ſti 57. qui quoque alibi & ex vero ſcribit, quod poſt ingreſſum Conuiuarum pedi lauare eſſet in vſu: hoſpitibus enim ingredientibus eiuſmodi officium exhiberi ſ litum, de Abraham & Loth teſtatur Diuina Scriptura. Indè verò ſic lotis men apponebatur; vnde & illud libri Iudicum, *Poſtquam lauerint pedes ſuos, receperunt eos Conuiuium*. De Romanis nulli eſt dubium, lotos priùs in balneo accumbere co ſueuiſſe, quod ſi loti non eſſent, pedes ſaltem lauabant: vnde illud Plauti, *Locus h tuus eſt, hic accumbe: ferte aquam pedibus, præbe tu puer*. Hinc lotio pedum Apoſtoloru per Seruatorem generis humani, qui moribus Iudæorum, & iſti Romanorum v uebant; vt 1. Centuria cap. 2. oſtendimus.

In Octauiano. Imp.

Geneſ. 18. 19 & 43. Cap. 19.

Verum enim verò, Chriſtianorum conuiuia mutuæ fouendæ charitatis inſtit ta, vt eſt prona humana natura ad deteriora, in ſummos abuſus tranſierunt, & priſca, & laudabili conſuetudine in luxum, laſciuiam, atque petulantiam deſcin runt. Idcircò Concilij Laodicenſis decreto cautum, nè illa in templis fierent, ὅτι δεῖ ἐν τοῖς κυριακοῖς, ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τὰς λεγομένας ἀγάπας ποιεῖν, καὶ ἐν τῷ οἴ τοῦ Θεοῦ ἐσθίειν, καὶ ἀκκούβιτα στρωννύειν. *Non oportet*, inquit, *in Baſilicis ſeu Eccleſijs Agap facere, & in domo Dei manducare, vel accubitum ſternere*: quod & Carthaginenſi Concil poſteà ſtatutum fuit. Et aduerte, quod ſicut Seruator generis humani Sanctiſſin Corporis ſui Sacramentum inſtituit poſt cœnam Agni Paſchalis, teſte Auguſtin ità vſus exinde communicandi, vt auctor eſt Chryſoſt. & Cypria. in Eccleſia intr ductus fuit, vt fidelium communicatio Corporis, & Sanguinis Chriſti fieret p

Cap. 28.

Epiſt. ad Ianua. 1. 8.

Co

Cœnam, verùm, gliſcentibus in iſtis Conuiuijs abuſibus, vt debita S. Communioni daretur reuerentia circumſcriptus, ſublatusque fuit iſte vſus in Eccleſia cœnandi ante communionem vti ex Carthaginenſi Concilio III. & ex Auguſt. a Tertull. Cypria. Baron. tom. 1. Anno Chr. 57. & ijs quæ ſuprà diximus cap. 17. conſtat, qui omnes addunt Chriſtum ideò inſtituiſſe Venerabile Sacramentum poſt Cœnam Agni, vt finem ritibus legalibus daret. De quo vſu latè diſputat Illuſt. Cardin. Bellarminus in tract. de Euchariſtià, vbi agit de Miſſa. a Lib. 6. Confeſſ. Ad vxorem.

Redeamus iam ad alias lotiones, quibus Priſci vtebantur ante ingreſſum Templi.

CAPVT LXXXV.

De lotione ante ingreſſum Templi tempore primitiuæ Eccleſiæ, & de Sacrificijs Paganorum, qui lota iumenta Dijs ſuis offerebant.

SCripſimus ſuprà quanta cum reuerentia, adeòque quantis cæremonijs in Templa ſe penetrarent primitiuæ Eccleſiæ Chriſtiani. Cap. 61. Nunc alius tractandus nobis eſt ritus, qui in eo conſiſtebat, quod ſcilicet non intrarent Templa, niſi priùs præ foribus ſe lauarent, quod oſtendo imprimis, & probo auctoritate Sacræ Scripturæ. Nam eccè Apoſtolus: *Volo vos viros*, inquit, *orare in omni loco, leuantes puras manus.* Vndè Tertullianus proximus æuo Apoſtolorum: *Cæterùm*, inquit, *quæ ratio eſt manibus quidem ablutis, ſpiritu verò ſordente orationem obire?* Et Chryſoſtomus in Ioan. *Ingreſſuri templum manus lauamus: Eccleſijs hunc morem corroboratum videmus, vt diligenter multi ſtudeant, quomodo manibus loti, candidis induti veſtimentis in Eccleſiam ingrediantur.* Et ad Pop. Antiochenum: *Libenter non oramus ſi non lotis manibus hoc faciamus, tanquam Deum offenſuri.* Lib. de Orat. Homil 72. Homil. 56.

Cæterùm, notandum morem hunc inualuiſſe, ob cauſam Sacræ Euchariſtiæ, quam non ore (vt modò vſus obtinuit) ſed manibus excipiebant, quod ſuprà cap. 16. oſtendimus, adeòque Domum illam S. Euchariſtiam tempore perſecutionis deportabant, atque iccircò probè loti, & puri eſſe debebant, vt ſacrum illud vitæ melioris viaticum exciperent: quod rectè etiam notauit R. P. Iacobus Lobbetius in ſuo Speculo Eccleſiaſtico.

Sed & aliam cauſam ſuggerit Illuſtriſſimus Annalium Scriptor Baronius quod cum Iudæis inductus fuerit ritus iſte, decebat Sacerdotes & cæteros Iudæorum non niſi manibus lotis adorare conſueuiſſe, vt tradit Ariſteas de ſeptuaginta duobus Interpretibus, hæc ſcribens: *Rege conſalutato, ad conſueta loca diuertunt, atq; (vt mos eſt Iudæis omnibus) manibus priùs lotis in mari* (quod genus erat vaſis ampliſſimi) *in ambitu Eccleſiæ Deo preces effundunt.* Et paulò poſt: *Interrogaui equidem, & illud quoque, cuius gratia, cùm vota facerent, manus priùs lauarent, quærentis talia demonſtrârunt, illud teſtimonium eſſe, ne quid perperam agant, ſed piè, ſanctèque perficiant, quàndoquidem vniuerſa* Tom. 1. Annal. Anno 57.

ſa opera manibus exerceantur, rectè ſingula ad iuſtitiam, & veritatem referentes. Veriùs d xiſſent, quod naturalis quidam inſtinctus docet, nonniſi puros ad Deum acceder dum eſſe, mundosque Numini ſupplicare; inde euenit, vt apud Gentiles quoqu vſu receptum eſſet, ſæpius ſe aquâ mundare, antequam Templa, Numinaque ad rent. De Ægyptijs, & Græcis id teſtatur Herodotus in Euterpe. De Romanis Per ſius his verſibus:

Hæc ſanctè vt poſcas Tyberino in gurgite mergis
Manè caput bis terque, & noctem flumine purgas.

Lib. 1. de Legib. Tradit etiam Tullius, aſperſione aquæ, labem corpoream tolli, & caſtimoniam corporis præſtari. Sed & illud notum Poëtæ:

Tibullus. *Caſta placent Superis, purâ cum veſte venite, Et manibus puris ſumite fontis aquam,*

Æneid. 2. Ità Æneas apud Virgilium è medijs cædibus regreſſus, negat penates tangere niſi lotus:

Tu Genitor cape ſacra manu, patriosque Penates
Me bello è tanto digreſſum, & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine viuo Abluero.

Nec ſolùm Romanis, ſed & Saracenis vſus iſte receptus, qui antequam Pe nates, & templa ingrederentur ſingularem corporis munditiam ſectantes, la uabant manus, brachia, os, aures, nares, oculos, capillos, pedes etiam accu ratiſſimè. Quod ſi aqua fortè ad hoc deeſſet, quod tamen contingere raro, au vix poterat, balneis, quæ in omnibus Ciuitatibus habebantur, continuò vrebantur, vt mundi ad Sacra, & veſtibula Ædium ſacrarum redirent, in quibus nec lo qui, nec calceatos propter reuerentiam eſſe licebat, teſte Cælio Rhodigino lib. 15 Antiq. lect. cap. 23.

CAPVT LXXXVI.

Rurſum de Lotione ante ingreſſum in Ædes ſacras: quam ob cauſam orta Lotiones, etiam Hoſtiarum.

QVoniam nos inuitat memoria priſcæ obſeruantiæ erga ſancta Dei templa quippiam adhuc de illa dicendum mihi fuit, nè veluti tranſitu quodam per ſtricta videatur. Itaque ablutiones illas manuum, de quibus ſuperiori Capite dixi ortas eſſe ob reuerentiam Sacrificiorum, & Templorum ingreſſum, nunc porrò oſtendam lotionem illam etiam extendendam ad ipſas Hoſtias quæ immolandæ erant: nam poſtquam pura pura aqua purgaſſent, albisque veſtibus induti eſſent vt priori Capite deduxi, votaque nuncupaſſe Hoſtiarum tempora vectibus per. cutiebant, atque occidentes membratim diuidebant, ità primitias ex omnibu membris proijciebant Dijs in Altaria, focum vè, aut aras, (hoc eſt vaſa, quæ tripo.

de,

des dicebantur) atque poſtremò ſuccendebant, vina fundentes manibus vtique lotis, ne Sacrorum nitor pollueretur. Hinc Heſiodus: *Lib. 2. Oper. & dier.*

Illotis manibus vinum libare meracum, Mane Ioui, aut vllis nè tu immortalibus auſis.
Namque audire negant; diſputant talia vota.

Conſonat alter Poëta Latinus: *Iam Pater Æneas, etiam Troiana iuuentus* *Virgil.*
Conueniunt, ſtratoq; ſuper diſcumbitur Oſtro: Dant famuli manibus lymphas,

Alludit ad antiquum illorum ritum, qui mentis puritatem priuſquam Templa ingrederentur, veſtibulis neceſſariam Sacris operaturi manus lauarent. Quæ quidem lauandi manus conſuetudo, manauit inquit R. P. Lobberius à Iudæorum Legiſlatore Moyſe, cui præcepit Deus, vt labrum æneum conficeret, quo Aaron, & filij eius pedes abluerent, non corporis tantùm ſed & animi, eiuſque quàm maximè ſordes, quia vt diſertè Tertullianus ſeuerus morum Cenſor inquiebat: *Qua ratio eſt manibus quidem ablutis, ſed ſpiritu ſordidato orare?* Vt proindè exſibilandus videatur Saladinus, qui capta Hieroſolyma, & Chriſtianis ſuperatis, cùm ex omnibus pijs locis vnum Salomonis templum reſtare voluiſſet, in illud ingreſſurus aquâ roſaceâ ſeſe lauiſſe fertur: eâ quidem corpus elui, & manus olêre potuerunt, at animus ſordêre potiùs, ac fœtêre. Vide quoque Ludouicum Creſſolium in ſuo Myſtagogo. *In Specul. Eccleſiaſt. c. 7. §. 7. Exod. 30. De Orat. cap. 11.*

Verùm, ſucceſſu temporis, receſſum ab iſta veneratione Templorum', adeò vt & epulæ, & ſaltationes in illorum veſtibulis, imò & ipſis Templis etiam ipſimet Chriſtiani inſtruerent, quas D. Auguſtinus tota Africa exegit, vti conſtat ex eius Serm. 215. de Temp. & nos ſuprà hac de re diximus, adeò verum eſt nihil in eodem ſtatu ſemper permanere, nihil rerum humanarum fixum, firmumq; eſſe, & æſtuario velut fluxu, refluxuque accedunt, receduntque, præſertim in externis Cæremoniarum ſignis.

CAPVT LXXXVII.

De Cœmiterijs; quæ olim priſco æuo, & quæ tempore primitiuæ Eccleſiæ inter Chriſtianos, & quibus in locis, Cœmiterium Priſcillæ mirabile. Angeli inibi concinuêre. D. Hieronymus viſitat Romæ Cœmiteria. Cuiuſmodi illa?

PRiuſquam ritum in Vrbe, nè dicam Orbe, Sepulchrorum, illorumque formam aggrediar, iubet prætermittere Romanos ſepeliri ſolitos extra Vrbem ex Lege XII. Tab. vti reſtatur Cicero, quod ſcitum perdurauit vſque ad tempora Adriani Cæſaris, qui pœnam 40. aureorum ſtatuit Fiſco inferendam aduerſus eos, qui ſepulchrum in Vrbe excitarent, quod quatenus ſit intelligendum ſuprà Cap. 111. Cent. 1. diximus. Eodemque more vtebantur (vt in pleriſque alijs) primi Chriſtiani, qui mortuos ſuos extra mœnia quoque ſepeliebant, niſi fortè clanculum, in- *Lib. 2. de Leg.*

Digitized by Google

Quo verò ad oblationes, ἐν πλάτει intelligimus, quæ à filijs Iſraël Deo offerebantur in vſum Sacerdotum, differebantque à Decimis in hoc, quod illæ vltrò offerebantur, vt nonnulli volunt; Decimæ autem ex præcepto, ſuper quo vide Sotum a, D.Thomam b, Caietanum, Marianum Soc. c, Azorinum d.

a Lib 9. q 3.
b 22.q 86.
c Tract. de Oblat.
d Lib.7. Inſtit.c.38.

Cæterùm, ex antedictis facilè colligere eſt, quàm abundanter proſpectum erat Sacerdotibus antiquæ legis, ſi attentè conſideretur multitudo oblationum, quæ tam ex præcepto quàm ex zelo non ſolùm à fideli populo ipſis dabantur, ſed ab ipſis Leuitis, à quibus Decimas etiam Decimarum iure diuino accipiebant. Proh pudor! Hæreticos Chriſtianis inſultare Sacerdotibus ſpecie diuitiarum, quarum nè quidem vmbram poſſident noſtri Chriſticolæ.

Sed nil mirum in ijs quibus innatum eſt oues boni Paſtoris Chriſti non tam tondêre, quàm deglubere. O quàm diſſiti iſti Nouatores à primis Chriſtianis, quorum profuſas fuiſſe oblationes Tertullianus refert in Apologetico, ex quibus nimirum non modò Eccleſiarum miniſtri, ſed pupilli, viduæ, ægrotantes, peregrini, in carcere detenti, exules causâ fidei, & ad metallum damnati, copioſiſſimè alerentur, idem auctor teſtatur, vt & Bellarminus ipſe ex alijs antiquis Scriptoribus probat tom.1.cùm agit de Collectis.

Cap.39.
Tom.1.

Cæterùm, ad hæc ſubſidia Sacerdotibus, cæteriſque ſacrorum Miniſtris impertienda Laicos teneri, non tantùm Dominus (quod ait Paulus) ſuâ ordinatione inſtituit, ac idem Apoſtolus iure id fieri demonſtrauit, ſed & Patres omnes faciendum admonuerunt. Atque potiſſima horum pars de Primitijs lubens accepta fere à R.P. Martino Becano loco præcitato.

CAPVT LXXX.

De Officio Diuino, eiuſq; inſtitutione. Cantus in Eccleſia quando cœptus. In veteri Lege etiam vſitatus. Cur non cantetur niſi Hebraïca, Græca, Latina Officium? qui diuidatur? Ad illud ritè perſoluendum monentur Canonici à Concilio Aquenſi, & à S.Bernardo.

OFficium Diuinum, ſiue Eccleſiaſticum ſic definitur, vt ſint quædam preces, & Laudes Deo per Eccleſiaſticos, præſertim certis, ſtatiſque horis ab Eccleſia ordinatis dicendæ. Vocatur *Diuinum*, propterea quod perſoluitur Deo, cui debemus cultum, laudes, & gratiarum actiones, eſtque neceſſarium, ad ſalutem reſpectu adultorum ratione vtentium, vt neceſſitate quidem medij, vt Theologi loquuntur. Inſtitutum autem fuit tempore naſcentis Eccleſiæ, vt videre eſt in Act. Apoſtolorum 1.2.3.& 1.Cor.14.& apud Nicephorum, qui ſcribit Catholicos æuo S.Ignatij Martyris, qui tertius fuit à Petro Apoſtolo, cœpiſſe ſacris cantilenis, id eſt, Pſalmis in Eccleſia operari. Cùm enim S.Ignatius quodam die per extaſim

Eccleſ. Hiſt lib. 12 c.8.

ani

animi conſternatus eſſet,ſanctoſque Angelos vidiſſer,alternis & ſibi inuicem reſpondentibus carminibus,ſiue Hymnis.Sanctam Trinitatem collaudantes, dicitur primus hanc concinendi formam in Antiochena Eccleſia inſtituiſſe, quam reliquæ poſteà ſucceſſu temporis ſecutæ ſunt ; ſed propter Principum tyrannidem non vſquequaque aptâ methodo. Vnde Damaſus Papa, & Gelaſius inſtante Theodoſio Imper.Hæreticorum maſtyge acerrimo,D.Hieronymi ſtudio,& operâ,Horarum officium in aptiorem formam redegit, ordinando quantum Pſalmorum in Dominica,quantum Feria ſecunda,quantum tertia, & deinceps recitandum eſſet,& vt chorus in duas partes diuiſus,Pſalmos caneret alternatim, cui ordinationi,cantum etiam Gregorius Magnus addidit, vnde Gregorianus nuncupatus fuit. Qui ritus poſteà per alios Epiſcopos Romanos,nempè Pium V.alioſque probatus,& exinde iure merito piè ſanctèque ſemper obſeruatus, vſitatuſque fuit. Vnde Eccleſ.47.& Pſal.32.*Dedit illis contra inimicos potentiam, & ſtare fecit contra Altare cantores.& in ſono eorum dulces fecit modulos.* Et Pſalm.32.*Cantate ei canticum nouum,benè pſallite ei in vociferatione.* Atque ità videmus hunc vſum tempore veteris Legis à fidelibus fuiſſe frequentatum.

Celebratur itaque & laudatur Deus Cantu, vt oſtendatur homines debêre refundere gratias,& laudes Deo,dum ore,manibus, cæteriſque membris ſatagunt agere opera,quibus rectè valeant placêre Deo.

Quo aſpectu S.Cyprianus in Orat.Domin. *Quando*,inquit, *in vnum cum fratribus conuenimus,& Sacrificia Diuina cum Dei Sacerdote celebramus, verecundiæ & diſciplinæ memores eſſe debemus,non paßim ventilare preces noſtras vocibus inconditis.* Accedit D.Auguſtinus,qui de ſeipſo ſcribit quod ex cantu æſtuabat affectus pietatis, lachrymæque ipſi decurrerent ex ſuauiſonantis Eccleſiæ vocibus. Plura de vſu,& conſuetudine canendi, vide ſuprà Cap.XXIII.quibus adde Cæſarem Franciottum in Medit ante & poſt S.Commun.Obſer.2. *Confeſſ. lib.9 c.6. & Epiſt. 119*

Porrò,ſolet quæri cur potiùs cantetur Officium linguâ Hebraïcâ, Græcâ, aut Latinâ, quàm vernaculâ? Reſpondetur(quidquid blateret Caluinus in 14.prioris ad Cor.)id ideò ab Eccleſia,adeòque Chriſto Domino ordinatum,vt ſuprà ex Auguſtino, nè vlla in pſalmodiando committeretur irreuerentia, vti probè ſcribit Ledeſma. Hinc Gregorius Papa Vratiſlaum Boëmiæ Regem acriter eo nomine redarguit,quod rogare præſumpſiſſet facultatem celebrandi Diuini Officij Sclauonico idiomate,quam prorſus illi,& Boëmis denegauit Pontifex Vide Cardin. Baronium qui prolixè de Horis,vt & Bellarm.tom.3.Contro.de Bon.oper.lib.1. cap.11.pag.1347. *An. Chr. 1081. Sub An. 34.*

Cæterum,Officium Diuinum diuiditur in ſeptem ſectiones, ſiue partes, iuxta illud Pſalmographi:*Septies in die laudem dixi tibi* : ſunt enim ſeptem dona Spiritus ſancti, ſeptem dies creati mundi, ſeptem ætates, quibus completis mundus finietur, ſeptem petitiones Orationes Dominicæ, ſeptem Pſalmi Pœnitentiales, ſepties in die cadit iuſtus,ſeptem Planetæ rutilantes, Templi Salomonis ſeptem *Pſal.118.*

lampades, denique ſeptem Myſteria Dominicæ Paſſionis, iuxta tralatitios verſus iſtos:

Hæc ſunt ſeptenis propter quæ pſallimus Horis. Matutina *ligat Chriſtũ, qui crimina purgat,*
Prima *replet ſputis: cauſã dat* Tertia *mortis,* Sexta *Cruci nectit, latus eius* Nona *bipartit.*
Veſpera *deponit tumulo,* Completa *reponit.*

Tract. de Hor. Canon. lib. cap. 19. Cap. 131. 1. Cor. 14.

Finio cum exhortatione PP. Aquiſgranenſium, quam refert Ioannes Molanus Doctor Louanien̄. *Studeant*, inquiunt Sancti illi Patres, *Canonici prædictas Horas vigilantiſſima cura cuſtodire, & in his diuinum Officium humiliter, ac deuotè perſoluere. Pſallentium autem in Eccleſia Domino mens concordare debet cum voce, vt impleatur illud Apoſtoli, Pſallam ſpiritu, Pſallam & mente. Quoniam quamuis non lateat Angelos, crebrò electis inuiſibili adeſſe præſentia, vt eos vel ab hoſtis callidi defendant inſidijs, vel maiori cæleſtis deſiderij gratia ſuſtollant, maximè tamen Angelici ſpiritus nobis adeſſe credendi ſunt, cùm diuinis ſpecialiter mancipamur obſequijs, id eſt, cùm Eccleſiam ingreſſi, vel lectionibus ſacris aurem accommodamus, vel Pſalmodiæ operam damus, vel orationi incumbimus, vel etiam Miſſarum ſolemnia celebramus.* Hactenus cordati illi, & ſancti Sacerdotes, prorſus idonei quos hodierni imitentur.

CAPVT LXXXI.

De barba Sacerdotum; deq; comam nutrientibus. Clerus Leodienſ. olim barbam raſitabat. Comam alere citeriori æuo nefas.

INquiſiuimus alias animi cauſa priore ſcilicet Centuria, quo ritu veteres alerent, ponerentvè barbas, modò lubet de barbis Sacerdotum quædam ſubijcere; & primùm, an deceat Sacerdotes barbatos eſſe. In quo notandum lege quadam Concilij, reſcripto Alexandri III. anno 1159. roborata, ſancitum eſſe, vt Sacerdotes omnes barbam deponerent: adeoque ex litteris Gregorij VII. ad Iacobum Epiſcopum Calatitanum conſtat Clericos omnes iuſſos barbam radere, quod multis ante eum ſæculis Anicetus Papa anno Chriſti 154. conſtituerat, huncque vſum ad retrò proxima maiorum noſtrorum ſæcula deriuaſſe in ampliſſima hac Diœceſi Leodienſi compertum eſt. Siquidem anno Chriſti 1534. Iulij tertia, conſtitutum fuit in publico totius Cleri conſeſſu, raſitandam eſſe barbam decimo quinto quoque die, comamque niſi ad aures vſque producendam, ſuper qua re videri quoque poterit Concilium Carthaginenſe IV. Aquiſgranenſe, & Lateranenſe. Sed vt ſolent omnia mutari, & veluti æſtuario quodam fluxu, refluxuq; alternari, receſſum eſt ab illo vſu, vti ſcribit ad Eminentiſſimũ Cardinalem Medicæũ Ioannes Pierius Bellunenſis. *Siquidem*, inquit, ex leuitatis vſu, multa contra Sacerdotij decorem fieri videmus. Euaneſcere quippè grauitatẽ, virilitatem deſpici, ſeueritatẽ illudi, & venerabilis in homine conſpectus diligentiã eleuari. Nã quin barba virũ, & probũ, & honeſtum, imprimiſq; grauẽ, atq; ſeuerũ

dece-

deceat, qui negare velit, inueniri neminem arbitror. De ijs loquor, qui rationibus potiùs acquieſcunt, quàm opinionibus ſuis adhæreſcunt. Quod ſi probum, & honeſtum virum barba decet, Sacerdotem quoque, qui totius probitatis honeſtæ vitæ exemplar eſſe debet, ante alios addecêre non temerè forſan opinabimur. Nulli enim dubium eſt, ſeueriorem hominis habitum, eo molli, & effœminato laudabiliorem eſſe, in viro præſertim ſacris initiato, quique alios inſtiturus ſit, atque etiam caſtigaturus, futurusque, vt Ægyptij volunt, tanquam canis latrans in hominum vitijs inceſſendis: quia qui muti ſunt ab Hieremia reprehenduntur.

Quinetiam eadem de cauſa Barbatos magiſtros maiores noſtri cumprimis approbauere. Neque eſt quod nonnulli dicant, ſe barbam ponere humilitatis cauſa, vt cultum aſpernentur, ſintque vltrò hominibus opprobrio atque contemptui, quod in capillo tondendo forſan admittemus, ſed in oris mollicie curanda, nemo vnus qui benè ſentiat, humilitatem interpretabitur. Mentum ſiquidem, & faciem omnem raſitare, nimirum nequitiæ, deliciarumque cauſa cœptum, quique id frequentiùs egere, inter effœminatos dubio procul ſpeciem præferant, etiamſi multis, & magnis virtutibus domi foriſque clari exiſtant. Quippè, præter naturam id eſſe, quæ glabellas fœminas, hirſutos mares effecit, portentoſumque eſſe, ſi quæ barbatula mulier ſit, vti de Ariſtide, quæ Mineruæ ſacris præfecta erat apud Pedaſenſes Græcorum monumenta tradidere. Qui igitur volet marem arte, operæve aliquo imberbem reddere, is contra naturæ leges dubio procul feciſſe redarguetur, etiam contra ſcitum veteris legis, vti ex libro Leuitici oſtendit idem Pierius, quod & Nazaræorum inſtituto (qui perfectiorem vitam ducebant) cautum fuit, quin & ex lege gratiæ exemplis Chriſti, Petri, Pauli, Andreæ, Thomæ, Iacobi, qui ſemper intonſa barba fuêre, vt & aliorum Collegarum, Collegij illius Apoſtolici, & illorum ad hæc vſque tempora ſucceſſorum, eorumque qui ſummum purpuræ decus in Vrbe adepti ſunt, qui ſemper intonſa barba fuêre.

Quid quod Concilij Carthaginenſis edicto Sacerdotibus præcipitur, nè barbam radant? Vnde & olim Galliarum Sacerdotes, vt viri viderentur, barbam præ ſe ferebant, velut quendam ſui Ordinis oſtendentes decorem. *Baron. in Annal. an. 58.*

CAPVT LXXXII.

Apud Iudæos quis, & apud quos vſus raſuræ barbæ, & tonſionis capillorum fuerit? Ægyptij & Gentiles cur forma rotunda caput attonderent?

DIximus obiter ſuprà Nazaræos radi minimè ſolitos, nec tonderi, quod intellige toto tempore voti, ſeu ſeparationis. Iſidorus: *Tonſuræ Eccleſiaſticæ vſus à Nazaræis, ni fallor, exortus eſt, qui priùs crine ſeruato, denuò poſt magnam vitæ continentiam,* *De Diuinis Officijs*

deuotione completa, caput radebant & capillos in ignem ſacri[illegible] vt perfectionem deuotionis ſuæ Domino conſecrarent.

Vide Mart. Becan. vet. & no. Teſtam.

De alijs veluti de Leuitis, quando initiabantur miniſterio Leuitico, debebant radere pilos omnes carnis ſuæ. Eadem cæremonia obſtricti erāt Leproſi, ſed aliam ob cauſam quàm Leuitæ. De Sacerdotibus, ſic in Ezechiele legitur: *Caput ſuum non radent, neque comam nutrient, ſed tondentes attondent capita ſua.*

Pro reliquis Iudæis, in communi ita Leuit. 19. 27. *Neque in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam.* Vbi duplex prohibitio comprehenditur: Vna, Non attondebitis comam in rotundum, id eſt, non imitabimini Ægyptios, & alios Gentiles, qui id facere ſoliti ſunt, vt patet Ierem. 9. 26. & cap. 25. 23. 49. 32.

Notandum enim Ægyptios, & alios Gentiles putaſſe ſuos Deos figura rotunda, vtpotè omnium capaciſſima, & perfectiſſima præ cæteris delectari. Ideò qui in illorum gratiam capita ſua in rotundum attondebant. Immò etiam templa rotunda ſuis Dijs ædificabant, vt Numa Pompilius Veſtæ, Auguſtus Cæſar Romæ Pantheon, omnibus vniuerſim Dijs, itá alij alijs templa excitantes. Igitur Iudæi ne ſimiles eſſent Gentilibus, prohibiti ſunt ſectari hanc ſuperſtitionem.

Altera prohibitio: *Non radetis barbam.* Nota, Hæc duo diſtincta ſunt radere barbam, & tondêre barbam, Raſura fit per nouaculam, tonſura per forficem. Raſura tota barba vſque ad cutem exſcinditur: tonſura decurtatur, & in decentem formam redigitur. Voluit igitur Deus Hebræos non exſcindere ſuas barbas vſque ad cutem, ſed eas retinere, vt etiam in vultu quandam virilitatis ſpeciem, & ſapientiæ formam ferre viderentur: Nam barba virilitatis, ac virtutis inſigne eſt. Excipiebantur tamen ab hac lege Leuitæ, & Leproſi, vt diximus, qui in legali purificatione omnes corporis pilos radere tenebantur, teſte eodem Becano, & in hac purificatione (quæ conſecrationem præcedebat) hæc adhibebantur. 1. Aſperſio aquæ luſtrationis, cui ſcilicet cineres vaccæ rufæ erant infuſæ, & per illum mundabantur, qui contraxerant aliquam immunditiam legalem, ſiue ex contactu cadaueris ſiue aliundè, vti videre eſt nu. 19. 2. Raſura pilorum totius corporis, vt dictum eſt 3. Lotio veſtimentorum, denique oblatio ſacrificij pro peccato. Vide Cod. ſacrum. Et de raſura barbæ plura habes Parte 1. cap. 30.

CAPVT LXXXIII.

Polygamia apud veteres, quando tolerata? & qui illam admiſerint?

NOn defuêre Hæretici antiqui, inter quos Hermogenes, aduerſus quem ſcribit Tertullianus, qui Polygamiam probarunt, & veluti haſtis amentatis defenderunt: quippè qui cum Mahomete ſuſtinebant tot vxores licêre ducere, quot vnuſquiſque facultatibus ſuis ſuſtentare poſſet. Ab his ſteterunt noſtri temporis Nouatores, inter quos in Germania Lutherus, in Gallia Caluinus, qui illum inter

Chri

Digitized by Google

Chriſti Apoſtolos numerat, qui quidem Polygamiam ad peluim vſque tuetur, imò multò pluribus argumentis (ſi argumenta dicenda ſunt, quæ ab Orco proueniunt) quam vnquam Mahometes prædicarit. Sed quæſtionis eſt, an vllo vnquam tempore fuerint iſti multinubi, & quæ Nationes Polygamia iſta vſæ ſint? Imprimis, ſatis conſtat illo inſtituto vixiſſe Parthos, Syros, Thraces, Ægyptios, Æthiopes, Perſas, Numidas, & alios quos in medium produxi Cent. 1. cap. 23.

Eiuſdem farinæ Indi quoque fuêre, qui plures vxores ſinguli ducebant, quæ mortuo marito apud Iudices contendere ſolebant, quam ex his maritus maximè dilexiſſet. Quæ victrix fuerat, læta coniugis flammis ſe conijciebat, & cum eo tanquam fœliciſſima cremabatur: aliæ cum triſtitia, & mœrore remanebant, veluti laudis eminentiſſimæ gloria exutæ, vt ſcribit Cicero a, Strabo b, & Cœl. Rhodiginus c, & eundem morem fuiſſe apud Venedos Germanorum populos tradit Vunnefridus Anglus, qui poſteà Bonifacius vocatus, & exinde Archiepiſcopus Moguntiacus, teſte Tiraquel d.

a Lib. 5. Tuſcul. b Lib. 1. c Lib. 28. lectio. antiq. c. 15. d Lib. 7. Connub. glo. 1. par. 7.

De Germanis autem idem volunt quidam, moti auctoritate Cæſari, qui illos Polygamiam coluiſſe ſcribit, quod conſtet Ariouiſtum Germanum duas vno tempore vxores habuiſſe, quod tamen mihi non ſit veroſimile, & vt ità fuiſſet, non ſubſiſtit argumentum à particulari ad vniuerſale: præſertim cùm Tacitus ſcribat, Germanos gentem bello inclytam, ſingulis vxoribus contentos fuiſſe, præter paucos qui non propter libidinem, ſed ob nobilitatem pluribus nuptijs vacabant.

Lib. 1. Commentar. in fine. De Morib. German.

Valentinianum Imperatorem etiam legem tuliſſe de ducendis pluribus vxoribus apud Baronium legimus. Alios ſileo populos, quos confertim profert in medium doctiſſimus ille Libriuorus Tiraquellus, Iuris apud Gallos magnum decus & ornamentum.

An. Chr. 370.

Sed in fideli populo, id eſt, vnum verum Deum colente, qualis Hebræorum, quorum plurimi, plurimas habuere coniuges, diſquirendum nobis eſt, an paſſim, & quolibet æuo Polygamia iſta apud illos ſeruata fuerit? Diſtinctione quæſtio iſta terminatur. Aut loquimur de exordio mundi vſque ad diluuium, aut de tempore poſt diluuium. Ante diluuium nec Adam nec vllus alius præter Lamech plures vxores habuit, qui idcircò reprehenditur à Nicolao Papa, vocatque eum adulterum. Poſt diluuium, multi Viri ſancti Polygamia vſi ſunt, vt Abraham qui duas habuit vxores, Saram & Agar: licet alij dubitent, dicentes Saram fuiſſe legitimam, Agar non vxorem, ſed concubinam; Iacob duas, Lyam, & Rachelem: Elcana duas, Annam & Phenennam, Dauid plures, Achinoam, Abigail, Maacha, Aggith, Abital, Eglam, Berſabee, Michol: alij alias veluti Salomon, qui 700. habuit vxores, & 300. concubinas, & alias gentiles, ob quas à Deo reprehenſus fuit: cum quo tamen in gratiam redijt per pœnitentiam, vt non pauci opinantur, inter quos D. Hieronymus, & alij quos retuli ſuprà cap. LXII.

Geneſ. 4. 29. Epiſt. ad Lothar. Regem cap. Annon 24. q. 3. 3. Reg. 11.

Cæterùm, an Polygamia repugnet primæ inſtitutioni Matrimonij, Legi etiam Naturæ, vide Martinum Becanum Societatis IESV Theologum, qui concluſ. 3.

In ſua Analoge. c. 22.

Digitized by Google

nta 5. occurrit tacitæ obiectioni dicentium Polygamiam eſſe vtiliorem ad propagandam prolem, quàm Monogamiam. Reſpondet enim rem aliter ſe habere in conſilio, & prouidentia Dei, quod patet ex euentu. Nam quando inſtituit Monogamiam in Paradiſo, dixit Adamo, & Euæ: *Creſcite, & multiplicamini*. Quibus verbis dedit illis, & poſteris eorum benedictionem, & fœcunditatem. Itaque Monogamia coniuncta cum hac benedictione erat ſufficientiſſima ad humani generis propagationem. Quando autem ceſſante hac benedictione, cœperunt fœminæ eſſe ſteriles, tunc conceſſit Polygamiam, vt hac ratione ſterilitatem compenſaret: ſic
Geneſ. 16. 2. contigit Abrahamo, qui vxorem habebat ſterilem, ideò conceſſa eſt illi alia vxor, vt prolem ſuſcitaret. Poſteà multæ aliæ ſteriles fœminæ ſubſecutæ ſunt, vt Rachel, vxor Iacob, Anna vxor Elcanæ, Michol vxor Dauid: & ſic deinceps.

Verùm, in Lege nouâ aliud ſtatuit Chriſtus, nemini ſcilicet licere duas vxores habere, licet Valentinianus Imperator aliud ſanciuerit, nullius fultus auctoritate, ſed tantùm vt ſuam occultaret libidinem, quippè qui cùm ſuam haberet vxorem legitimam, nomine Seueram, ex qua ſuſceperat Gratianum, aliam inſuper duxit nomine Iuſtinam, cuius amore tenebatur, quæſiuit ſocios ſui ſceleris, permittendo, inquit Martinus Becanus, Polygamiam, vbi tria eſſe notanda, & diſtinguenda
In ſua Analog. tempora ſcribit. Primum, ab initio mundi vſque ad Abrahamum. Secundum, ab Abrahamo vſque ad Chriſtum, à Chriſto vſque ad finem mundi. In primo fuerunt primi Parentes cum ſuis poſteris. In ſecundo, Iudæi cum ſuis progenitoribus Abrahamo, Iſaac, & Iacob. In tertio ſunt Chriſtiani. In primo viguit ſola Monogamia. In ſecundo conceſſa eſt Polygamia. In tertio reducta eſt Monogamia, & exploſa Polygamia, vt verè & doctè ſcribit idem R. Pater Martinus Becanus, & Card. Bellarminus Tom. 2. de Matrim. Sacram. cap. 11. vt & R. P. Bened. Pererius in Geneſim, quos ſi lubitum eſt videto.

CAPVT LXXXIV.

De Conuiuijs priſcorum Chriſtianorum Pauperibus exhiberi ſolitis, deque alijs. Mira in illis abſtinentia. Lotio pedum antequam accumberent. Sumptio S. Euchariſtia poſt cœnam: qui mos poſtea exoletus.

PRæter ea quæ alibi ſcripſi viſum eſt ſubtexere hoc loco, quæ notata mihi de Conuiuio pauperibus exhiberi ſolito, quod ἀγάπη tempore naſcentis Eccleſiæ dicebatur. Scribit igitur Tertullianus (qui circa primum ſæculum à Chriſto paſſo fuit) & quidem eleganti ſuo calamo, quàm modeſtiæ plena eiuſmodi primorum
" Chriſtianorum Conuiuia eſſent, præſertim quæ egenis miniſtrabantur. Quan-
" tiſcumque, inquit, Agapæ ſumptibus conſtet, lucrum eſt pietatis nomine facere
" ſumptum: ſiquidem inopes quoque refrigerio iſto iuuamus, non quâ penes vos
" paraſiti affectant ad gloriam famulandæ libertatis, ſub autoramento ventris in-

re

ter contumelias ſaginandi, ſed quà penes Deum maior eſt contemplatio mediocrium. Si honeſta cauſa eſt conuiuij, reliquum ordinem diſciplinæ de cauſa æſtimate, quid ſit de Religionis officio, nihil vilitatis, nihil immodeſtiæ admittit. Non priùs diſcumbitur, quàm oratio ad Deum præguſtetur. Editur quantum eſurientes capiunt, bibitur quantum pudicis eſt vtile; ità ſaturantur, vt qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum ſibi eſſe; ità fabulantur, vt qui ſciant Dominum audire. Poſt aquam manualem, & lumina, vt quiſque de Scripturis ſanctis, vel de proprio ingenio poteſt, prouocatur, in medium Deo canere; hinc probatur quomodo biberit. Æquè ratio conuiuium dirimit: inde diſceditur, non in cateruas cæſionum, neque in claſſes diſcurſationum, nec in eruptiones laſciuiarum; ſed ad eandem curam modeſtiæ, & pudicitiæ, vt qui non tam cœnam cœnauerint quàm diſciplinam. Huc vſque Tertullianus de publicis Chriſtianorum illius æui conuiuijs, quæ pauperum cauſa parabantur, idque poſt ſacram Synaxim, ſiue ſacram communionem, diuitibus in Eccleſia cibos afferentibus pro pauperibus ad eam vocatis, qui nihil habebant, atque ità tum conuiuebant vt ſuprà narratum eſt, ſed Deus bone! quantâ cum modeſtiâ, & charitate erga pauperes; quorum modò egeſtati ditiores ſtudebant?

Apolog. c. 39.

Vid Cardin. Baron. An. Chr. 57.

Audi Sanctum Cyprianum, qui viduam reprehendit locupletem & auaram, quod de oblationibus Domino factis comederet, & ipſa nihil, vt loquitur, in Dominum inferebat. Hinc liquet pauperes, & diuites ſimul comediſſe de his quæ Domino: hoc eſt pauperibus, ceù Domini Vicarijs offerebantur, ſiue ex mutuis donis, quæ collectas & oblationes appellabant.

Serm de Eleemoſ.

At de alijs Conuiuijs minoris impenſæ, quæ arctiorem vitam colentibus exhibebantur, ità Philo Iudæus: Non priùs diſcumbunt (in lectis ſcilicet Romanorum more, de quo ſuprà Cent. 1. c. 11.) quam ſublatis in cœlum manibus, & oculis Superos precentur, vt placeat Deo id Conuiuium. Abſolutis precibus ſeniores diſcumbunt, ac mox alij pro cuiuſque dignitate: ita quidem, vt ſeorſim viri dextrum latus, ſeorſim fœminæ ſiniſtrum teneant, & in hoc ſacro Conuiuio, nemo ſeruus adeſt, inquit: miniſtrant enim ingenui, & ſpontè quidquid opus eſt faciunt, iuſſa non expectando, ſed præueniendo, alacritate voluntariâ. Diſcincti autem, & promiſſis tunicis accedunt ad miniſtrandum, vt abſit omnis ſeruilis ſpecies. Vinum per illos dies, non præbetur, ſed aqua limpidiſſima, vinum enim habent pro veneno. Cæteris frigida, calida his, qui inter ſeniores tractantur delicatiùs, pro cibo panis apponitur, ſal pro obſonio, & in conuiuio magnum ſilentium, ità vt nec mutire quidem cuiquam liceat, aut reſpirare vehementiùs: attamen proponit quiſpiam quæſtionem è Sacris litteris, aut ſoluit ab alio propoſitam, nihil de ſolutione ſollicitus: nec enim captat laudem argutiarum, aut eloquentiæ: hoc tantùm agit, vt rem diligentiùs perſpiciat, tum perſpectam non inuideat minùs perſpicacibus, ſed non minus dicendi cupidis, atque ità immoratur doctrinæ, ſubindè inculcans, imprimenſque animis præclaras ſententias: nam expeditam elocutionem vnâ ſe-

Digitized by Google

tie continuam, au ſ totum mens non valens aſſequi, à tergo relinquitur, nec ſatis audita percipit.

Totum verò Auditorium attentum auſcultat in vno, eodemque habitu, intelligere ſe nutu, vultuque indicans, probare verò hilaritate, ac exporrectis frontibus interdum & dubitare, hæreteque moto leuiter capite, ſummoque dextro digito, nec minori attentione iuniores, qui adſtant audiunt. Sed & quæ porrò ſubijcit memoratu digna ſunt.

Cœnam verò ſequitur ſacrum peruigilium his Ritibus: Vbi omnes conſurrexẽre, duo chori fiunt in medio cœnaculo alter virorum, alter fœminarum; cuique ſuus incentor præficitur, honore præſtans, & canendi peritiâ: deinde cantant hymnos in laudem Dei compoſitos, varijs metrorum, carminumque generibus, nunc vno ore, nunc alternis, non ſine decoris, & religioſis geſtibus, & accentibus, modò ſtantes, modò antrorſum, retrorſum vè gradum mouentes; vtcumque res poſtulat. Quis non dicat prorſus hæc commenta? niſi fide digno auctore prodita eſſent? quibus addi poſſunt quæ ſcribit Clemens Alexandrinus, qui vult Cœnam debêre eſſe expeditam, & tenuem, ad vigilias aptam, carniumque & vini prorſus expertem, non tamen ea damnans, ſi quis his ſobriè vtatur.

Pædag. lib. 2 c. 1. & 2.

De iiſdem Chriſtianorum Conuiuijs rurſum Minutius Fœlix: ***Conuiuia**, inquit, **non tantùm pudica colimus, ſed & ſobria: Nec enim indulgemus epulis, aut Conuiuium mero ducimus, ſed grauitate hilaritatem temperamus.*** Plura videto apud Baron. ad An. Chriſti 57. qui quoque alibi & ex vero ſcribit, quod poſt ingreſſum Conuiuarum pedes lauare eſſet in vſu: hoſpitibus enim ingredientibus eiuſmodi officium exhiberi ſolitum, de Abraham & Loth teſtatur Diuina Scriptura. Indè verò ſic lotis menſa apponebatur; vnde & illud libri Iudicum, ***Poſtquam lauerint pedes ſuos, recepit eos in Conuiuium.*** De Romanis nulli eſt dubium, lotos priùs in balneo accumbere conſueuiſſe, quod ſi loti non eſſent, pedes ſaltem lauabant: vnde illud Plauti, ***Locus hic tuus eſt, hic accumbe: ferte aquam pedibus; præbe tu puer.*** Hinc lotio pedum Apoſtolorum per Seruatorem generis humani, qui moribus Iudæorum, & iſti Romanorum viuebant; vt 1. Centuria cap. 2. oſtendimus.

In Octauiano. Imp.

Geneſ. 18. 19 & 43. Cap. 19.

Verum enim verò, Chriſtianorum conuiuia mutuæ fouendæ charitatis inſtituta, vt eſt prona humana natura ad deteriora, in ſummos abuſus tranſierunt, & à priſca, & laudabili conſuetudine in luxum, laſciuiam, atque petulantiam deſciuerunt. Idcircò Concilij Laodicenſis decreto cautum, nè illa in templis fierent, ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς κυριακοῖς, ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τὰς λεγομένας ἀγάπας ποιεῖν, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ ἐσθίειν, καὶ ἀκκούβιτα στρωννύειν. ***Non oportet**, inquit, **in Baſilicis ſeu Eccleſijs Agapem facere, & in domo Dei manducare, vel accubitum ſternere:*** quod & Carthaginenſi Concilio poſteà ſtatutum fuit. Et aduerte, quod ſicut Seruator generis humani Sanctiſſimũ Corporis ſui Sacramentum inſtituit poſt cœnam Agni Paſchalis, teſte Auguſtino: ità vſus exinde communicandi, vt auctor eſt Chryſoſt. & Cypria. in Eccleſia introductus fuit, vt fidelium communicatio Corporis, & Sanguinis Chriſti fieret poſt Cœ-

Cap. 28

Epiſt. ad Ianua. 1:8.

Digitized by Google

Cœnam, verùm, gliſcentibus in iſtis Conuiuijs abuſibus, vt debita S. Communioni daretur reuerentia circumſcriptus, ſublatusque fuit iſte vſus in Eccleſia cœnandi ante communionem vti ex Carthaginenſi Concilio III. & ex Auguſt. a Tertull. Cypria. Baron. tom. 1. Anno Chr. 57. & ijs quæ ſuprà diximus cap. 17. conſtat, qui omnes addunt Chriſtum ideò inſtituiſſe Venerabile Sacramentum poſt Cœnam Agni, vt finem ritibus legalibus daret. De quo vſu latè diſputat Illuſt. Cardin. Bellarminus in tract. de Euchariſtià, vbi agit de Miſſa. a *Lib. 6. Confeſſ. Ad vxorem.*

Redeamus iam ad alias lotiones, quibus Priſci vtebantur ante ingreſſum Templi.

CAPVT LXXXV.

De lotione ante ingreſſum Templi tempore primitiuæ Eccleſiæ, & de Sacrificijs Paganorum, qui lota iumenta Dijs ſuis offerebant.

SCripſimus ſuprà quanta cum reuerentia, adeòque quantis cæremonijs in Templa ſe penetrarent primitiuæ Eccleſiæ Chriſtiani. Nunc alius tractandus nobis *Cap. 68.* eſt ritus, qui in eo conſiſtebat, quod ſcilicet non intrarent Templa, niſi priùs præ foribus ſe lauarent, quod oſtendo imprimis, & probo auctoritate Sacræ Scripturæ. Nam eccè Apoſtolus: *Volo vos viros, inquit, orare in omni loco, leuantes puras manus.* Vndè Tertullianus proximus æuo Apoſtolorum: *Caterùm, inquit, qua ratio eſt manibus quidem ablutis, ſpiritu verò ſordente orationem obire?* Et Chryſoſtomus in Ioan. *Ingreſſuri templum manus lauamus: Eccleſijs hunc morem corroboratum videmus, vt diligenter multi ſtudeant, quomodo manibus lotis, candidis induti veſtimentis in Eccleſiam ingrediantur.* Et ad Pop. Antiochenum: *Libenter non oramus ſi non lotis manibus hoc faciamus, tanquam Deum offenſuri.* *Lib. de Orat. Homil 72. Homil. 56.*

Cæterùm, notandum morem hunc inualuiſſe, ob cauſam Sacræ Euchariſtiæ, quam non ore (vt modò vſus obtinuit) ſed manibus excipiebant, quod ſuprà cap. 16. oſtendimus; adeòque Domum illam S. Euchariſtiam tempore perſecutionis deportabant, atque iccircò probè loti, & puri eſſe debebant, vt ſactum illud vitæ melioris viaticum exciperent: quod rectè etiam notauit R. P. Iacobus Lobbetius in ſuo Speculo Eccleſiaſtico.

Sed & aliam cauſam ſuggerit Illuſtriſſimus Annalium Scriptor Baronius quod *Tom. 1. Annal. Anno 57.* cum Iudæis inductus fuerit ritus iſte, decebat Sacerdotes & cæteros Iudæorum non niſi manibus lotis adorare conſueuiſſe, vt tradit Ariſteas de ſeptuaginta duobus Interpretibus, hæc ſcribens: *Rege conſalutato, ad conſueta loca diuertunt, atq; (vt mos eſt Iudæis omnibus) manibus priùs lotis in mari* (quod genus erat vaſis ampliſſimi) *in ambitu Eccleſiæ Deo preces effundunt.* Et paulò poſt: *Interrogaui equidem, & illud quoque, cuius gratia, cùm vota facerent, manus priùs lauarent, quærenti talia demonſtrârunt, illud teſtimonium eſſe, ne quid perperam agant, ſed piè, ſanctèque perficiant, quandoquidem vniuer-*

Digitized by Google

des dicebantur) atque poſtremò ſuccendebant, vina fundentes manibus vtique lotis, ne Sacrorum nitor pollueretur. Hinc Heſiodus: *Lib. 2. Oper. & dier.*

Illotis manibus vinum libare meracum, Mane Ioui, aut vllis nè tu immortalibus auſis.
Namque audire negant; diſputant talia vota.

Conſonat alter Poëta Latinus: *Iam Pater Æneas, etiam Troïana iuuentus* *Virgil.*
Conueniunt, ſtratoq; ſuper diſcumbitur Oſtro: Dant famuli manibus lymphas,

Alludit ad antiquum illorum ritum, qui mentis puritatem priuſquam Templa ingrederentur, veſtibulis neceſſariam Sacris operaturi manus lauarent. Quæ quidem lauandi manus conſuetudo, manauit inquit R. P. Lobbetius à Iudæorum Legiſlatore Moyſe, cui præcepit Deus, vt labrum æneum conficeret, quo Aaron, & filij eius pedes abluerent, non corporis tantùm ſed & animi, eiuſque quàm maximè ſordes, quia vt diſertè Tertullianus ſeuerus morum Cenſor inquiebat: *Quæ ratio eſt manibus quidem ablutis, ſed ſpiritu ſordidato orare?* Vt proindè exſibilandus videatur Saladinus, qui capta Hieroſolyma, & Chriſtianis ſuperatis, cùm ex omnibus pijs locis vnum Salomonis templum reſtare voluiſſet, in illud ingreſſurus aquâ roſaceâ ſeſe lauiſſe fertur: eâ quidem corpus elui, & manus olêre potuerunt, at animus ſordêre potiùs, ac fœtêre. Vide quoque Ludouicum Creſſolium in ſuo Myſtagogo. *In Specul. Eccleſiaſt. c. 7. §. 7. Exod. 30. De Orat. cap. 11.*

Verùm, ſucceſſu temporis, receſſum ab iſta veneratione Templorum, adeò vt & epulæ, & ſaltationes in illorum veſtibulis, imò & ipſis Templis etiam ipſimet Chriſtiani inſtruerent, quas D. Auguſtinus tota Africa exegit, vti conſtat ex eius Serm. 215. de Temp. & nos ſuprà hac de re diximus, adeò verum eſt nihil in eodem ſtatu ſemper permanere, nihil rerum humanarum fixum, firmumq; eſſe, & æſtuario velut fluxu, refluxuque accedunt, receduntque, præſertim in externis Cæremoniarum ſignis.

CAPVT LXXXVII.

Dè Cœmiterijs; quæ olim priſco æuo, & quæ tempore primitiuæ Eccleſiæ inter Chriſtianos, & quibus in locis, Cœmiterium Priſcillæ mirabile. Angeli inibi concinuêre. D. Hieronymus viſitat Romæ Cœmiteria. Cuiuſmodi illa?

PRiuſquam ritum in Vrbe, nè dicam Orbe, Sepulchrorum, illorumque formam aggrediar, Iubet prætermittere Romanos ſepelíri ſolitos extra Vrbem ex Lege XII. Tab. vti teſtatur Cicero, quod ſcitum perdurauit vſque ad tempora Adriani Cæſaris, qui pœnam 40. aureorum ſtatuit Fiſco inferendam aduerſus eos, qui ſepulchrum in Vrbe excitarent, quod quatenus ſit intelligendum ſuprà Cap. III. Cent. I. diximus. Eodemque more vtebantur (vt in pleriſque alijs) primi Chriſtiani, qui mortuos ſuos extra mœnia quoque ſepeliebant, niſi fortè clanculum, in- *Lib. 2. de Leg.*

 quit

Sub. Ann. Chr. 226. quit Baron. quiſpiam cadauer alicuius Martyris ſuſtuliſſet, & in prædio ſuo ſepeliſſet. Verùm, hoc intererat inter funera Gentilium, & Chriſtianorum, quod horum corpora nequaquam cremabantur, ſed vnguentis delibuta condiebantur; Gentilium autem rogo comburenda imponebantur, vt oſtendi pleniùs dicto Cap. LII. Itaque Chriſtiani, corpora mortuorum ſic vnguentis delibuta, ad ea loca quæ catatumbæ, vel cryptæ arenariæ (quarum parietinæ adhuc in Vrbe exiſtunt) pro loci natura deferebant, quæ poſteriori æuo Cœmiteria dicta ſunt, qualia ego cum admiratione vidi in Vrbe, vtpotè vijs ſubter terram fabricatis, quorum etiam v-

Ad Ann. Chr. 130 ſus, inquit Baron. non modò inſeruiebat humandis defunctorum corporibus, ex quo & nomen eſt inditum, ſed & perſecutionis tempore, ad latebras Chriſtianorum, adeòque Miſſas celebrandas, vt idem ex varijs alibi probat.

An. Chr. 255. Porrò, mirabile dictu vidimus, ſæpiùsque luſtrauimus Priſcillæ Cœmiterium haud pridem inuentum atque refoſſum via Salaria, tertio ab Vrbe lapide, quod nullo magis proprio vocabulo dixerimus præ eius amplitudine, multiſque, atque diuerſis eiuſdem vijs, quam ſubterraneam Ciuitatem; quippè quod ipſius ingreſſu primaria via, cæteriſque amplior pateat, quæ hinc indè vias diuerſas habeat, eaſdemque frequentes, quæ rurſum in diuerſos viculos diuiduntur, & rurſum angiportus, vt in Ciuitatibus ſtatis locis, & velut fora quædam ampliora ſpatia ad conuentus ſacros agendos, eademque Sanctorum imaginibus exornata: nec deſunt (licet nunc obſtructa) ad lumen recipiendum deſuper exciſa foramina. Obſtupuit, vt ſic dicam, Vrbs, vna cum ſuis ſuburbijs, quando abditas ſe nouit habere Ciuitates Chriſtianorum, & tempore perſecutionis olim colonias; modò autem ſepulchris tantum refertas, & quod legebat in chartis, vel videbat ex alijs Cœmiterijs aliqua ſolum ex parte recluſis, nunc plenius intellexit: quæ enim de iiſdem, apud S. Hieronymum, vel Prudentium legerat, ſuis ipſius oculis intuens vehementer admirabunda ſpectauit, inquit Baronius: qui ſubijcit, cum antiquitus in iſtis Cœmiterijs eſſent corpora Sanctorum Martyrum, frequenti cœtu Chriſtianos

Lib. 7. *cap.* 10. viſitaſſe, licet edictis Imperatorum (vt ſcribit Euſebius) arcerentur. Redditâ verò Eccleſiæ pace, eadem frequentaſſe loca, non ſine magno pietatis zelo indicat Hie-

In Ezech. cap. 40. ronymus, qui de ſeipſo cœmiteria quolibet die Dominico viſitante ſic ſcribit: *Dum eſſem Romæ puer, & liberalibus ſtudijs erudirer, ſolebam cum cæteris eiuſdem ætatis, & propoſiti, diebus Dominicis ſepulchra Apoſtolorum, & Martyrum circumire, crebròque cryptas ingredi, quæ in terrarum profunda defoſſa ex vtraque parte ingredientium per parietes habent corpora*

Pſal. 54. *ſepultorum: & ità obſcura ſunt omnia, vt propemodùm illud Propheticum compleatur: Deſcendunt in infernum viuentes: & rarò deſuper lumen admiſſum, quod horrorem temperet tenebrarum, vt non tam feneſtram, quàm foramen demiſſi luminis putes, rurſumque pedetentim acceditur, & cæca nocte illud Virgilianum proponitur:*

Horror vbique animos, ſimul ipſa ſilentia terrent. Hæc Sanctus Vir.

Cæterum, illud notatu dignum, tantum honoris à Diuina bonitate locis iſtis tributum, vt ibi nonnunquam Angeli melodiam ſymphoniacam concinere audi-

ri

Digitized by Google

ti fuerint, vt in inuentione ſacrarum Chryſanthi, & Dariæ reliquiarum teſtatur, & probat idem Card Baron. Tom. 10. An. Chr. 886.

CAPVT LXXXVIII.

***De certis ſuppliciorum generibus, quibus affecti SS. Martyres. Chriſtiani cur tempore primitiuæ Eccleſia dicti* Sarmentitij?**

INter diuerſos cruciatus, quibus ſæua illa priſcorum barbaries & crudelitas afficiebat olim Chriſtianos, comperio crucem, & flagellationem præcipuos fuiſſe. De qu bus abundè R. P. Iacobus Gretſerus è Societate IESV, ad quam flagellationem referri poteſt pœna plumbatarum, de quâ ſic Prudentius antiquus Poëta Chriſtianus: *Lib. 1. c. 8. de S. Cruce.*

Tundatur tergum crebris ictibus, Plumboq; ceruix verberata extuberet,

Pulſatus ergò Martyr illa grandine, Poſtquam interdictus dixit Hymnum plumbeos.

Succedebant *Laminæ*, & *tedæ*, quibus corpora lentè adurebantur: & illis affinis *vſtulatio*, quæ erat aliud ignis tormentum, vt porè tunica ex ſparto, pice, & bitumine illita, quâ miſeri, etſi beati, induebantur, lentoque igne cremabantur, de qua Tertullianus: *Pro tanta innocentia, pro tanta probitate, pro tanta puducitia, pro fide, pro veritate, pro Deo viuo cremamur, quod nec ſacrilegi, nec hoſtes Dei veri, nec tot maieſtatis rei pati ſolent.* De hoc, alijſque tormentis Lucretius: *Lib. ad Scapul.*

Verbera, Carnifices, robur, pix, lamina, tedæ.

de quibus prolixè, & ſigillatim ſcripſi Centuriâ primâ Cap. LI.

Equuleus quoque inter grauiora tormenta referri poteſt, cuius frequens mentio in Martyribus. Erat autem tormentum iſtud cataſta lignea, cochleata ad intendendum, & remittendum apta, cui cataſtæ brachia, pedeſque eius qui torquendus erat, neruis quibuſdam (qui fidiculæ dicebantur) alligauerant, tum cataſta intenta, atque in altum erecta erat, vt ex eo quaſi ex cruce quadam miſer ille penderet; ac tum primum compagem ipſam oſſium illius diuellebant, deinde etiam candentibus laminis corpori admotis, atque vngulis biſulcis ferreis, lateribus laniatis, doloris acerbitatem augebant:

De iſto extat verſus Prudentij de S. Vincentio:

Vinctus retortis brachijs, Surſum & deorſum,

Compago donec oſsium Diuulſa membrorum crepet.

Deinum erat crebrum aliud ignis tormentum, quo Chriſtiani torquebantur, quo nimirum alligati, vel affixi ad crucem lento ſarmentorum igne vrebantur, inde quia aſſiduè illo ſupplicio afficiebantur. *Sarmentitij* probroſè dicebantur: *Licet nunc*, inquit Tertullianus, *Sarmentitios, & Semiſſarios appellitis, quia ad ſtipitem dimidij aſsis reuinct. ſarmentorum ambitu exurimur.* Iſto ſupplicij genere plerīq; Chriſtiani afficiebantur, quos memorat eximius, & doctiſſimus P. Petrus Halloix Societ. *Apolog. c. vlt.*

IESV

Cap.21. Iesv, in Notationibus ad vitam S. Polycarpi, vbi refert plurimos ab igne permanſiſſe in iſto tormenti genere illæſos, ſcilicet, S. Ioannem Apoſtolum, S. Victorem martyrem, Helenum Epiſcopum, SS. Carpum, & Papylum, S. Clementem Epiſcopum Ancyranum, & S. Agathangelum, S. Tiburtium, Fauſtum, & Euelaſium martyres, Agapetam, & Chioniam Virgines & Mart. de quibus ad 3. Aprilis extat Epigramma Gualfreduccij, Fides, Spes, Charitas, Filias S. Sophiæ, Virgines item, & Mart SS. Gliceriam, Euphemiam, Eugeniam, Luciam, SS. Fauſtinum & Iouitã fratres ſub Hadriano Imp. & Anicetum Comitem, ac Photinum itidem fratres, ſub Diocletiano, S. Pontio Mart. de quo flammis vndique circumſepto, & eius intactis inter incendia veſtibus, ſic in eius vita præſcriptum eſt: *Et ecce flamma lambens materiam omnem, atque fomitem, nihil eius relinquit combuſtum & abſumptum; at ſancti Martyris nè fimbriam quidem veſtimenti ledit.*

Verùm, quod diximus Chriſtianos Cruci affigi ſolitos, aduerte non hac ſolâ crudelitate contentos Chriſtiani nominis hoſtes fuiſſe, ſed vltra ſeuitum ibant per ignem & beſtias, quas agebant in Crucifixos vt de S. Blandina, & S. Peonio Martyribus proditum eſt.

CAPVT LXXXIX.

Dedicationis Eccleſiarum origo. Quid apud Iudæos? Taxantur Heretici, Dos danda Eccleſijs dedicandis, vt & titulus. Sylueſter Papa primus auctor in Eccleſia Catholica Dedicationis Baſilicarum. Immunitas debetur Eccleſiæ etiam non conſecratæ.

In Epiſt. Pauli ad Hebr. DEdicare nihil aliud eſt, inquit Chryſoſtomus, quàm vtendi initium facere. Ritum porrò conſecrandi Eccleſias ſumptum eſſe à Iudæis haud dubium eſt. Nam lib. 1. Machab. legimus eoſdem Iudæos, poſtquam ſeruitute Babilonica liberati per exteras Nationes templum Hieroſolym. contaminatum aduertiſſent, *Cap. 4.* Altareque profanatum, & portas exuſtas, & in atrijs virgulta nata, ſicut in ſaltu, & montibus, & paſtophoria, (id eſt cellas vbi aſſeruabantur res ſacræ) cogitaſſe de ſanctificando, ſeu conſecrando, aut ſaltem repurgando Templo, & Altari Holocauſtorum, tunc elegiſſe Iudam Machabæum, Sacerdotes ſine macula, & tum mundauerunt Sancta, & tulerunt lapides Contaminationis (id eſt profanatos) in locum immundum, &c. & fecerunt dedicationem Altaris diebus octo, & obtulerunt holocauſta, ornaueruntque faciem Templi coronis aureis, & ſcutulis, & dedicauerunt portas, & paſtophoria, & impoſuerunt eis ianuas, & facta eſt lætitia in populo magna valdè, & auerſum eſt opprobrium gentium. *Ita ſacer textus.* Et hæc contigerunt in humanis agente Seruatore generis humani, vt habetur Ioan. *Cap. Solemnitates, Diſt. 1.* 10. 22. & ambulabat Iesvs in templo, ſiue templi atrio in porticu Salomonis: & horum exemplo in Eccleſia Catholica Dedicationis feſtum inſtitutum eſt, octoque dierum ſpatio ſolenne redditum. Ad-

Digitized by Google

Aduerſus quam tamen Eccleſiæ Orthodoxæ cæremoniam, licet obganniant Hæretici, eo maximè ducti argumento, quod illæ dedicentur Sanctis vtriuſque ſexus, & non Deo, attamen ritum hunc ab omni æuo probatum eſſe, nullus non videt, niſi cuius oculi in clara veritatis luce caligant. Fatentur quidem omnes Orthodoxi, inter quos D. Auguſtinus, Templa Deo ſoli excitari, veruntamen rectè adſtruunt appellationem ſumere, ſiue à Martyribus, ſiue ab alijs ſanctimonia, & miraculorum ſplendore claris. Vnde D. Iacobus Maior Beatiſſimæ Virgini (vti ex Ribadeneira refert R. P. Lobberius) quæ ſibi in columna iuxta fluuium Iberum apparuerat. Templum ædificauit, & hoc quidem annuente, imò iubente ipſa Virgine Dei Matre, quæ tamen adhuc agebat in viuis. Quod autem Deiparæ Iacobus eius amans in paucis præſtitit, hoc S. Marcus Euangeliſta D. Petro Apoſtolorum Principi adhuc inter mortales agenti, Alexandriæ ſacram Ædem dedicauit. *In ſuo Spec. Eccleſ.*

Ecce, quid ſenſerint, quid egerint primipili Eccleſiæ, orbis columina, religionis, & fidei latores, quos erroris arguere, non dico temeritatis, ſed & profligatæ eſſet nequitiæ & amentiæ. Ab illis hauſere poſteri, quidquid in eo genere oſtendere pietatis. Silueſter, magnus omninò Pontifex, & primus auctor Dedicationis Eccleſiarum Baſilicas à Conſtantino Imperatore ſumptu planè magnifico extructas Diuis Petro, & Paulo dedicauit; Damaſus Beato Laurentio inuicto Martyri; Liberius Virgini Matri; Innocentius Sanctis Geruaſio, & Protaſio fortiſſimis Eccleſiæ pugilibus. Alij alijs ſacras Ædes inſcripſerunt, prout occaſio, pietaſque tulit; quam maledico dente carpere, in circulis vellicare, calamo notare, indoctum, inſulſum, impium eſt, Apage ergò iſtos tenebriones. Verùm, Dedicationis Catholicæ ritum, ac officium, qui ſcire volet, legat Guil. Durant. & Ioan. Selua tract. de Beneficio. Oceani iuris Vol. xi. *De Ration. Diuin lib 1. c 48.*

Aduertant interim quibus Dedicatio, ſeu Conſecratio incumbit, illam minimè faciendam eſſe, niſi dos ſufficiens aſſignata ſit: Deindè, vt Eccleſiæ conſecrandæ titulus detur, quo Deo voueatur, & quodammodo eius iuri, & poteſtati poſt alicuius Sancti patrocinium aſſeratur. *Cap. Placuit 1. q 2. c. Non eſt putanda. 1. q. 1.*

Hinc Iacob Patriarcha conſecrare volens locum in quo viderat ſcalam ſtantem ſuper terram, & culmine ſuo tangentem cœlum, Angelos quoque aſcendentes, & deſcendentes per eam: *Erexit lapidem in titulum fundens oleum deſuper, nomenque Vrbis appellauit Bethel, hoc eſt, Domum Dei, imò & lapis iſte quem erexi*, inquit, *in titulum vocabitur Domus Dei*. Nec dubito, quin titulus iſte à Sanctiſſimo Patriarcha erectus, figura, & vmbra fuerit titulorum, quos Chriſtiani aliquando erant erecturi, vt per eos Deo loca conſecrarent. Quare totum etiam illud Patriarchæ factum in Dedicationibus Templorum ſolemniter legitur, & canitur. *Vide P. Gretſerum lib. 1. de Cruce pag. 278. Geneſ. 28.*

Adhæc, ſeruandam eſſe antiquiſſimam Eccleſiæ Catholicæ conſuetudinem (cuius auctor fuit Syluester Papa, non Felix IV. vt vult Kemnitius hæreticus) vt in noua Eccleſia, ſeu Altaribus dedicandis reliquiæ Sanctorum inſerantur; eſt enim

Digitized by Google

fectique Prouinciarum nullatenus immiſcebant ſe cauſis Clericorum; licet aliquando pro eiſdem ad Epiſcopos litteras ſcriberent commendatitias: vt de Macedonio Proconſule in Africa idem S. Auguſtinus ad ipſum ſcribens teſtatus his verbis: *Scio egò te ipſum cum alijs amicis tuis in Eccleſia Carthaginenſi interceſſiſſe pro Clerico, cui meritò ſuccenſebat Epiſcopus: & vtique nullum ibi diſcrimen ſanguinis ſub incruenta diſciplina timebatur, nec cùm id, quod etiam vobis diſplicebat, inultum eſſe velletis tanquam delicti approbatores vos iudicabamus, ſed tanquam humaniſſimos interceſſores audiebamus.* *Hactenus ille.* Atque hac facultate S. Ioan. Chryſoſt. & S. Ambroſium vſum eſſe oſtendi in Vindicijs libertatis Eccleſiaſticæ, vbi multis argumentis probaui Epiſcopis iudicandi poteſtatem in cauſis ciuilibus, & profanis competijſſe, etiam inter perſonas merè profanas, id quod ſatis, ſuperque teſtatur Anaſtaſius Germonius, & ego dicto opuſculo, vbi errorem eſſe hæreticum aio tollere ab Eccleſiâ Iuriſdictionem temporalem. *Cap. 4. & ſeq.* *Cap. 8. & 22.*

Verùm, non obſtantibus rationibus etiam in omni antiquitate fundatis, atque Diuinæ vindictæ exemplis roboratis non deſunt Nobiles, ſi Nobiles dicendi ſunt, qui Eccleſiâ Matrem infeſtant, eòque amentiæ proſiliunt, vt conentur Iudiciale Epiſcoporum Tribunal eleuare, ac potiùs penitus tollere, exemploque Valentiniani Imperatoris cauſas ciuiles ab Eccleſiaſtico Dicaſterio tollere ſatagunt, multò minùs criminales coram illis tractari permittant, aut certè ad Tribunal Eccleſiaſticum has inferri inuitâ Mineruâ patiuntur: ſed vereor nè ſicut Valentiniano Imper. contigit, haud vlla cedans ijs proſpera, ſed aduerſiſſima, tandemque miſerando interitu, vt ille, pereant, quemadmodum de eo narrat Card. Baron. in Annalibus anno Chriſti 452.

CAPVT XCI.

Imaginum cultus in Eccleſia Dei antiquiſſimus. Veneratio earum in accendendis luminaribus. Hæreticorum contraria argumenta eleuantur.

AD Ritus etiam antiquitatis pertinet cultus Imaginum: cuius aſſertor aduerſus Iconomachos hic meus ſtylus non inuita Minerua decurret. Si vſum Eccleſiæ conſideremus extra controuerſiam erit Orthodoxos Imagines ſemper coluiſſe, non æque Iudæos, Mahumetanos, & manifeſtè Hæreticos, quorum maiores, ſi rationes ipſorum veræ ſint, neceſſario ſequetur illos fuiſſe impios, & Orco dignos. Catholicos autem pro illarum cultu & veneratione infinitas Doctorum Eccleſiæ ſanctitate conſpicuorum auctoritates habuiſſe. Sed quid contra cultum Sacrarum Imaginum afferant, breuiter conſideremus: Dicunt iure diuino prohibitum eſſe Imagines quaslibet efficere, quia Exod. 20. dicitur: *Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, &c.* Sed ad hoc reſpondetur *Bellarminus Tom.*

1\. *Controuerſ 7. lib. 2. cap. 7. & ſeqq.*

Lege Diuinâ non prohiberi Imagines abſolutè, ex eo quod in ipſa Scriptura legimus Imagines factas Dei iuſſu, ſed ſolùm illas Imagines quæ poſſunt dici Idola, quæ ſolent ab Idololatris coli vt Deus: vnde prohibetur actus interior Idololatriæ, ſolus enim Deus honoratur cultu latriæ: Is verò qui Sanctis exhibetur duliæ imperfectus eſt, & reductiuè pertinet, vt loquuntur Theologi, ad ſpeciem eius cultus, qui debetur exemplari, is autem cultus qui debetur B. Mariæ ſemper Virgini Hyperduliæ vocatur. Cæterùm quamplurimorum Auctorum reſolutiones, vſum Imaginum licitum adſtruentes, petat qui volet ex S. Auguſtino, Eminentiſſimo Cardinale Bellarmino, R. P. Iacobo Gretſero, R. P. Eligio Baſſæo, præter quamplurimos antiquioris ſæculi, ex quibus conſtat vſum Imaginum antiquiſſimum fuiſſe, ſuper quo teſtatur Euagrium, Metaphraſten, Nicephorum, Damaſcenum, qui adſtruunt Chriſti Domini Imaginem Abagaro Regi Edeſſeo miſſam fuiſſe, hincque imaginem poſteà in Concilio Romano receptam, vt taceam Veronicā, cuius meminere Methodius, Damaſcenus, aliíque, ac etiam Imaginem Beatiſſimæ Virginis, quam Sancti Lucæ penicillo depictam fuiſſe grauiſſimi Auctores teſtantur, veluti Theodorus Lector, Nicephorus, Metaphraſtes, alijque non pauci. Quinimò tempore Tertulliani, qui ſub finem primi ſæculi vixit, conſtat vſū Imaginum receptum: nam libro de Pudicitiâ, dilertis verbis meminit Imaginis Chriſti in formam Paſtoris ouem geſtantis in humeris depictæ in ſacris calicibus, obijcitque ſuis æmulis iſta: *Præcedant*, inquit, *picturæ calicum veſtrorum*. Et iterum: *Patrocinabitur Paſtor, quem in calice depingitis.*

Quantò igitur iniquiùs Hæretici, qui vano & ridiculo prætextu aſſerunt per cultum Imaginum Idola coli, atque eo nomine Chriſti Imaginem, & Deiparæ Virginis, ac Sanctorum prorſus de medio tollunt? Enimuerò, imitantur Iudæos, qui vt Chriſtum Saluatorem (quem morte affecerant) perpetua obliuione inuoluerent, illius Imaginem, & Sanctorum è Synagogis ſuis eripiebant. Hos conſecuti ſunt Manichæi, Samaritani, Marcioniſtæ, Theopachiſtæ, & alij Iconoclaſtæ, qui omnes generali Concilio Niceno 7. anno 787. damnati ſunt; & tamen conſtat primis 500. annis à Chriſto nato ſolitas haberi Imagines Sanctorum in Eccleſijs Dei, ità atteſtante Card. Bellarmino, & Concilio Nicæno generali, vbi definitum imaginum venerationem ex Apoſtolicâ traditione proceſſiſſe.

Vides ergò morem priſtinum, inquit Baronius, Sanctorum Imagines pingi ſolitas. Sed & eas coli incenſarum lampadum aut candelarum lumine: quod pium
An. Chr. fidelium obſequium eſſe Deo gratiſſimum, ipſa miracula edi ſolita ſola vnctione olei dictarum lampadum, pluſquam millies perſpicue demonſtrarunt. Cæterùm, quanta in veneratione haberentur, præter alia infinita exempla, patet ex munificentia Pulcheriæ Sororis Theodoſij iunioris Imperatoris, quæ dono dedit Imaginem Deiparæ Virginis à S. Lucà depictam Eudociæ Imperatrici, veluti præſtantiſſimum quoddam reconciliatæ amicitiæ pignus; ſuper quo v. Baron. An. 455.

Ac

Digitized by Google

F-- Ac vt remotiſſimas Oceani partes petamus, perſpicuum eſt ab exordio Eccleſiæ Anglicanæ vſum Imaginum fuiſſe vbique receptum, ſuper quo teſtor venerabilem Bedam, ſcribentem S. Auguſtinum in Angliam transfretantem crucem argenteam pro vexillo attuliſſe, & imaginem Chriſti Saluatoris in tabula depictam, *Lib.1.*
quemadmodum ex eodem S. Beda, refert Card. Baronius, & nihilominus hic ſacer cultus, poſteà proh pudor, acerrimè fuit impugnatus per nouos Iconoclaſtas, *Anno Ch. 714.*
Waldenſes, Wicleffitas, Taboritas, Pragenſes, nonnullos Lutheranos, Caluiniſtas, qui quidem vno ſed vano & ridiculo argumento nituntur, nimirum, quod exhibeamus Imaginibus cultum qui Deo debetur: quod tam falſum eſt, quàm quod falſiſſimum: ſiquidem manifeſtum eſt; Imagines venerando, vt & ipſos Sanctos ex parte intentionis, nullam nos diuinam æſtimationem illis tribuere, vt nec ex parte obiecti; quia nec Idola, neque fictos Diuos, ſed veros Dei Sanctos, eorumque imagines cultu duliæ, vt vocant, colimus, vti diximus & tanquam excellentes creaturas, non vt Deos, vel eorum imagines tanquam animatas, vt ex actibus ipſis, & intentione vnius mulierculæ conſtat; at verò Deum adoramus non cultu duliæ, ſiue ſubalterno, ſed latriæ, & abſoluto. Vnde Tertull. *Nos crucem*, inquit, *neque adoramus, neque optamus.* Loquitur enim de adoratione latriæ propriâ Deo, de qua Chriſtiani accuſabantur, atque eo ſenſu S. Gregorius Magnus ad Secundinum, Imaginem Saluatoris ab ipſo poſtulantem, inquit: *Imagines quas tibi dirigendas per Dulcidium Diaconum rogaſti, miſimus; Vnde valdè nobis tua poſtulatio placuit, quia illum toto corde, tota intentione quæris, cuius imaginem præ oculis habere deſideras, vt te viſio corporalis quotidiana reddat exercitatum; vt dum picturam illius vides, ad illum animo inardeſcas, cuius imaginem videre deſideras: ab re non facimus, ſi per viſibilia, inuiſibilia monſtramus.* Hactenus D. Gregorius. *Apologet. cap.16.*

Verùm, nolim in altum diſputationum iſtarum pelagus deſcendere, ſatis ſit ad prædictos Eccleſiæ Doctores remiſiſſe Lectorem, & ad plurimos alios, quos breuitatis causâ prætermitto, addens ſolùm Concil. Tridentinum, quod eſt inſtar omnium, in quo interfuerunt nouem Cardinales, tres Patriarchæ, 33. Archiepiſcopi, 238. Epiſcopi, Abbates 7. Generales SS. Ordinum 8. Theologi 136. Mandatarij Epiſcoporum abſentium 10. præter aliarum Nationum, vtpotè Italorum, Gallorum, Germanorum, Hiſpanorum, Luſitanorum, Polonorum, Græcorum, Hungarorum, Britannorum, Hybernorum, Belgarum, omnes eximij & à ſingulari eruditione, & pietate commendabiles, & præter alia antiquiora Concilia, videlicet Romanum ſub Gregorio III. in quo conuenerunt mille ferè Epiſcopi, & ibidem damnata eſt hæreſis Iconomachorum Imagines è templis deturbantium, teſte Sigeberto in Chronico anni 633. Si Iconomachi, ergò icones, & imagines. Taceo Nicænum antedictum Concilium, quod fuit vniuerſale (vt ipſemet fatentur Aduerſarij) auctoritateque Summi Pontificis celebratum anno 787. præſentibus vt minimùm 350. Epiſcopis, quo Anathemate feriuntur Iconomachi, quod & repetitur in Synodo VIII. Conſtantinopolitanâ Anno Chriſti 869. vt hæc latius deduxi

duxi ſingulari Opuſculo Apologetico aduerſus Hæreticum Mareſium. Ex quibus luce meridianâ clariùs apparet cultum Imaginum ſine vllâ controuerſiâ omnibus iam ſæculis probatum fuiſſe, prout etiam miraculis, quæ Deus per illas patrare conſueuit, debitum honorem, & venerationem per nos illis exhibendum eſſe, Capite ſequenti oſtendemus.

CAPVT XCII.

Aſtruitur cultum Imaginum eſſe licitum: etiam probari id miraculis in Imaginibus Chriſti Domini, eiuſq; Crucis, B. Mariæ Virginis etiam in truncis arborum; ac aliorum Sanctorum.

IMprimis, vt exordium capiam ab Imagine Domini noſtri IESV Chriſti Paneade Conſtantini Imperij Vrbe (quæ anteà Philippi Cæſarea dicebatur) erecta, & in pretio habita, dicam præclaram ex ære Chriſto ſtatuam ab vnâ muliere Euangelica donatam, quæ diù ſanguinis fluxu laborauerat, ſanataque fuerat, vt Benefactori ſuo gratiam aliquam rependeret, occaſionem rebellionis aduerſus Imagines dediſſe Iuliano Imper. *Videns enim ſtatuam illam multam ſpectantibus præbere gratiam amœnitatis, illam mox euertit, ſuamque in illius locum repoſuit, ſed ecce vindicem malum Dei mox expertus fuit improbus iſte Imperator: Nam derepentè ignis è cœlo delapſus, caput ſimulachri Imperatoris à trunco, non ſecus atque olim ab Idolo Dagon diſcidit, & vnà cum collo deiectum, à pectore abruptum in faciem proſtrauit.* Ità Nicephorus Hiſtoricus inuincibilis, cui adſtipulantur Sozomenus, & Euſeb. & alij; inter recentiores Card. Bellarm. lib. 2. de Sanctis, item R. P. Gualterius in chron. 4. ſæcul. pag. 283. qui etiam 10. ſæcul pag. 616 producit ex Barou. Imaginem Crucifixi tum loquentem.

1. Reg. 5.

Lib. 5. c. 20.

II. De vna alia eiuſdem Seruatoris generis humani imagine, quæ à Iudæis transfoſſa magnam ſanguinis copiam effudit, ſic narrat S. Gregorius Turonenſis: *Iudæus quidam cùm huiuſmodi imaginem in tabula pictam, ac parieti affixam in Eccleſia ſæpè vidiſſet, ait: Ecce ſeductor ille, qui nos genusq; noſtrum humiliauit. Et ſic ſub noctem telo ipſam imaginem verberat, eliſamque de pariete opertam veſte ad domum portans, flammis parat exurere. Sed res mira apparuit, quæ quod de virtute Dei fuerit, non poteſt ambigi. Nam de vulnere vbi imago transfoſſa fuerat, ſanguis effluxit. Quod ipſe iniquus ſpiculator oppletus furore non ſenſit. Cùm autem per obſcura ſuperuenientis noctis tenebras domum ſuam fuiſſet ingreſſus, lumine adhibito cernit ſe totum ſanguine cruentatum, timensq; ne ſcelus ſuum pateſieret, abiectam à ſe tabulam abdidit in obſcuris, nec auſus eſt vltrà contingere, quod iniquè præſumpſit auferre. Venientes autem Chriſtiani diluculo ad Domum Dei, Iconculam non reperiunt, ſtupenteſque ac requirentes, quod fuerat factum, cruoris veſtigia deprehendunt, quæ ſequentes ad domum Iudæi accedunt, demùm ſciſcitati de Imagine nihil certi ignoſcunt. Requirentes autem eam ſollicitè, in angulo Cellulæ Iudæi reperiunt, quæ Eccleſiæ reddita furem lapidibus obruerunt.* Ità ille.

Lib. de Glor. Martyr.

III Suc-

Digitized by Google

III. Succedat Beatæ Virginis Deiparæ Imago S. Lucæ penicillo formata, quæ etiamnùm Romæ aſſeruatur: eaque flagello illius æui ſatis decantato, graſſante nimirum ſæuiſſimâ contagione, publicè à S. Gregorio deportabatur, cuius ope Deus Opt. Max. locis omnibus per quæ efferebatur incolumitatem reſtituit, cui de tanto beneficio audita eſt cælitùs in Arce Romanâ vox Angeli gratias agentis, eamque ſalutantis verbis omnibus in Eccleſijs modò reſonantibus: *Regina cæli lætare, Alleluya: Quia quem meruiſti portare, Alleluya: Reſurrexit ſicut dixit, Alleluya.* Quæ vbi primùm audiuit S. Gregorius, Diuino afflatus ſpiritu Antiphonam compleuit verbis his: *Ora pro nobis Deum Alleluya*, quam Hiſtoriam acceptam fert inſigne Chronicum Gualteri à clariſſ. viro Ciacco. in Greg. I. *An. Chr. 592.*

IV. In illâ cruentâ Heraclij Imper. expeditione contra Phocam delata fuit B. Mariæ Virginis imago, quæ cum incredibili, id eſt, ſummâ eſſet veneratione excepta, credita eſt Heraclio victoriam conciliaſſe, vti Theophanes ſcribit.

V. Ità Ioannes Comnæus Imperator, ope etiam Dei Genitricis, cuius Imagines caſtris deferebat, de barbaris Scytis trans Iſtrum habitantibus, & ingenti agmine Thraciam inuadentibus, victoriam inſignem obtinuit, vt memoriæ prodidit Nicetas. Pluribus non inſiſto, cùm dies, noctesque haud ſufficerent, ſi omnia ſub acumen calami committenda eſſent.

Modò autem quæro à Nouatoribus, cur ergò ignis ille cœleſtis, de quo antè diſcerpſit ſtatuam Imper. Iuliani, niſi vt vindicaret iniuriam factam ſtatuæ Chriſti? & cur ab Imagine à Iudæis confoſſa ſanguis prodijt, qui infirmos plurimos curauit; vt eſt apud Athanaſium a, Greg. b Turonenſem ? niſi vt oſtenderet in honore habendas eſſe Imagines, quas Iudæi contumeliâ afficiebant?

a Lib. 1. de Paſſio. Imag. Domini.
b Gloria Marty. c. 21.

Sed lupina rabies eſt, quod ſub Idolorum prætextu omnem Chriſti Saluatoris, & Sanctorum eius memoriam omnia religionis noſtræ occulta monimenta impiè nobis eripiunt, cultumque ac venerationem Chriſto, ac Sanctis eius debitum impiè tollunt. Vide Nicol. Sanderum de Typicâ, & honoraria Imaginum adoratione. Item Card. Bellarminum, & R. P. Gualt. in Chronog. Staplet. in Prompt. Atque hæc Paſchalis Antiphona ad hunc vſque diem Eccleſia permanſit. Paulò verò poſt conſpecto Angelo gladium in vaginam recondente. S. Gregorius lætus ad populum ſe conuertit, eumque monuit, Deum hoc ſigno pacatam iram ſuam denotaſſe. *Lib. 2. cap. 12. de Imag.*

Ad recentiora decurro, finis enim non eſſet ſi veteribus immorer. Cùm Romæ anno 1593. die 24. Nouembris, Auguſtiniani Imagines de more ſuper Altaria, & Inter alias S. Nicolai Tolentinatis collocaſſent, populo attente hanc intuente, viſa eſt eius facies ſanguinis guttas ſudare. Accurrerunt omnes aſpectandi miraculi gratia, quod in omnium oculis continuauit Diuina benignitatis, guttis eiuſmodi affluenter ex tabula manantibus. Quod quidem vbi ad aures Summi Pontificis delatum eſt, miſit confeſtim eò viros graues, qui certum ſibi totius rei teſtimonium darent, quod & fecerunt teſte Marq. Append. cit, in Clemente VIII. Ità Chronicon. R. P. Gualteri.

Vnum

Vnum S. Caroli Borromæi S.R.E. Cardinalis Imaginis miraculoſæ exemplum ſilentio non eſt inuoluendum: contigit enim in Ciuitate Lugdunenſi anno 1614. vt auctores fide digni certò ſcribunt. Nobilem quemdam Roanenſem D. de Comiers imminenti adeoque præſenti ſubmerſioni expoſitum, Deo, ac S. Carolo, cuius iconculam geſtabat, inuocato diuinitùs ereptum, in hunc qui ſequitur modum: Horâ circiter ſecundâ pomeridianâ, cum exundante Arari, ſcapham ſupra pontem ad deſcendendum ingreſſus eſſet vnà cum cognato ſuo D. de Verpre natu minore, D. de la Roche Cherue, ac pediſſequo, obſeruatâ periculi magnitudine, duobuſque ſocijs (quod natare ſcirent) in aquas exilientibus (qui ſtatim nihilominus fluctibus obruuntur, vt & paulò poſt nauta, ac pediſſequus) ipſe quoque iam pedem alterum ad exiliendum eleuat: ſed diuino inſtinctu, protinus cogitans ſe natandi imperitum, ſatius duxit, conſiſtendo Diuinæ ſe credere miſericordiæ. Citò autem depreſſa nauicula, & ipſe depreſſus, memor Iconculæ S. Caroli, quam ante biduum, triduumvè ab amico affirmante in periculis profuturam acceperat, Deo ſeſe, ac B. V. Mariæ, ſanctoque Carolo commendat, Mediolanenſem; ſi emergat, peregrinationem vouet (ſui tamen ſemper compos, ac Deum orans.) Quod vbi perfecit, poſt multam intra aquas profundiſſimas per ſaxa volutationem, eccè tandem pede ſaxum percutiens confeſtim ex aquis pectore-tenus emergit. Quo in ſtatu, licet grauibus veſtimentis, ocreis, & gladio onuſtus, abſque labore vllo adducentos paſſus delatus eſt, videlicet vſque ad portum, quem arcuum, vel S. Ioannis vocant. Vnde eductus, magis erat de quærendis ſocijs ſuis, quàm de ſua incolumitate curanda ſollicitus. Hæc Mediolani notiora ſunt, quàm vt res probatione egeat.

Denique, vnum noſtrate exemplum nobis ſubijciendum eſt anno 1579. quo Traiectum ab Auriaco Principe adhuc detinebatur ab Hæreticorum rabie mirabiliter celebris illa B.M. Virginis in Æde PP. Franciſcanorum Statua ſeruata eſt. Res ità ſe habet; Principio, Catholici illam è templo in Virginum Monaſterium, quod Noua Curia dicitur, ſecuritatis ergò maioris aſportant: ſed hic inuenta à Geuſeis (hoc Caluiniſtarum in Belgio nomen) ſuſque deque omnia perſcrutantibus, ſtrictis enſibus à milite primum, dein à militis Duce ſæuiter impetitur. Fruſtrà: Nam vtrique obrigeſcente brachio eam prorſus non attigère, indè noctu per murum demiſſa, aliò transfertur, & ſeruatur illibata. Vrbe demum à Parmenſi Duce deuicta, Fratres Franciſcani Diuæ Virginis Iconem in templum referunt, in priſtinumque reponunt locum, ac ſolito reſtituunt honori. Quid inde? Triumphum reuexit de geſtibus ſacrata Virgo, multiſque deinceps coruſcans miraculis, impiorum ſuſtulit pernicaciam, & Hæreticorum deleuit impietatem.

Aliud ſub finem Anni 1649. memorandum contigit miraculum ab eadem Imagine Traiecto rurſum Tongros exportata, ſcilicet in puero qui in vtero materno denatus erat, hic populo innumero toto octiduo mortuus in Ara iſtius B. Imaginis, quæ in templo PP. Recollectorum ibidem colitur, expoſitus, tandem lapſo

dicto

dicto tempore vitam aſſequutus eſt,& ex interuallo Sacramento Baptiſmi donatus fuit. Alia longè plura legat qui volet in tripiici corona B. Virginis R.P. Franciſci Poire è Societate IESV,ex quibus conſiderare poterit pius & Catholicus Lector, non ſolum quàm ſit liquidum, & ex pura doctrina Chriſtiana in antiquitate rationibus apprimè fundata,& exemplis miraculorum illuſtribus multifariam corroborata,verum etiam quàm ſit rationi conſentaneum cultum Imaginum in Eccleſia Dei ab omnibus Chriſticolis teſtari & pijs actibus exhibêre. Tract. 1. c. 7. §. 2.

Verùm,audire videor nonnullos è ſequiori Religione, quam reformatam dicunt, ſuperſtitione non carêre, quod plerique in hac Diœceſi B. Mariæ Virginis Imagines habeant pro miraculoſis,quæ in cauis arborum nonnunquam inueniuntur. Noli calumniari hæreticè, non dicimus omnes,ſed pleraſque. Deus enim facit miracula ſua, vbi & quando opus eſt,neque etiam nouum inuentum eſt Imagines B. Mariæ Virginis coli quæ aliquando in cauis arborum Deo pro ſalute animarum id diſponente inueniuntur. Nam eccè legimus in Nicephoro tempore Theodoſij Imperatoris fuiſſe quendam Cyrum nomine,virum potentiſſimum, poſtquam exilio ab Imperatore pulſus eſſet,Smyrnæorum Vrbi Præfectum, & exinde Epiſcopum egiſſe, qui deuotione erga B. Virginem accenſus templum ipſi excitauit, quod poſtea Cyri dictum fuit,ex hac nimirum occaſione. Cupreſſus in eo loco, inquit Nicephorus, ingens excreuit,in quâ ſuperioribus temporibus neſcio quomodo Imaginem Dei Genitricis quidam occultauit. Cùm autem multum præterijſſet temporis,& imago lateret,ipſa ſe ipſam indicauit. Cupreſſus enim immenſo coruſcans lumine,perindè atque fax vna,ardêre viſa eſt,& ingens etiam miraculorum vis ab obſcurâ, & latenti efficaciâ manauit. Vbi autem quidam curioſitate laudatâ arborem conſcendit,imago iſta, vnde miraculorum vis profluxerat,apparuit. Quapropter,Cyrus loco ei honorem habens,pulcherrimum,& maximum Dei Genitrici conſtruxit templum. Ità Nicephorus Auctor claſſicus & fide dignus. Iſta & his ſimilia poſſunt Diuinâ permiſſione contingere. Lib. 14. c. 46.

Hinc videant Nouatores, non eſſe nouum Catholicorum inuentum colendi icones B. Virginis in cauis arborum. Qui ritus iam à pluſculis annis in hac Diœceſi Leodien. cœptus eſt frequentari, vti notum eſt in noſtrâ Dominâ dictâ Fidei, Diœceſis Leodien. ſub Baronia de Celles, propè Dionantum, illa quidem à miraculis celeberrima,cuius Beatiſſimæ Virginis imago anno 1618. inuenta eſt in antiquiſſimo trunco quercino,cuius veneratio,& crebetrima miracula effecêre, vt vicinæ Regiones particulas iſtius trunci deuotiſſimo affectu poſtulârint,ex quibus iconculæ ſculperentur,quarum aliquæ in Æde ſacra repoſitæ ſunt PP. Soc. IESV Vrbis Rhemenſis. In alia etiam Vrbis Inſulenſis, Audomarenſis, Lobbienſis, in alijs denique Belgij locis,in quibus maxima patrata eſſe miracula ignorare non poſſunt, qui locorum iſtorum,aliorumque cognitionem habent. Nec iſtis tamen terminis ac locis circumſcripta eſt virtus Imaginum B. Mariæ Virginis, ſed ad vicinas Prouincias longè latèque propagata eſt.

Digitized by Google

licuius voti vinculum, ità vt integrum cuique foret manere, aut proficiſci quò terrarum vellet, & tales Anachoritæ propriè dicebantur. Atque huic auſteræ vitæ cùm tandem aſſueuiſſent, paulatim deinceps inſtitutum iſtud in conſuetudinem abiuit, & ad vltimam vitæ periodum mortales perduxit.

Succedente autem tempore, contemplatiua hæc vita, æmulos eos habuit, qui maiore cum ſanctitate ſibi Deoque in ſummâ abſtinentiâ viuere vellent; atque abſtemij erant, nulluſque eorum priùs cibum quàm Sol occubuiſſet capiebat. Fuêre qui tribus, aut quatuor diebus ſine alimento perſeuerarent; vino autem, & carne prorſus abſtinebant, certiſque diebus conſultò humi decumbebant; cibus eis erat panis, ſal, & hyſſopus: potus, pura puta aqua, & in hac abſtinentiâ vitam traducebant longiſſimam, vt ſuprà Centuria prima multorum probatum eſt exemplis; cuius rei cauſam fuiſſe non ſolùm abſtinentiam, ſed quod Diuinâ prouidentiâ id factum videatur, inquit Nicephorus, vt videlicet tam diuturno, & exacto vitæ inſtituto incrementum Religio caperet, accedit quod occupati delicijs animi, partim obliuiſcebantur corporis, inquit Card. Bellarminus: vt de Ioanne Abbate refert Caſſianus Collat. 19. c. 4. qui non recordabatur an pridie comediſſet; partim quia ægrè ferebant iſtam corporis ſeruitutem, & ideò quò rariùs & breuiùs poterant neceſſitati corporeæ ſatisfacere, eò ſe fœliciores putabant. *Tom. 1. Contro. p. 2. lib. 2. & 39.*

Denique, probata eorum vita plurimos exacuit, & acciuit, vt Philoſophiam illam Monaſticam amplecterentur, & ſocietatibus eorum ſeſe copularent, *Principeſque, ac Reges*, Monaſteria ipſis excitarent, doteſque locupletiſſimas impertirentur: quod demùm contigiſſe veriſimile eſt, cum ab illa vitæ auſteritate pluſquam admirandâ (ſi vera ſunt quæ ſcriptis prodidit idem Nicephorus) deſciuerunt. Vnde à Rege Francorum Sigeberto duodecim Monaſteria diuerſis in locis constructa fuiſſe perhibetur, teſte Gualterio in Chronog. Sæcul. 4. fol. 531. *Eccleſ. Hiſt. lib. 14.*

Verùm, poſt aliquot ſæcula, vt pronum eſt mortale genus ad mala, liberiorem, & laxiorem cœperunt vitam amplecti, atque huc illuc vagari, & quidem abſque Superiorum commendatitijs, quod poſteà interdictum ipſis fuit per Concilium Andegauenſe, maximè illis qui in Africa diſperſi per Prouincias erant, nuſquam fixi, nuſquam ſtantes, nuſquam ſedentes, denique vbique vagantes, in quos iccircò D. Auguſtinus mirum quantum inuehitur, quos tamen poſtea ad normam veræ & ſolidæ vitæ Monaſticæ reduxit, ſed & eos qui operâ, ac induſtriâ zeloſâ S. Athanaſij conſiſtebant in Occidente, adeò ſanctis legibus Monaſticis, & omnigena ſcientiarum encyclopædia inſtruxit, vt non pauci ex illis, ceu ex ſeminarijs Epiſcoporum prodeuntes, ſummi Eccleſiæ Præſules, atque multò plures Cardinales propter doctrinæ eminentiam electi, Eccleſiamque Catholicam laudabiliter adminiſtrârint, quâ in re, ex interuallo etiam incubuit S. Benedictus è cuius familiâ plurimos etiam ad Pontificatum aſſumptos eſſe conſtat. *De quo Baron. An. Chr. 453.* *In Oper. Monach. c. 28.*

Atque in iſtis notandum, quod quo tempore Monachiſmus erat penè in

 Orien-

Digitized by Google

Oriente extinctus, reluxit in Occidente, & ibi longè lateque propagari cœpit, velui curioſè oſtendit Eminentiſſimus Card. Baronius: nam in certas claſſes Monachos diſtribuit, quarum vna pars erat Clericorum, qui in Ciuitatibus vnà morabantur, & Cœnobitica Monachorum inſtituta ſeruabant, quibuſcum ipſemet Auguſtinus ad tempus vixit, quales modò ſunt Canonici Regulares; altera, eorum, qui remoti à Ciuitatibus reſtrictiori vitæ genere vtebantur, vtpotè induti tunica eademque pellicea zona conſtricta, quam nec ſoluerent dormituri; ſuper tunicam verò pallio, & cuculla ſuperueſtiti erant, inquit idem Baronius.

An Chriſti 529.

In Annal. An Chr. 504.

Lib. 1. de Canonicis c. 11.

Cæterùm, aduerte tempore eiuſdem S. Auguſtini non paruam fuiſſe differentiam inter Clericos & Monachos: Nam vt inquit Molanus Doctor Louanienſis, licet Auguſtinus in ſua familia, atque domo nullos voluerit habêre Clericos, niſi qui cum eminentiore pietate Canonicæ vitæ Monaſticam iungerent, iuxta Regulæ à ſe editæ præſcriptum, noluit tamen fidelis & prudens Eccleſiæ ſuæ Adminiſtrator, cuiquam id præſcribere, qui extra eius domum Clericali vita contentus eſſe vellet.

Et quamuis hoc fundamento iacto, multi alij Clericorum Conuentus, eiuſdem pietatis æmuli, vtramque vitam profiteri voluerint, ſemper tamen & per omnes Diœceſes liberum fuit Clericis, ſui ordinis functione, atque vita contentos eſſe, & ſi perfectior vita non arrideret, liberum eis fuit canonicè in ſuis domibus, aut in congregatione non Monaſtica viuere, imò quamuis ab initio ea ſoleat eſſe Monachorum & Clericorum diſtinctio, quod Monachi iuxta nomen ſuum extra Vrbem ſolitariè morari ſoleant, & vno Sacerdote, à quo communionem acciperent, contenti eſſent, nec in turbis hominum, niſi vrgente neceſſitate conſpiciebantur: Sciebant enim magni Antonij Cœnobiticæ vitæ auctoris verum eſſe verbum, *Sicut piſces tactu terræ tabeſcunt, ſic gloriam Monachorum ad Vrbes accedendo ſedari.* Idcircò tempore eiuſdem S. Antonij florebat maximè Monachalis ſtatus in Thebaide, in Cypro ſub S. Hilarione, teſte D. Hieronymo, in Cappadocia ſub S. Baſilio, vt Auctor eſt Baronius Anno 362. in Gallia ſub S. Martino. Clerici verò ſub obedientia Epiſcopi, in iuuanda atque curanda plebe, omnem ſollicitudinem ſuam velut adminiculatores ipſius Epiſcopi, libenter impendebant, ideoque in Ciuitatibus, & populis habitare cogebantur. Poſteà tamen ſuadente id publica vtilitate, & exigente aliquando neceſſitate, Canonicorum, & Monachorum profeſſio commixta eſt, vt teſtatur D. Ambroſius.

Epiſt. 82. Lib. 10. ad Vercellen.

Sed vt eſt natura humana ad deteriora prona, rurſum Monachi ad mores redière priſtinos, donec S. Auguſtinus, S. Gregorius, S. Martinus, S. Baſilius, S. Chryſoſtomus, S. Columbanus, alijque plures diuerſis licet temporibus, liberiorem illam vitam amoliri ſtuduerunt. Pleroſque enim maior inceſſerat ambitio, quàm humilitas, ſæculi cupiditas, quàm amor Chriſti, abdominis cura, quàm maiorũ abſtinentia; de quo ſuo tempore querebatur S. Bernardus his verbis, *Video,* inquit, *quod magis doleo, poſt ſpretã ſæculi pompã, nõnullos in ſchola humilitatis, ſuperbiã magis addiſcere,*

Serm. 4. ſup. Miſſ.

cere, & ſub alis mitis, humiliſque Magiſtri, grauiùs inſoleſcere, & impatientes amplius fieri in Clauſtro, quàm fuerint in ſaculo. Quodque magis peruerſum eſt, pleriſque in domo Dei non patiuntur haberi contemptui, qui in ſua nonniſi contemptibiles eſſe potuerunt: Vt quia videlicet, vbi à pluribus honores appetuntur, ipſi locum habere non meruerunt, ſalem ibi honorabiles videantur, vbi ab omnibus honores contemnuntur.

Porrò, quia illius æui Præſules operam adhuc corrigendis moribus dabant, idcircò exemptiones plerique ſibi à S. Sede procurabant, quæ quidem maiorem adhuc morum corruptelam, & occaſionem dedere, quas proinde acriter exagitat idem D. Bernardus, & meritò; cum exemptis occaſionem laxioris vitæ, vt loquitur S. Concilium Trident præbere exemptiones dignoſcantur, ideòque reſtringendæ, imò Reipub. Chriſtianæ expediret, ſi auctoritate Papæ tollerentur, & Epiſcoporum regimini ſubijcerentur, vt multis Iuribus, & SS. Patrum rationibus, & auctoritatibus probat Guilielmus Durandus Claſſicus & antiquus Auctor, nec non Eminentiſſimus Cardinalis Baronius. Atque hactenus de Origine & Inſtituto Monachorum.

De Conſid. ad Eugen. Papam.
Seſſ. 24. cap. 11.

CAPVT XCIV.

Monaſteria cur antiquitùs dicta Sanctuaria? *Monachorum olim veſtitus Simplicitas. Hæreticorum error, exiſtimantium Inſtitutum Monachorum eſſe nouum.*

RESponſio facilis: inde dicta *Sanctuaria*, quòd poſtquam vita Aſceteriorum erat reducta ad normam viuendi antiquorum Monachorum, non tam viderentur homines, quàm Sancti & Diui, res humanas prorſus contemnentes, & vitam cœleſtem traducentes, vt patet ex geſtis S. Euphrataxiæ. Ità S. Arſenius pannum lineum in ſinu geſtabat ad tergendas iuges lachrymas, quæ ob deſiderium vitæ æternæ, dies, noctesque oculis eius deſluebant. Vnde S. Hieronym. S. Paulam quinque Monaſteriorum in Palæſtina Fundatricem, imò Monacham, & Monacharum ductricem, recenſitis miris eius, & cœleſtibus virtutibus, ità in cælum vſque proſequitur. *Cæterùm, illa impleuit curſum ſuum, fidemque ſeruauit, & nunc fruitur corona Iuſtitiæ, ſequiturque Agnum quocumque vadit. Saturatur, quia eſuriuit, & læta decantat: Sicut audiuimus, ità & vidimus, in Ciuitate Domini virtutum, in Ciuitate Dei noſtri. O beata rerum commutatio! Fleuit vt ſemper rideret. Deſpexit lacus contritos, vt fontem Dominum reperiret, Veſtita cilicio eſt, vt nunc albis veſtimentis vteretur & diceret: Sciſdiſti ſaccum meum, & induiſti me lætitiâ. Cinerem ſicut panem mãducabat, & potionem ſuam cum fletu miſcebat, dicens: Fuerunt mihi lachrymæ panes die ac nocte vt in æternum pane Angelorum veſceretur, & concineret: Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus, & eructauit cor meum verbum bonum, dico ergò opera mea Regi.*

Apoc 14. Pſal. 47.

Neque certè mirum in Religione tantam gratiam illatam, & tantam virtu-

 tum,

In Annal. ann. Chr. 189. ille veteris obſeruantiæ vſus, inquit Illuſtriſſimus Card. Baronius attendendus, non ſolùm ſub Altaribus claudi Martyrum reliquias, & foris relinqui præcipua eorundem membra certis diebus perſpicua, & adoranda: quorum Altarium antiquitatem, ſi quis ſcire volet, legat Canon. Apoſt. 3. & 4. Tertull. Lib. de Pœnitentia, & S. Ambroſ. Lib. 5. Epiſt. 33.

Notent denique Iureconſulti non ſolùm Eccleſias conſecratas gaudêre immunitate, ſed etiam haud dum conſecratas, inodò tamen in eis Diuina peragantur, vt habetur in Cap. Eccleſiæ, & ibi D D. de Immunit. Eccleſ.

CAPVT XC.

An tempore primitiuæ Eccleſiæ fuerit vſus ius dicendi per Epiſcopos? Quid inter Laicos? D. Auguſtinus ius aſſiduè dicebat. Valentinianus Imperator ob violatam Iuriſdictionem Eccleſiaſticam miſerè perit.

PRæmitto, Epiſcopos antiquioris æui, aut ſimplicem habuiſſe iuris Eccleſiaſtici functionem, quà ſcilicet Epiſcopi, aut quà Principes. Priori euentu, Eccleſiaſticâ tantùm, vt quidam volunt, fungebantur iuris dicendi poteſtate, in cauſis nimirùm Clericorum. At verò vbi fundatam habebant, vel acquiſitione, vel donatione Iuriſdictionem, inter Laïcos etiam iudicabant. Nam pij quidam Principes adeò fauebant Iuriſdictioni Eccleſiaſticæ, vt & Laicos à Laicis ad Eccleſiaſticum Tribunal, etiamſi vllo territorio non potirentur, vocari poſſe decernerent, etiam inuitos, & quidem lite conteſtata, quo iure vſus videtur D. Auguſtinus apud Baronium, quemadmodum ibidem refert Poſſidonius in vita Auguſtini, verbis his: (Tom. 5. Annal. An. 398. Cap. 19.) Interpellatus ergò Diuus Auguſtinus à Chriſtianis, vel à cuiuſcumque ſectæ hominibus, cauſas audiebat diligenter ac piè, cuiuſdam ſententiam ante oculos habens, dicentis ſe malle inter incognitos, quàm inter amicos cauſas audire, eò quod de incognitis, pro quo arbitrata æquitate iudicaretur, amicum poſſet acquirere; de amicis verò vnum eſſet, contra quem ſententia proferretur, perditurus: Et eas (lites ſcilicet) aliquando vſque ad horam refectionis, aliquando autem totâ die ieiunans, ſemper tamen noſcebat, & dirimebat, intendens in eis Chriſtianorum momenta animorum, quantum quiſque vel in fide, boniſque operibus proficeret, vel ab ijs deficeret: atque compertis rerum opportunitatibus, Diuinæ legis veritatem partes docebat, eamque illis inculcabat; & eos quo adipiſcerentur vitam æternam edocebat, & admonebat, nihil aliud quærens ab ijs, quibus ob hoc vacabat, niſi tantùm obedientiam & deuotionem Chriſtianam, quæ & Deo debetur, & hominibus. *Et inferiùs:* Rogatus quoque à nonnullis in eorum temporalibus cauſis, Epiſtolas ad diuerſos dabat: ſed hanc ſuam à melioribus rebus occupationem, tanquam angariam deputabat. *Ità ille de Auguſtino.*

Licet autem Epiſcopi cauſas inter Laicos iudicarent, Proconſules tamen, Præfectique

ſectique Prouinciarum nullatenus immiſcebant ſe cauſis Clericorum; licet aliquando pro eiſdem ad Epiſcopos litteras ſcriberent commendatitias: vt de Macedonio Proconſule in Africa idem S. Auguſtinus ad ipſum ſcribens teſtatus his verbis: Scio egò te ipſum cum alijs amicis tuis in Eccleſia Carthaginenſi interceſſiſſe pro Clerico, cui meritò ſuccenſebat Epiſcopus: & vtique nullum ibi diſcrimen ſanguinis ſub incruenta diſciplina timebatur, nec cùm id, quod etiam vobis diſplicebat, inultum eſſe velletis tanquam delicti approbatores vos iudicabamus, ſed tanquam humaniſſimos interceſſores audiebamus. *Hactenus ille.* Atque hac facultate S. Ioan. Chryſoſt. & S. Ambroſium vſum eſſe oſtendi in Vindicijs libertatis Eccleſiaſticæ, vbi multis argumentis probaui Epiſcopis iudicandi poteſtatem in cauſis ciuilibus, & profanis competijſſe, etiam inter perſonas merè profanas, id quod ſatis, ſuperque teſtatur Anaſtaſius Germonius, & ego dicto opuſculo, vbi errorem eſſe hæreticum aio tollere ab Eccleſiâ Iuriſdictionem temporalem. Cap. 4. & ſeq. Cap. 8. & 22.

Verùm, non obſtantibus rationibus etiam in omni antiquitate fundatis, atque Diuinæ vindictæ exemplis robotatis non deſunt Nobiles, ſi Nobiles dicendi ſunt, qui Eccleſiâ Matrem infeſtant, eòque amentiæ proſiliunt, vt conentur Iudiciale Epiſcoporum Tribunal eleuare, ac potiùs penitus tollere, exemploque Valentiniani Imperatoris cauſas ciuiles ab Eccleſiaſtico Dicaſterio tollere ſatagunt, multò minùs criminales coram illis tractari permittant, aut certè ad Tribunal Eccleſiaſticum has inferri inuitâ Mineruâ patiuntur: ſed vereor nè ſicut Valentiniano Imper. contigit, haud vlla cedant ijs proſpera, ſed aduerſiſſima, tandemque miſerando interitu, vt ille, pereant, quemadmodum de eo narrat Card. Baron. in Annalibus anno Chriſti 452.

CAPVT XCI.

Imaginum cultus in Eccleſia Dei antiquiſsimus. Veneratio earum in accendendis luminaribus. Hæreticorum contraria argumenta eleuantur.

AD Ritus etiam antiquitatis pertinet cultus Imaginum: cuius aſſertor aduerſus Iconomachos hic meus ſtylus non inuita Minerua decurret. Si vſum Eccleſiæ conſideremus extra controuerſiam erit Orthodoxos Imagines ſemper coluiſſe, non æque Iudæos, Mahumetanos, & manifeſtè Hæreticos, quorum maiores, ſi rationes ipſorum veræ ſint, neceſſario ſequetur illos fuiſſe impios, & Orco dignos. Catholicos autem pro illarum cultu & veneratione infinitas Doctorum Eccleſiæ ſanctitate conſpicuorum auctoritates habuiſſe. Sed quid contra cultum Sacrarum Imaginum afferant, breuiter conſideremus: Dicunt iure diuino prohibitum eſſe Imagines quaslibet efficere, quia Exod. 20. dicitur: *Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, &c.* Sed ad hoc reſpondetus Bellarminus Tom.

1. Contro- Lege Diuinâ non prohiberi Imagines abſolutè, ex eo quod in ipſa Scriptura legi-
uerſ. 7. mus Imagines factas Dei iuſſu, ſed ſolùm illas Imagines quæ poſſunt dici Idola,
lib. 2. cap. quæ ſolent ab Idololatris coli vt Deus: vnde prohibetur actus interior Idolola-
7. & ſeqq. triæ, ſolus enim Deus honoratur cultu latriæ: is verò qui Sanctis exhibetur duliæ imperfectus eſt, & reductiuè pertinet, vt loquuntur Theologi, ad ſpeciem eius cultus, qui debetur exemplari, is autem cultus qui debetur B. Mariæ ſemper Virgini Hyperduliæ vocatur. Cæterùm quamplurimorum Auctorum reſolutiones, vſum Imaginum licitum adſtruentes, petat qui volet ex S. Auguſtino, Eminentiſſimo Cardinale Bellarmino, R. P. Iacobo Gretſero, R. P. Eligio Baſſæo, præter quamplurimos antiquioris ſæculi, ex quibus conſtat vſum Imaginum antiquiſſimum fuiſſe, ſuper quo teſtatur Euagrium, Metaphraſten, Nicephorum, Damaſcenum, qui adſtruunt Chriſti Domini Imaginem Abagaro Regi Edeſſeo miſſam fuiſſe, hincque imaginem poſteà in Concilio Romano receptam, vt taceam Veronicã, cuius meminere Methodius, Damaſcenus, aliique, ac etiam Imaginem Beatiſſimæ Virginis, quam Sancti Lucæ penicillo depictam fuiſſe grauiſſimi Auctores teſtantur, veluti Theodorus Lector, Nicephorus, Metaphraſtes, aliiq; non pauci. Quinimò tempore Tertulliani, qui ſub finem primi ſæculi vixit, conſtat vſũ Imaginum receptum: nam libro de Pudicitiâ, difertis verbis meminit Imaginis Chriſti in formam Paſtoris ouem geſtantis in humeris depictæ in ſacris calicibus, obiicitque ſuis æmulis iſta: *Procedant*, inquit, *picturæ calicum veſtrorum*. Et iterum: *Patrocinabitur Paſtor, quem in calice depingitis.*

Quantò igitur iniquiùs Hæretici, qui vano & ridiculo prætextu aſſerunt per cultum Imaginum Idola coli, atque eo nomine Chriſti Imaginem, & Deiparæ Virginis, ac Sanctorum prorſus de medio tollunt? Enimuerò, imitantur Iudæos, qui vt Chriſtum Saluatorem (quem morte affecerant) perpetua obliuione inuoluerent, illius Imaginem, & Sanctorum è Synagogis ſuis eripiebant. Hos ſecuti ſunt Manichæi, Samaritani, Marcioniſtæ, Theopachiſtæ, & alij Iconoclaſtæ, qui omnes generali Concilio Niceno 7. anno 787. damnati ſunt; & tamen conſtat primis 500. annis à Chriſto nato ſolitas haberi Imagines Sanctorum in Eccleſijs Dei, ità atteſtante Card. Bellarmino, & Concilio Nicæno generali, vbi definitum imaginum venerationem ex Apoſtolicâ traditione proceſſiſſe.

Vides ergò morem priſtinum, inquit Baronius, Sanctorum Imagines pingi ſolitas. Sed & eas coli incenſarum lampadum aut candelarum lumine: quod pium
An. Chri. fidelium obſequium eſſe Deo gratiſſimum, ipſa miracula edi ſolita ſola vnctione olei dictarum lampadum, pluſquam millies perſpicue demonſtrarunt. Cæterùm, quanta in veneratione haberentur, præter alia infinita exempla, patet ex munificentia Pulcheriæ Sororis Theodoſij iunioris Imperatoris, quæ dono dedit Imaginem Deiparæ Virginis à S. Lucà depictam Eudociæ Imperatrici, veluti præſtantiſſimum quoddam reconciliatæ amicitiæ pignus; ſuper quo v. Baron. An. 455.

Ac

F- Ac vt remotiſſimas Oceani partes petamus, perſpicuum eſt ab exordio Eccleſiæ Anglicanæ vſum Imaginum fuiſſe vbique receptum, ſuper quo teſtor venerabilem Bedam, ſcribentem S. Auguſtinum in Angliam transfretantem crucem argenteam pro vexillo attuliſſe, & imaginem Christi Saluatoris in tabula depictam, quemadmodum ex eodem S. Beda, refert Card. Baronius, & nihilominus hic ſacer cultus, poſteà proh pudor, acerrimè fuit impugnatus per nouos Iconoclaſtas, Waldenſes, Wicleffitas, Taboritas, Pragenſes, nonnullos Lutheranos, Caluiniſtas, qui quidem vno ſed vano & ridiculo argumento nituntur, nimirum, quod exhibeamus Imaginibus cultum qui Deo debetur: quod tam falſum eſt, quàm quod falſiſſimum: ſiquidem manifeſtum eſt; Imagines venerando, vt & ipſos Sanctos ex parte intentionis, nullam nos diuinam æſtimationem illis tribuere, vt nec ex parte obiecti; quia nec Idola, neque fictos Diuos, ſed veros Dei Sanctos, eorumque imagines cultu duliæ, vt vocant, colimus, vti diximus & tanquam excellentes creaturas, non vt Deos, vel eorum imagines tanquam animatas, vt ex actibus ipſis, & intentione vnius mulierculæ conſtat; at verò Deum adoramus non cultu duliæ, ſiue ſubalterno, ſed latriæ, & abſoluto. Vnde Tertull. *Nos crucem*, inquit, *neque adoramus, neque optamus.* Loquitur enim de adoratione latriæ propriâ Deo, de qua Christiani accuſabantur, atque eo ſenſu S. Gregorius Magnus ad Secundinum, Imaginem Saluatoris ab ipſo poſtulantem, inquit: *Imagines quas tibi dirigendas per Dulcidium Diaconum rogaſti, miſimus; Vnde valdè nobis tua poſtulatio placuit, quia illum toto corde, tota intentione quæris, cuius imaginem præ oculis habere deſideras, vt te viſio corporalis quotidiana reddat exercitatum; vt dum picturam illius vides, ad illum animo inardeſcas, cuius imaginem videre deſideras: ab re non facimus, ſi per viſibilia, inuiſibilia monſtramus.* Hactenus D. Gregorius.

Lib. 1.

Anno Ch. 714.

Apologet. cap. 16.

Verùm, nolim in altum diſputationum iſtarum pelagus deſcendere, ſatis ſit ad prædictos Eccleſiæ Doctores remiſiſſe Lectorem, & ad plurimos alios, quos breuitatis causâ prætermitto, addens ſolùm Concil. Tridentinum, quod eſt inſtar omnium, in quo interfuerunt nouem Cardinales, tres Patriarchæ, 33. Archiepiſcopi, 238. Epiſcopi, Abbates 7. Generales SS. Ordinum 8. Theologi 136. Mandatarij Epiſcoporum abſentium 10. præter aliarum Nationum, vtpotè Italorum, Gallorum, Germanorum, Hiſpanorum, Luſitanorum, Polonorum, Græcorum, Hungarorum, Britannorum, Hybernorum, Belgarum, omnes eximij & à ſingulari eruditione, & pietate commendabiles, & præter alia antiquiora Concilia, videlicet Romanum ſub Gregorio III. in quo conuenerunt mille ferè Epiſcopi, & ibidem damnata eſt hæreſis Iconomachorum Imagines è templis deturbantium, teſte Sigeberto in Chronico anni 633. Si Iconomachi, ergò icones, & imagines. Taceo Nicænum antedictum Concilium, quod fuit vniuerſale (vt ipſemet fatentur Aduerſarij) auctoritateque Summi Pontificis celebratum anno 787. præſentibus vt minimùm 350. Epiſcopis, quo Anathemate feriuntur Iconomachi, quod & repetitur in Synodo VIII. Conſtantinopolitanâ Anno Christi 869. vt hæc latius deduxi

Digitized by Google

1\. *Contro-uerſ 7. lib. 2. cap. 7. & ſeqq.*

Lege Diuinâ non prohiberi Imagines abſolutè, ex eo quod in ipſa Scriptura legimus Imagines factas Dei iuſſu, ſed ſolùm illas Imagines quæ poſſunt dici Idola, quæ ſolent ab Idololatris coli vt Deus : vnde prohibetur actus interior Idololatriæ, ſolus enim Deus honoratur cultu latriæ: is verò qui Sanctis exhibetur duliæ imperfectus eſt, & reductiuè pertinet, vt loquuntur Theologi, ad ſpeciem eius cultus, qui debetur exemplari, is autem cultus qui debetur B. Mariæ ſemper Virgini Hyperduliæ vocatur. Cæterùm quamplurimorum Auctorum reſolutiones, vſum Imaginum licitum adſtruentes, petat qui volet ex S. Auguſtino, Eminentiſſimo Cardinale Bellarmino, R. P. Iacobo Gretſero, R. P. Eligio Baſſæo, præter quamplurimos antiquioris ſæculi, ex quibus conſtat vſum Imaginum antiquiſſimum fuiſſe, ſuper quo teſtatur Euagrium, Metaphraſten, Nicephorum, Damaſcenum, qui adſtruunt Chriſti Domini Imaginem Abagaro Regi Edeſſeo miſſam fuiſſe, hincque imaginem poſteà in Concilio Romano receptam, vt taceam Veronicā, cuius meminere Methodius, Damaſcenus, alijque, ac etiam Imaginem Beatiſſimæ Virginis, quam Sancti Lucæ penicillo depictam fuiſſe grauiſſimi Auctores teſtantur, veluti Theodorus Lector, Nicephorus, Metaphraſtes, alijque non pauci. Quinimò tempore Tertulliani, qui ſub finem primi ſæculi vixit, conſtat vſū Imaginum receptum: nam libro de Pudicitiâ, dilertis verbis meminit Imaginis Chriſti in formam Paſtoris ouem geſtantis in humeris depictæ in ſacris calicibus, obijcitque ſuis æmulis iſta: *Procedant*, inquit, *picturæ calicum veſtrorum*. Et iterum: *Patrocinabitur Paſtor, quem in calice depingitis.*

Quantò igitur iniquiùs Hæretici, qui vano & ridiculo prætextu aſſerunt per cultum Imaginum Idola coli, atque eo nomine Chriſti Imaginem, & Deiparæ Virginis, ac Sanctorum prorſus de medio tollunt? Enimuerò, imitantur Iudæos, qui vt Chriſtum Saluatorem (quem morte affecerant) perpetua obliuione inuoluerent, illius Imaginem, & Sanctorum è Synagogis ſuis eripiebant. Hos conſecuti ſunt Manichæi, Samaritani, Marcioniſtæ, Theopachiſtæ, & alij Iconoclaſtæ, qui omnes generali Concilio Niceno 7. anno 787. damnati ſunt; & tamen conſtat primis 500. annis à Chriſto nato ſolitas haberi Imagines Sanctorum in Eccleſijs Dei, ità atteſtante Card. Bellarmino, & Concilio Nicæno generali, vbi definitum imaginum venerationem ex Apoſtolicâ traditione proceſſiſſe.

Vides ergò morem priſtinum, inquit Baronius, Sanctorum Imagines pingi ſolitas. Sed & eas coli incenſarum lampadum aut candelarum lumine: quod pium fidelium obſequium eſſe Deo gratiſſimum, ipſa miracula edi ſolita ſola vnctione olei dictarum lampadum, pluſquam millies perſpicue demonſtrarunt. Cæterùm, quanta in veneratione haberentur, præter alia infinita exempla, patet ex munificentia Pulcheriæ Sororis Theodoſij iunioris Imperatoris, quæ dono dedit Imaginem Deiparæ Virginis à S. Lucâ depictam Eudociæ Imperatrici, veluti præſtantiſſimum quoddam reconciliatæ amicitiæ pignus; ſuper quo v. Baron. An. 455.

An. Chr.

Ac

Ac vt remotiſſimas Oceani partes petamus, perſpicuum eſt ab exordio Eccleſiæ Anglicanæ vſum Imaginum fuiſſe vbique receptum, ſuper quo teſtor venerabilem Bedam, ſcribentem S. Auguſtinum in Angliam tranſfretantem crucem ar- *Lib.1.* genteam pro vexillo attuliſſe, & imaginem Chriſti Saluatoris in tabula depictam, quemadmodum ex eodem S. Beda, refert Card. Baronius, & nihilominus hic ſa- *Anno Ch.* cer cultus, poſteà proh pudor, acerrimè fuit impugnatus per nouos Iconoclaſtas, 714. Waldenſes, Wicleffitas, Taboritas, Pragenſes, nonnullos Lutheranos, Caluiniſtas, qui quidem vno ſed vano & ridiculo argumento nituntur, nimirum, quod exhibeamus Imaginibus cultum qui Deo debetur: quod tam falſum eſt, quàm quod falſiſſimum: ſiquidem manifeſtum eſt; Imagines venerando, vt & ipſos Sanctos ex parte intentionis, nullam nos diuinam æſtimationem illis tribuere, vt nec ex parte obiecti; quia nec Idola, neque fictos Diuos, ſed veros Dei Sanctos, eorumque imagines cultu duliæ, vt vocant, colimus, vti diximus & tanquam excellentes creaturas, non vt Deos, vel eorum imagines tanquam animatas, vt ex actibus ipſis, & intentione vnius mulierculæ conſtat; at verò Deum adoramus non cultu duliæ, ſiue ſubalterno, ſed latriæ, & abſoluto. Vnde Tertull. *Nos crucem*, in- *Apologet.* quit, *neque adoramus, neque optamus*. Loquitur enim de adoratione latriæ propriâ *cap.16.* Deo, de qua Chriſtiani accuſabantur, atque eo ſenſu S. Gregorius Magnus ad Secundinum, Imaginem Saluatoris ab ipſo poſtulantem, inquit: *Imagines quas tibi dirigendas per Dulcidium Diaconum rogaſti, miſimus; Vnde valdè nobis tua poſtulatio placuit, quia illum toto corde, tota intentione quæris, cuius imaginem præ oculis habere deſideras, vt te viſio corporalis quotidiana reddat exercitatum; vt dum picturam illius vides, ad illum animo inardeſcas, cuius imaginem videre deſideras: ab re non facimus, ſi per viſibilia, inuiſibilia monſtramus*. Hactenus D. Gregorius.

Verùm, nolim in altum diſputationum iſtarum pelagus deſcendere, ſatis ſit ad prædictos Eccleſiæ Doctores remiſiſſe Lectorem, & ad plurimos alios, quos breuitatis cauſâ prætermitto, addens ſolùm Concil. Tridentinum, quod eſt inſtar omnium, in quo interfuerunt nouem Cardinales, tres Patriarchæ, 33. Archiepiſcopi, 238. Epiſcopi, Abbates 7. Generales SS. Ordinum 8. Theologi 136. Mandatarij Epiſcoporum abſentium 10. præter aliarum Nationum, vtpotè Italorum, Gallorum, Germanorum, Hiſpanorum, Luſitanorum, Polonorum, Græcorum, Hungarorum, Britannorum, Hybernorum, Belgarum, omnes eximij & à ſingulari eruditione, & pietate commendabiles, & præter alia antiquiora Concilia, videlicet Romanum ſub Gregorio III. in quo conuenerunt mille ferè Epiſcopi, & ibidem damnata eſt hæreſis Iconomachorum Imagines è templis deturbantium, teſte Sigeberto in Chronico anni 633. Si Iconomachi, ergò icones, & imagines. Taceo Nicænum antedictum Concilium, quod fuit vniuerſale (vt ipſemet fatentur Aduerſarij) auctoritateque Summi Pontificis celebratum anno 787. præſentibus vt minimùm 350. Epiſcopis, quo Anathemate feriuntur Iconomachi, quod & repetitur in Synodo VIII. Conſtantinopolitanâ Anno Chriſti 869. vt hæc latius de-

Digitized by Google

duxi ſingulari Opuſculo Apologetico aduerſus Hæreticum Mareſium. Ex quibus luce meridianâ clariùs apparet cultum Imaginum ſine vllâ controuerſiâ omnibus iam ſæculis probatum fuiſſe, provt etiam miraculis, quæ Deus per illas patrare conſueuit, debitum honorem, & venerationem per nos illis exhibendum eſſe, Capite ſequenti oſtendemus.

CAPVT XCII.

Aſtruitur cultum Imaginum eſſe licitum: etiam probari id miraculis in Imaginibus Chriſti Domini, eiuſq; Crucis, B. Mariæ Virginis etiam in truncis arborum; ac aliorum Sanctorum.

IMprimis, vt exordium capiam ab Imagine Domini noſtri IESV Chriſti Paneade Conſtantini Imperij Vrbe (quæ anteà Philippi Cæſarea dicebatur) erecta, & in pretio habita, dicam præclaram ex ære Chriſto ſtatuam ab vnâ muliere Euangelica donatam, quæ diù ſanguinis fluxu laborauerat, ſanataque fuerat, vt Benefactori ſuo gratiam aliquam rependeret, occaſionem rebellionis aduerſus Imagines dediſſe Iuliano Imper. *Videns enim ſtatuam illam multam ſpectantibus præbere gratiam amœnitatis, illam mox euertit, ſuamque in illius locum repoſuit, ſed eccè vindicem manum Dei mox expertus fuit improbus iſte Imperator: Nam derepentè ignis è cœlo delapſus, caput ſimul cum bris Imperatoris à trunco, non ſecus atque olim ab Idolo Dagon diſcidit, & vnà cum collo dejectum, à pectore abruptum in faciem proſtrauit.* Ità Nicephorus Hiſtoricus inuincibilis, cui adſtipulantur Sozomenus, & Euſeb. & alij; inter recentiores Card. Bellarm. lib. 2. de Sanctis, item R. P. Gualterius in chron. 4. ſæcul. pag. 283. qui etiam 10. ſæcul pag. 616 producit ex Baron. Imaginem Crucifixi tum loquentem.

1. Reg. 5.

Lib. 5. c. 20.

II. De vna alia eiuſdem Seruatoris generis humani imagine, quæ à Iudæis transfoſſa magnam ſanguinis copiam effudit, ſic narrat S. Gregorius Turonenſis: *Iudæus quidam cùm huiuſmodi imaginem in tabula pictam, ac parieti affixam in Eccleſia ſæpè vidiſſet, ait: Ecce ſeductor ille, qui nos genusq; noſtrum humiliauit. Et ſic ſub noctem telo ipſam imaginem verberat, eliſamque de pariete opertam veſte ad domum portans, flammis parat exurere. Sed res mira apparuit, quæ quod de virtute Dei fuerit, non poteſt ambigi. Nam de vulnere vbi imago transfoſſa fuerat, ſanguis effluxit. Quod ipſe iniquus ſpiculator oppletus furore non ſenſit. Cùm autem per obſcuræ ſuperuenientis noctu tenebras domum ſuam fuiſſet ingreſſus, lumine adhibito cernit ſe totum ſanguine cruentatum, timensq; ne ſcelus ſuum pateſieret, abiectam à ſe tabulam abdidit in obſcuris, nec auſus eſt vltrà contingere, quod iniquè præſumpſit auferre. Venientes autem Chriſtiani diluculo ad Domum Dei, Iconculam non reperiunt, ſtupenteſque ac requirentes, quod fuerat factum, cruoris veſtigia deprehendunt, quæ ſequentes ad domum Iudæi accedunt, denique ſciſcitati de Imagine nihil certi ignoſcunt. Requirentes autem eam ſollicitè, in angulo Cellulæ Iudæi reperiunt, quæ Eccleſiæ reddita furem lapidibus obruerunt.* Ità ille.

Lib. de Glor. Martyr.

III Suc-

Digitized by Google

III. Succedat Beatæ Virginis Deiparæ Imago S. Lucæ penicillo formata, quæ etiamnùm Romæ aſſeruatur: eaque flagello illius æui ſatis decantato, graſſante nimirum ſæuiſſimâ contagione, publicè à S. Gregorio deportabatur, cuius ope Deus Opt. Max. locis omnibus per quæ efferebatur incolumitatem reſtituit, cui de tanto beneficio audita eſt cælitùs in Arce Romanâ vox Angeli gratias agentis, eamque ſalutantis verbis omnibus in Eccleſijs modò reſonantibus: *Regina cæli lætare, Alleluja: Quia quem meruiſti portare, Alleluja: Reſurrexit ſicut dixit, Alleluja.* Quæ vbi primùm audiuit S. Gregorius, Diuino afflatus ſpiritu Antiphonam compleuit verbis his: *Ora pro nobis Deum Alleluja*, quam Hiſtoriam acceptam fert inſigne Chronicum Gualteri à clariſſ. viro Ciacco. in Greg. I. *An. Chr. 592.*

IV. In illâ cruentâ Heraclij Imper. expeditione contra Phocam delata fuit B. Mariæ Virginis imago, quæ cum incredibili, id eſt, ſummâ eſſet veneratione excepta, credita eſt Heraclio victoriam conciliaſſe, vti Theophanes ſcribit.

V. Ità Ioannes Comnæus Imperator, ope etiam Dei Genitricis, cuius Imagines caſtris deferebat, de barbaris Scyris trans Iſtrum habitantibus, & ingenti agmine Thraciam inuadentibus, victoriam inſignem obtinuit, vt memoriæ prodidit Nicetas. Pluribus non inſiſto, cùm dies, noctesque haud ſufficerent, ſi omnia ſub acumen calami committenda eſſent.

Modò autem quæro à Nouatoribus, cur ergò ignis ille cœleſtis, de quo antè diſcerpſit ſtatuam Imper. Iuliani, niſi vt vindicaret iniuriam factam ſtatuæ Chriſti? & cur ab Imagine à Iudæis confoſſa ſanguis prodijt, qui infirmos plurimos curauit: vt eſt apud Athanaſium a, Greg. b Turonenſem? niſi vt oſtenderet in honore habendas eſſe Imagines, quas Iudæi contumeliâ afficiebant?

a *Lib. 1. de Paſſio. Imag. Domini.*
b *Gloria Marty. c. 21.*

Sed lupina rabies eſt, quod ſub Idolorum prætextu omnem Chriſti Saluatoris, & Sanctorum eius memoriam omnia religionis noſtræ occulta monimenta impiè nobis eripiunt, cultumque ac venerationem Chriſto, ac Sanctis eius debitum impiè tollunt. Vide Nicol. Sanderum de Typicâ, & honoraria Imaginum adoratione, Item Card. Bellarminum, & R. P. Gualt. in Chronog. Staplet. in Prompt. Atque hæc Paſchalis Antiphona ad hunc vſque diem Eccleſia permanſit. Paulò verò poſt conſpecto Angelo gladium in vaginam recondente. S. Gregorius lætus ad populum ſe conuertit, eumque monuit, Deum hoc ſigno pacatam iram ſuam denotaſſe. *Lib. 2. cap. 12. de Imag.*

Ad recentiora decurro, finis enim non eſſet ſi veteribus immorer. Cùm Romæ anno 1593. die 24. Nouembris, Auguſtiniani Imagines de more ſuper Altaria, & Inter alias S. Nicolai Tolentinatis collocaſſent, populo attente hanc intuente, viſa eſt eius facies ſanguinis guttas ſudare. Accurrerunt omnes aſpectandi miraculi gratia, quod in omnium oculis continuauit Diuina benignitatis, guttis eiuſmodi affluenter ex tabula manantibus. Quod quidem vbi ad aures Summi Pontificis delatum eſt, miſit confeſtim eò viros graues, qui certum ſibi totius rei teſtimonium darent, quod & fecerunt teſte Marq. Append. cit, in Clemente VIII. Ità Chronicon. R. P. Gualteri.

Vnum

Vnum S. Caroli Borromæi S.R.E. Cardinalis Imaginis miraculoſæ exemplum ſilentio non eſt inuoluendum: contigit enim in Ciuitate Lugdunenſi anno 1614. vt auctores fide digni certò ſcribunt. Nobilem quemdam Roanenſem D. de Comiers imminenti adeoque præſenti ſubmerſioni expoſitum, Deo, ac S. Carolo, cuius icunculam geſtabat, inuocato diuinitùs ereptum, in hunc qui ſequitur modum: Horâ circiter ſecundâ pomeridianâ, cum exundante Arari, ſcapham ſupra pontem ad deſcendendum ingreſſus eſſet vnà cum cognato ſuo D. de Verpre natu minore, D. de la Roche Cherue, ac pediſſequo, obſeruatâ periculi magnitudine, duobuſque ſocijs (quod natare ſcirent) in aquas exilientibus (qui ſtatim nihilominus fluctibus obruuntur, vt & paulò poſt nauta, ac pediſſequus) ipſe quoque iam pedem alterum ad exiliendum eleuat: ſed diuino inſtinctu, protinus cogitans ſe natandi imperitum, ſatius duxit, conſiſtendo Diuinæ ſe credere miſericordiæ. Citò autem depreſſâ nauicula, & ipſe depreſſus, memor Icunculæ S. Caroli, quam ante biduum, triduumvè ab amico affirmante in periculis profuturam acceperat, Deo ſeſe, ac B. V. Mariæ, ſanctoque Carolo commendat, Mediolanenſem; ſi emergat, peregrinationem vouet (ſui tamen ſemper compos, ac Deum orans.) Quod vbi perfecit, poſt multam intra aquas profundiſſimas per ſaxa volutationem, eccè tandem pede ſaxum percutiens confeſtim ex aquis pectore-tenus emergit. Quo in ſtatu, licet grauibus veſtimentis, ocreis, & gladio onuſtus, abſque labore vllo adducentos paſſus delatus eſt, videlicet vſque ad portum, quem arcuum, vel S. Ioannis vocant. Vnde eductus, magis erat de quærendis ſocijs ſuis, quàm de ſua incolumitate curanda ſollicitus. Hæc Mediolani notiora ſunt, quàm vt res probatione egeat.

Denique, vnum noſtrate exemplum nobis ſubijciendum eſt anno 1.579. quo Traiectum ab Auriaco Principe adhuc detinebatur ab Hæreticorum rabie mirabiliter celebris illa B.M. Virginis in Æde PP. Franciſcanorum Statua ſeruata eſt. Res ità ſe habet; Principio, Catholici illam è templo in Virginum Monaſterium, quod Noua Curia dicitur, ſecuritatis ergò maioris aſportant: ſed hic inuenta à Geuſeis (hoc Caluiniſtarum in Belgio nomen) ſuſque deque omnia perſcrutantibus, ſtrictis enſibus à milite primum, dein à militis Duce ſæuiter impetitur. Fruſtrà: Nam vtrique obrigeſcente brachio eam prorſus non attigêre, indè nocte per murum demiſſa, aliò transfertur, & ſeruatur illibata. Vrbe demum à Parmenſi Duce deuicta, Fratres Franciſcani Diuæ Virginis Iconem in templum referunt, in priſtinumque reponunt locum, ac ſolito reſtituunt honori. Quid inde? Triumphum reuexit de geſtibus ſacrata Virgo, multiſque deinceps coruſcans miraculis, impiorum ſuſtulit peruicaciam, & Hæreticorum deleuit impietatem.

Aliud ſub finem Anni 1649. memorandum contigit miraculum ab eadem Imagine Traiecto rurſum Tongros exportata, ſcilicet in puero qui in vtero materno denatus erat, hic populo innumero toto octiduo mortuus in Ara iſtius B. Imaginis, quæ in templo PP. Recollectorum ibidem colitur, expoſitus, tandem lapſo

dicto

dicto tempore vitam aſſequutus eſt,& ex interuallo Sacramento Baptiſmi donatus fuit. Alia longè plura legat qui volet in tripiici corona B. Virginis R.P. Franciſci Poire è Societate IESV,ex quibus conſiderare poterit pius & Catholicus Lector, non ſolum quàm ſit liquidum, & ex pura doctrina Chriſtiana in antiquitate rationibus apprimè fundata,& exemplis miraculorum illuſtribus multifariam corroborata,verum etiam quàm ſit rationi conſentaneum cultum Imaginum in Eccleſia Dei ab omnibus Chriſticolis teſtari & pijs actibus exhibêre. Tract. 1. c.7.§.2.

Verùm,audire videor nonnullos è ſequiori Religione, quam reformatam dicunt, ſuperſtitione non carêre. quod plerique in hac Diœceſi B. Mariæ Virginis Imagines habeant pro miraculoſis,quæ in cauis arborum nonnunquam inueniuntur. Noli calumniari hæreticè, non dicimus omnes,ſed pleraſque. Deus enim facit miracula ſua, vbi & quando opus eſt,neque etiam nouum inuentum eſt Imagines B. Mariæ Virginis coli quæ aliquando in cauis arborum Deo pro ſalute animarum ita diſponente inueniuntur. Nam eccè legimus in Nicephoro tempore Theodoſij Imperatoris fuiſſe quendam Cyrum nomine,virum potentiſſimum, poſtquam exilio ab Imperatore pulſus eſſet,Smyrnæorum Vrbi Præfectum, & exinde Epiſcopum egiſſe, qui deuotione erga B. Virginem accenſus templum ipſi excitauit, quod poſtea Cyri dictum fuit,ex hac nimirum occaſione. Cupreſſus in eo loco,inquit Nicephorus,ingens excreuit,in quâ ſuperioribus temporibus neſcio quomodo Imaginem Dei Genitricis quidam occultauit. Cùm autem multum præterijſſet temporis,& imago lateret,ipſa ſe ipſam indicauit. Cupreſſus enim immenſo coruſcans lumine,perindè atque fax vna,ardêre viſa eſt,& ingens etiam miraculorum vis ab obſcurâ, & latenti efficaciâ manauit. Vbi autem quidam curioſitate laudatâ arborem conſcendit,imago iſta, vnde miraculorum vis profluxerat,apparuit. Quapropter,Cyrus loco ei honorem habens,pulcherrimum,& maximum Dei Genitrici conſtruxit templum. Ità Nicephorus Auctor claſſicus & fide dignus. Iſta & his ſimilia poſſunt Diuinâ permiſſione contingere. Lib 14. c.46.

Hinc videant Nouatores, non eſſe nouum Catholicorum inuentum colendi icones B. Virginis in cauis arborum. Qui ritus iam à pluſculis annis in hac Diœceſi Leodien. cœptus eſt frequentari, vti notum eſt in noſtrâ Dominâ dictâ Fidei, Diœceſis Leodien. ſub Baronia de Celles, propè Dionantum, illa quidem à miraculis celeberrima, cuius Beatiſſimæ Virginis imago anno 1618. inuenta eſt in antiquiſſimo trunco quercino, cuius veneratio, & creberrima miracula effecêre, vt vicinæ Regiones particulas iſtius trunci deuotiſſimo affectu poſtulârint, ex quibus icunculæ ſculperentur, quarum aliquæ in Æde ſacra repoſitæ ſunt PP. Soc. IESV Vrbis Rhemenſis. In alia etiam Vrbis Inſulenſis, Audomarenſis. Lobbienſis, in alijs denique Belgij locis, in quibus maxima patrata eſſe miracula ignorare non poſſunt, qui locorum iſtorum, aliorumque cognitionem habent. Nec iſtis tamen terminis ac locis circumſcripta eſt virtus Imaginum B. Mariæ Virginis, ſed ad vicinas Prouincias longè latèque propagata eſt.

Digitized by Google

licitius voti vinculum, ità vt integrum cuique foret manere, aut proficiſci quò terrarum vellet, & tales Anachoritæ propriè dicebantur. Atque huic auſteræ vitæ cùm tandem aſſueuiſſent, paulatim deinceps inſtitutum iſtud in conſuetudinem abiuit, & ad vltimam vitæ periodum mortales perduxit.

Succedente autem tempore, contemplatiua hæc vita, æmulos eos habuit, qui maiore cum ſanctitate ſibi Deoque in ſummâ abſtinentiâ viuere vellent; atque abſtemij erant, nulluſque eorum priùs cibum quàm Sol occubuiſſet capiebat. Fuêre qui tribus, aut quatuor diebus ſine alimento perſeuerarent; vino autem, & carne prorſus abſtinebant, certiſque diebus conſultò humi decumbebant; cibus eis erat panis, ſal, & hyſſopus: potus, pura puta aqua, & in hac abſtinentiâ vitam traducebant longiſſimam, vt ſuprà Centuria prima multorum probatum eſt exemplis; cuius rei cauſam fuiſſe non ſolùm abſtinentiam, ſed quod Diuinâ prouidentiâ id factum videatur, inquit Nicephorus, vt videlicet tam diuturno, & exacto vitæ inſtituto incrementum Religio caperet, accedit quod occupati delicijs animi, partim obliuiſcebantur corporis, inquit Card. Bellarminus: vt de Ioanne Abbate refert Caſſianus Collat. 19. c. 4. qui non recordabatur an pridie comediſſet; partim quia ægrè ferebant iſtam corporis ſeruitutem, & ideò quò rariùs & breuiùs poterant neceſſitati corporeæ ſati ſfacere, eò ſe fœliciores putabant. *Tom. 1. Contro. p. 2. lib. 2. & 39.*

Denique, probata eorum vita plurimos exacuit, & acciuit, vt Philoſophiam illam Monaſticam amplecterentur, & ſocietatibus eorum ſeſe copularent, *Principeſque, ac Reges*, Monaſteria ipſis excitarent, doteſque locupletiſſimas impertirentur: quod demùm contigiſſe veriſimile eſt, cum ab illa vitæ auſteritate pluſquam admirandâ (ſi vera ſunt quæ ſcriptis prodidit idem Nicephorus) deſciuerunt. Vnde à Rege Francorum Sigeberto duodecim Monaſteria diuerſis in locis constructa fuiſſe perhibetur, teſte Gualterio in Chronog. Sæcul. 4. fol. 531. *Eccleſ. Hiſt. lib. 74.*

Verùm, poſt aliquot ſæcula, vt pronum eſt mortale genus ad mala, liberiorem, & laxiorem cœperunt vitam amplecti, atque huc illuc vagari, & quidem abſque Superiorum commendatitijs, quod poſteà interdictum ipſis fuit per Concilium Andegauenſe, maximè illis qui in Africa diſperſi per Prouincias erant, nuſquam fixi, nuſquam ſtantes, nuſquam ſedentes, denique vbique vagantes, in quos iccircò D. Auguſtinus mirum quantum inuehitur, quos tamen poſtea ad normam veræ & ſolidæ vitæ Monaſticæ reduxit, ſed & eos qui operâ, ac induſtriâ zeloſâ S. Athanaſij conſiſtebant in Occidente, adeò ſanctis legibus Monaſticis, & omnigena ſcientiarum encyclopædia inſtruxit, vt non pauci ex illis, ceu ex ſeminarijs Epiſcoporum prodeuntes, ſummi Eccleſiæ Præſules, atque multò plures Cardinales propter doctrinæ eminentiam electi, Eccleſiamque Catholicam laudabiliter adminiſtrârint, quâ in re, ex interuallo etiam incubuit S. Benedictus è cuius familiâ plurimos etiam ad Pontificatum aſſumptos eſſe conſtat. *De quo Baron. An Chr. 453. In Oper. Monach. c. 28.*

Atque in iſtis notandum, quod quo tempore Monachiſmus erat penè in

Digitized by Google

cere, & ſub alis mitis, humiliſque Magiſtri, grauiùs inſoleſcere, & impatientes amplius fieri in Clauſtro, quàm fuerint in ſæculo. Quodque magis peruerſum eſt, pleriſque in domo Dei non patiuntur haberi contemptui, qui in ſua nonniſi contemptibiles eſſe potuerunt: Vt quia videlicet, vbi à pluribus honores appetuntur, ipſi locum habere non meruerunt, ſaltem ibi honorabiles videantur, vbi ab omnibus honores contemnuntur.

Porrò, quia illius æui Præſules operam adhuc corrigendis moribus dabant, idcircò exemptiones plerique ſibi à S. Sede procurabant, quæ quidem maiorem adhuc morum corruptelam, & occaſionem dedere, quas proinde acriter exagitat idem D. Bernardus, & meritò: cum exemptis occaſionem laxioris vitæ, vt loquitur S. Concilium Tridenr præbere exemptiones dignoſcantur, ideòque reſtringendæ, imò Reipub. Chriſtianæ expediret, ſi auctoritate Papæ tollerentur, & Epiſcoporum regimini ſubijcerentur, vt multis Iuribus, & SS. Patrum rationibus, & auctoritatibus probat Guilielmus Durandus Claſſicus & antiquus Auctor, nec non Eminentiſſimus Cardinalis Baronius. Atque hactenus de Origine & Inſtituto Monachornm.

De Conſid. ad Eugen. Papam.
Seſſ. 24. cap. 11.

CAPVT XCIV.

Monaſteria cur antiquitùs dicta Sanctuaria? *Monachorum olim veſtitus Simplicitas. Hæreticorum error, exiſtimantium Inſtitutum Monachorum eſſe nouum.*

RESponſio facilis: inde dicta *Sanctuaria*, quòd poſtquam vita Aſceteriorum erat reducta ad normam viuendi antiquorum Monachorum, non tam viderentur homines, quàm Sancti & Diui, res humanas prorſus contemnentes, & vitam cœleſtem traducentes, vt patet ex geſtis S. Euphrataxiæ. Itá S. Arſenius pannum lineum in ſinu geſtabat ad tergendas iuges lachrymas, quæ ob deſiderium vitæ æternæ, dies, noctesque oculis eius deſluebant. Vnde S. Hieronym. S. Paulam quinque Monaſteriorum in Palæſtina Fundatricem, imò Monacham, & Monacharum ductricem, recenſitis miris eius, & cœleſtibus virtutibus, ità in cælum vſque proſequitur. *Ceterùm, illa impleuit curſum ſuum, fidemque ſeruauit, & nunc fruitur corona Iuſtitiæ, ſequiturque Agnum quocumque vadit. Saturatur, quia eſuriuit, & læta decantat: Sicut audiuimus, ità & vidimus, in Ciuitate Domini virtutum, in Ciuitate Dei noſtri. O beata rerum commutatio! Fleuit vt ſemper rideret. Deſpexit lacus contritos, vt fontem Dominum reperiret, Veſtita cilicio eſt, vt nunc albis veſtimentis vteretur & diceret: Scidiſti ſaccum meum, & induiſti me lætitiâ. Cinerem ſicut panem mãducabat, & potionem ſuam cum fletu miſcebat, dicens: Fuerunt mihi lachrymæ panes die ac nocte vt in æternum pane Angelorum veſceretur, & concineret: Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus, & eructauit cor meum verbum bonum, dico ergò opera mea Regi.*

Apoc 14. Pſal. 47.

Neque certè mirum in Religione tantam gratiam illatam, & tantam virtu-

Digitized by Google

tum, ſanctitatiſque omnis encyclopediam inueniri. Siquidem Religionis flos quidam eſt Sanctitatis, quàm virtutem ità Theologi, & inter illos Hieronymus Platus de bono Status Relig. deſcribunt, vt eius proprium ſit munus, mentem noſtram ab omni labe purgatam, integram, & ſine macula Deo offerre, eamque & vires omnes illi conſecrare. Cuius quidem muneris amplitudo, primùm quidem ex eo apparet, quod aliæ virtutes morales vni illi tanquam miniſtræ, ac famulæ inſeruiunt, aliæ purganda voluntate, aliæ ratione illuminanda, aliæ etiam appetitu coërcendo. *Sanctitati* agnaſcitur, ac potiùs comes eſt neglectus corporis: nam per demiſſionem animi, Sancti illi priſci Monachi & Clerici prorſus cultum illius contemnebant, aut certè vt à Paganis, qui ſplendidis & pretioſis veſtibus amiciebantur, diſcernerentur: quod ex ijs quæ ſcribit Metaphraſtes videre licet in Martyrio S. Indi, cui Martyrio Ethnico interfuiſſe, candidis, & magnificis veſtibus indutos refert, quam Hiſtoriam alibi recenſuimus.

Lib. i.

Sed quidquid laudum præconijs dicatur de Monachis, eleuare conantur Hæretici, & præſertim perditæ nequitiæ V Vicleff, qui Monachiſmum inuentum eſſe humanum ſcribit, quod tam falſum eſt, quàm quod falſiſſimum eſſe, ſi conſideremus quæ initio Capitis præcedentis diximus. Imò comperitur, quod poſteà à Chriſto Domino tria illa vota, vt vocant, ſubſtantialia, proceſſerint, eaque Apoſtolos præſtitiſſe, teſtis eſt grauiſſimus Doctor Valenſius, quæ ſententia etiam eſt Sancti Thomæ, qui ait, non eſſe ambigendum quin Apoſtoli vouerint omnia, quæ ad perfectionis ſtatum pertinerent vota, quando Chriſtum omnibus relictis ſequuti ſunt, quam opinionem quoque probat Hieronymus Platus, qui adſtruit Apoſtolos paupertatem, & caſtitatem, & obedientiam coluiſſe, vt nihil ſit cauſæ cur non ab ipſis poſita fuiſſe prima Religionis fundamenta, dicatur, & ab ipſis Chriſto Domino auctore, hanc Religioſæ perfectionis præſtantiam natam, & ab Apoſtolicis temporibus continuatam ad noſtra vſque tempora agnoſcamus.

2. 2. q. 88. art. 4. ad 3.

CAPVT XCV.

De Seruis, & Mancipijs, qui tempore primitiuæ Eccleſiæ Eccleſiaſticis donati libertatem aſſequebantur.

SEruitutis nomen ab iniuria natum inquit Seneca, vtpotè ab oppreſſione æqualium, vel inferiorum. Pomponius Iuriſconſultus ſeruos ex eo appellari inquit, quod captiuos vendi Imperatores iuberent, ac per hoc ſeruare, nec occidere, qui & mancipia dicebantur, eò quod ab hoſtibus, manu caperentur. Sed quid cauſæ ſit, cur Eccleſia, quæ pietatis, atque humanitatis mater eſt, ac pijs officia dependere ſolet, homines conditione ſeruili accipit? vſitatum enim erat apud maiores noſtros (quod ſcriptis prodidit D. Ioannes Molanus Doctor Louanienſis) vt illi vel voluntatis diſpoſitione, vel quando ad Monaſticam, aut Canonicam vitam tranſibant,

Epiſt. 31.
In l. 239. de Verb. ſig.
Lib. 3. de Canon. c. 16.

Digitized by Google

ſibant, ſeruos ſuos, & ancillas Monaſterijs, vel Eccleſijs offerrent, ad id commoti, tum pietate erga Eccleſiam, tum pio ac paterno affectu erga ſua mancipia, quibus poſt mortem ſuam bonos patronos, aut dominos dare cupiebant, vt quicquid ab illis vtiliter pijs locis impenderetur, & quicquid viciſſim à ſanctis communitatibus rependeretur, hoc totum in multiplex animarum remedium eis cederet: neque liceret poſtea iterum in commutationis commercio in ſeruitutem ſæcularem redigere, vt habetur in Agathenſi Concilio his verbis: *Iniuſtum videtur & ineptum, vt mancipia quæ fideles viri, ſeu fœmina pro redemptione animæ ſuæ, Deo, & ſanctis eius conſecrauerint, cuiuſcumque muneris pretio, vel commutationis commercio, iterum in ſeruitutem ſæcularem redigantur, cùm Canonica auctoritas ſeruos fugitiuos tantummodo diſtrahi permittat. Et ideò omnes Rectores Eccleſiarum ſummoperè caueant, ne vnius eleëmoſyna, alterius peccatum fiat.* Cap. 2. 42 quæſt. 2.

Modo, ex ſequentibus infertur, licuiſſe olim primis Chriſtianis Religioſiſque hominum ſeruilis conditionis donatorios eſſe, non vt de ijs commercium facerent, aut venderent, ſed vt ad virtutem inſtruerent, melioreſque redderent, ac tandem libertate donarent; imò interdum in ſua Monaſteria cooptarent. Ità D. Gregorius ſeruos infideles emere conſueuerat, vt Chriſtianos factos, Monaſterijs donaret, atque tum libertate donabantur, vti probat Card. Baronius in Annalibus An. Chr. 302.

Tales porrò ſeruorum donationes priſcis temporibus viguiſſe in Belgio noſtro legitur, vt prætermittam exemplum donationis mancipiorum factæ Monaſterio S. Bertini in Hannonia, alibi à me relatum. Comperio aliud ibidem Monaſterium Benedictinorum nuncupatum Affligenium, quod litteras habere dicitur Godefridi Ducis Louanienſis, in quibus Dux ille, Bertam mulierem ſuæ familiæ cum pueris ſuis ſancto Petro in Affligenuenſi Eccleſia liberaliter dedit pro animæ ſuæ, & parentum remedio, vt ipſa per ſuccedentia tempora, Abbati, & Eccleſiæ cum pueris ſuis in perpetuum ſeruiat, Actum erat cùm ſigilli impreſſione, & teſtium aſtipulatione, anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quinto.

Ex quibus, duo notatu digna reſultant; primum, quod appareat Eccleſias prioribus ſæculis magno in honore habitas, dum illis magni illi Dynaſtæ proles ſuas cum mancipijs illis deuouebant, nexuque, & mancipio tranſcribebant. Alterum, Eccleſiarum Rectores, deuotos illos, & Monaſterijs adſcriptos humaniſſimè coluiſſe, vt illud imbibiſſe videantur Senecæ: *Viue cum ſeruo clementer; comiter quoque, & in ſermonem admitte, & in conſilium, & in conuictum.* Epiſt. 47.

Cæterum, quod antè dixi homines illos antiquorum hominum, id eſt pios illos Senes primitiuæ Eccleſiæ Chriſtianos transferre ſolitos ab humana ſeruitute ad Monaſticam ſeruitutem, luculento Gregorij Magni teſtimonio probatur. *Multos*, inquit, *de Eccleſiaſticâ familiâ nolumus ad Omnipotentis Dei ſeruitium feſtinare, vt ab humana ſeruitute liberi in Diuino ſeruitio valeant in Monaſterio conuerſari: quod ſi paſſim admittimus, omnibus fugiendi Eccleſiaſtici iuris dominium occaſionem præbemus.* Lib. 4. Regiſt. cap. 88. Conſt Synod.

Cùm

Cùm verò feſtinantes ab omnipotentis Dei ſeruitio incautè retinemus, illi inuenimur negare quædam, qui dedit omnia. Vnde neceſſe eſt, vt quiſquis ex iuris Eccleſiaſtici ſeruitute ad Dei ſeruitium conuerti deſiderat, probetur priùs in Laico habitu conſtitutus: & ſi mores eius, atque conuerſatio, bono deſiderio eius teſtimonium ferunt, abſque retractatione ſeruire in Monaſterio omnipotenti Domino permittatur, & ab humano ſeruitio liber recedat, qui Diuini obſequij diſtrictiorem appetit ſeruitutem. Ex quibus collige etiam illo æuo probationem Nouitiorum in Religione vſu receptam fuiſſe. Verùm, ſatis dictum eſto de ſeruis Chriſtianorum: nunc de eorum manumiſſionibus ſequenti Capite tractemus.

CAPVT XCVI.

De manumiſſionibus Seruorum in primitiua Eccleſia.

IN copioſiſſimo ſeruorum numero, priſci Chriſtiani relicto aliorum rigore, pietatis erga Deum intuitu, benignitate hac erga ſeruos vtebantur, vt libertate eos donarent, nimirum per manumiſſiones: quæ diuerſorum generum erant, vt poſteà oſtendemus ex formulis iſtarum manumiſſionum. Apud Francos, manumiſſio fiebat, vel in Eccleſia, ſecundùm Conſtitutionem Conſtantini, aut potiùs Ludouici Imperatoris, vel ex lege *Salicá* iactato denario, vel per chartam, ſiue epiſtolam, quo modo etiam Regis domeſtici propter Reginæ partum ſeruos dominicos liberabant. Inde manumiſſi in Conſtitutione quadam Pipini, alij *Denariales* alij *Chartularij homines* appellantur, & in manumittendo adijciebatur, vt ingenui ſtatim fierent, perindè, atque ſi ex ingenuis parentibus procreati eſſent. Ità Cuiacius Iuriſconſultorum Galliæ ſuo tempore magnum decus.

Lib. 4. Obſeruat. cap. 5.

Manumiſſo ergò fiebat in Eccleſia, idque ex Conſtitutione, vt dictum eſt, Ludouici Imper. *Iam dudum*, inquit, *placuit vt in Eccleſia Catholica libertatem Domini ſuis famulis præſtare poſſint, ſi ſub aſpectu plebis, adſiſtentibus Chriſtianorum Antiſtibus id faciant, propter facti memoriam vice actorum interponatur qualiſcumque ſcriptura, in qua ipſi vice teſtium ſignent.* Et lib. 2. dicto tit. idem Conſtantinus: *Qui religioſa*, inquit, *mente in Eccleſiæ gremio ſeruis ſuis meritam conceſſerint libertatem, eandem eo iure donaſſe videantur, quò Ciuitas Romana ſolemnitatibus decurſis dari conſueuit. Sed hoc dumtaxat his, qui ſub aſpectu plebis, vel Antiſtitum dederint, placuit relaxari.* D. autem Auguſtinus agens de quodam Diacono Hipponenſi: *Antequam*, inquit, *eſſet Clericus, emerat aliquos ſeruulos: Hodie illos in conſpectu veſtro manumiſſurus eſt Epiſcopalibus geſtis.* Et de alio: *Aliqui ſeruuli eius, reliqui fuerant, iam quidem in Monaſterio viuentes, quos tamen geſtis Eccleſiaſticis manumiſſurus eſt hodie.*

Lib. 1. C. de his qui in Eccleſ. manumittuntur.

Serm. 2. de Communi vita Cler.

Huiuſmodi autem Eccleſiaſticæ manumiſſiones per Eccleſiam defendebantur. Vndè in priore Concilio Arauſicano legitur: *In Eccleſia manumiſſos, & per teſtamentum Eccleſiæ commendatos, ſi quis in ſeruitutem, vel obſequium,*

Cap. VII.

vt

vel ad colonariam conditionem imprimere tentauerit, animaduerſione Eccleſiaſticâ coercebitur.

Quia verò hæc fiebant in conſpectu Eccleſiæ, ideò quando propter facti memoriam, vice actorum interponebatur qualiſcumque ſcriptura, in ea enim aliqui præſentes vice teſtium, nomina ſua ſignabant, vt meminit Conſtantinus Auguſtus, ſcribens ad Protogenem Epiſcopum, cuius verba Iuſtinianus in ſuo Codice inſeruit, titulo, *De his qui in Eccleſia manumittuntur.*

Sed non minùs manumiſſionem Eccleſiaſticam illuſtrat altera Conſtantini Conſtitutio eodem in loco relata, & ad Oſium directa: *Qui*, inquit, *religioſa mente in Eccleſia gremio ſeruis ſuis conceſſerint meritam libertatem, eandem eo iure donaſſe videantur, quò Ciuitas Romana, ſolemnitatibus decurſis dari conſueuit. Sed hoc dumtaxat his, qui ſub aſpectu plebis, vel Antiſtitum dederint, placuit relaxari.* Legimus quoque apud Paradium de Carolo Simplice Rege: *Ad Remigij Venerabilis Archiepiſcopi deprecationem, ſeruum iuris noſtri, nomine Anſelaum manu propria, à manu illius excutiente denarium, ſecundùm legem Salicam, liberum cum omnibus quæ habet, vel quæ acquireret, fecimus, & ab omni iugo ſeruitutis aſſeruimus.* Nam aduerte, qui retento obſequio manumittebantur, nullatenus ſacris ordinibus initiari poterant, quod adhuc patronorum ſeruituti manerent obnoxij. Itaque nè ex Clericis iterum fierent ſerui, eiuſmodi manumiſſiones interdicebantur. *Lib. 1. Hiſt. Lugdun. cap.*

Cæterùm, antiquitùs vitandæ ingratitudinis cauſa, viceſima eorum qui manumitterentur, Dominis pendebatur, de quâ vide Petrum Greg. Tholoſanum, & plura huius argumenti qui volet apud Molanum S. Theologiæ Louanij Profeſſorem. lib. de Canonicis, & quæ nos ſuprà ſcripſimus 1. Centuria cap. 33. ſub finem.

CAPVT XCVII.

Iterum de Annulis nonnulla: Aureorum vſus quando inuentus. Plinius reprehenditur. Ordo Equeſtris ab alijs per annulum diſtinctus.

Pleraque non omnibus obuia de annulis ſacris & profanis ſuprà copioſè ſcripſimus cap. XII. nimirum de ſacris & pronubis annulis, honorarijs aureis, quibus fas iſtis vti; palis illorum quid inſculptum, denique de ſigillatitijs, id eſt ſignatorijs. Nunc ſilentio inuoluendum non eſſe reor, à quo tempore cœptus fuerit vſus ille annulorum: variant enim hîc ſcriptores. Nam Plinius tempore belli Troiani non fuiſſe vſum annulorum aſſerit. In quo certè fallitur: Nam conſtat lib. Geneſis cap. 38. Iudam filium Iacob rem habuiſſe cum Thamar nuru ſua, & id feciſſe imprudenter, quòd mulier mutato veſtitu perſonam diſſimulauerit, ac illi promiſiſſe munus, fideique ſeruandæ pignus dediſſe annulum, & armillas. Item Ioſephus cùm in tertio Antiquitatum de veſtibus Sacerdotum meminit, quas *Lib. 33. Nat. Hiſt. c. 1.*

CAPVT XCVIII.

De ſacris Iudæorum Nudipedalibus: quæ rebus dubijs indicebantur: ijs vſus S. Paulus, & exinde Chriſtiani.

NOn obuia multis ſacra illa Nudipedalia, quæ in hoc conſiſtebant, vt Iudæi deprecarentur aliquam calamitatem imminentem, auſteritate vitæ ad aliquod tempus vtebantur: quippè per triginta dies abſtinebant à vino, capillos radebant, nudis pedibus ſacco induti templum adibant, hoſtiaſque immolabant. Atque his quidem ſacris operam dedêre Iudæi, cùm alias, tum cum Nerone imperante Florus Iudeæ Præſes miſerandum in modum gentem hanc opprimebat, quæ tandem ob eius tyrannidem, coacta eſt arma in Romanos ſumere, adeò vſque vt bello tota ad internecionem ferè deleta fuerit. Cùm enim Iudæi omnia priùs humana, atque diuina conſilia experiri vellent, quàm bellum tentare, poſtquam neque pretio, neque precibus poſſent coërcere ſeuitiam Flori (quippè qui ne ſua maleficia per accuſationem Romæ patefierent, Iudæos ſtudio ab bellum ſuſcipiendum ſtimulabat) *Nudipedalia* tandem ſacra ad extremum vouerunt. Quapropter, cùm dies ſacrorum aduenisſet Veronicæ Agrippæ Regis ſoror, teſte Egeſippo, eius Religionis cauſa etiam Hieroſolymam in templum venit, atque nudipes pro more tunc patrio, hoſtijs cæſis, capilliſq; deraſis ante tribunal ſtetit, Flori deprecās clementiam, ſed tantum abſuit, vt ab eo exaudiretur, quin potius magis magiſque ſibi ipſi timuerit. De his Nudipedalibus aduerſus Gentiles ſcribit Tertullianus: *Cùm ſtupet cœlum, & aret annus, Nudipedalia denunciantur: Magiſtratus purpuras ponunt: faſces retrò auertunt, precem indigetant: hoſtiam inſtaurant.* De iſtis Nudipedalibus vide Ioſephum lib. 2. Bell. Iudaic. & Polidorum Vergil. lib. 6. cap. 11. His ſacris operam dediſſe D. Paulum, conſtat ex Epiſt. 4. ad Galatas: nam teſte D. Hieronymo vt animos Iudæorum in ſuam ſententiam alliceret in Cenchreis ex voto comam totondit, & Nudipedalia, atque caluitiam Hieroſolymis in templo exercuit vt illorum ſedaret inuidiam. *Cont. Pſychicos.*

Memoriæ quoque proditum eſt, Templum Veſtæ neſcio quâ ſuperſtitioſâ pietate, pedibus nudis Matronas Romanas petere ſolitas, vt annotat Ouidius in Faſtis. Apud Lacedæmonios verò *ſacra iſta Nudipedalia* primùm acta fuiſſe cùm regnaret Romæ Tullus Hoſtilius, Euſebius ſcriptum reliquit. Sed & Pythagoræ ſymbolis adnotatur, nudis pedibus adorandum, ſacrificandumque eſſe, teſte Rhodigino lib. 15. antiq. lect. c. 6.

Atque his Nudipedalibus ſacris vſos eſſe quandoque Chriſtianos olim & etiamnum interdum, vti legimus, & videmus, dum populus vtriuſque ſexus voti cauſa peregrinationes ſuſcipit, vel peccatorum expiandorum ergò, *Nudipedalia* in templis agit: quam peccatorum expiationem, deuotionem, ac pietatem nec Prin-

cipes ipſi ſunt dedignati, qui vt auerterent aliquando meritum ſupplicium, ira m- que Dei ad exomologeſim recurrerunt, pœnitentiaſque huiuſmodi ſibi vltrò impoſuerunt; quod non poteſt non eſſe gratum, acceptumque Deo, ac Superis: Nam:

Sæpè leuant pœnas, acceptaque lumina reddunt,
Cùm benè peccati, pœnituiſſe vident.

Ità legimus Henricum I. Brabantiæ Ducem poſteaquam Leodienſes bellis attriuiſſet Ciuitatem, adeòque Patriam ipſam incendijs hoſtiliter vaſtaſſet, atque adeò euertiſſet, tandem vt ſolet Deus ſerena nubilis miſcêre, & peccatores oculo pietatis per res aduerſas reſpicere) mutatis rebus, à Leodienſibus in Campis de Steps profligatus, irâ & vindictâ commotus, & etiam pœnitentiâ ductus, illos denuò repetijt, non vtique vt vindex, ſed vt exorator; quippè ſibi malè conſcius ab ipſo Ciuitatis ingreſſu ad Eccleſiam vſque Cathedralem nudis pedibus ſupplex venit, vbi ante aram SS. Martyrum tot cædibus à ſe patratis illachrymans, nexu dirarum execrationum ab Hugone Præſule Leodien., cuius pedibus aduolutus erat, ſolutus, ad proprios Lares mœſtus redijt, cuius tragediæ etiam memini in Notis ad Onoſandri Strategicum in fine operis Politicorum, & eximiæ Vir pietatis & doctrinæ Ioannes Chapeauille quondam Canonicus & Vicarius generalis Leodien. in ſua Pontificum Leodienſium Hiſtoria.

CAPVT XCIX.

Iubilæi ratio, illius origo apud Iudæos, quando à Chriſtianis vſus receptus ſit, & quibus annorum interuallis indicatur.

DVm hæc ſcribo incidit Annus Iubilæus, de quo vt nonnulla dicam, inuitat occaſio, & varia plerumque illius ſermocinatio. Dico imprimis, Annum Iubilæum apud Iudæos, & lege Moſaica quinquageſimum fuiſſe, quò iubebantur ab agricultura ceſſare, debita remittere, poſſeſſiones antiquis Dominis abſque pretio reſtituere, ſeruos libertate donare, ſicuti conſtat 25. & 27. Leuitici. Moyſes enim, vt auctor eſt Ioſephus, ſtatuit vt inter dies, ſeptimo quoque die obſeruaretur Sabbathum: & inter Menſes, ſeptimus quiſque Menſis ſabbathum eſſet menſium, in quo agerentur ſolemnia ſacra, quæ dicerentur Sabbatha Sabbathorum; item inter annos, ſeptimus quiſque annus, & in eo ſi quando Cananæam Iudæi recepiſſent, (quam tandem Dauid, & Salomon Reges aſſecuti ſunt,) terra vacaret, id eſt, non araretur, & quæ ſua ſponte ferret, quinquageſimo quoque anno tribulibus eſſent & extraneis communia. Hunc Hebræi annum Iubilæum dixêre, qui & quinquagenarius vocari poteſt, ſignificatque libertatem.

Lib. 3. Antiq. Iud.

Porrò, hoc Moſis decreto, libertate donabantur ſerui, debitores à creditoribus laxabantur, prædia, (æſtimatis ex æquo fructibus & impenſis) reſtituebantur antiquis

Lib. 3.

antiquis poſſeſſoribus, quæ omnia ipſe Ioſephus dicto libro latè perſequitur. Vide Euſebium, Philonem Iudæum & Cornelium à Lapide Comment. in Leuit. cap. xxx. verſ. 10.

Inter Chriſtianos autem primùm introductum eſt à Bonifacio eius nominis VIII. ante annos 3 0. ad imitationem veteris Teſtamenti, indictum inquam Iubilæum, quod Romæ cum pleniſſima remiſſione peccatorum magno gaudio, & ſolemnitate, ſoleret centeſimo quoque anno celebrari, & concedi Indulgentia illa viſitantibus limina Apoſtolorum, vt in Extrauag. 1. de Pœnit. & remiſſ. cuius mentionem facit S. Antoninus, idque ad exemplum, vt dictum eſt, remiſſionis Iubilæorum legis antiquæ quolibet quinquageſimo anno indictæ, eratque figura plenæ remiſſionis peccatorum, quæ in lege Gratiæ per Chriſtum facta eſt pro Regni cœleſtis ſponſione. Attamen Papa ille Bonifacius VIII. non tam indixit Iubilæum, quàm veteri traditione, & maiorum monumentis acceptum tradidit.

Verùm, poſteà cùm ratio, & ætas hominis dictaret Iubilæum vix quenquam attingere poſſe, cœptum eſt quinquageſimo anno celebrari, idque anno ſalutis 1350. de quo in Extrauag. Vnigenitus, d. tit. & tandem Paulus II. Iubilæum ad breuius tempus, videlicet anno XXV. reduxit, eiuſque exemplum ſecuti ſunt Sixtus IV. anno à Chriſto nato 1475. Alexander V. anno 1500. Clemens VII. anno 1550. Gregorius XIII. anno 1575. Clemens VIII. anno 1600. Vrbanus VIII. anno 1625. Modò autem recurrente anno 1650. iam is definitus ab Innocentio X. ſanctè fœliciterque modò regnante. Nihil tamen obſtat, quominùs poſteriores Pontifices cùm Sacrum Apoſtolatus apicem adepti fuerint, Iubilæas Indulgentias per totum Orbem è theſauro Eccleſiæ depromptas de xxv. in alium xxv. annum, aut breuiorem terminum concedant, cùm ſit in poteſtate Eccleſiæ Catholicæ diſpenſandi illius membris hunc theſaurum, vt varijs Doctorum auctoritatibus oſtendi in ſingulari Opuſculo, cui titulum feci Erotemata Indulgentiarum Iubilæi materiam concernentia. Qui pleniore manu volet materiam hanc colligere, & in penetrale conſcientiæ ſuæ transferre, legat Filliucium Quæſt. moral. tract. 8. cap. 10. p. 139. Layman Theol. Moral. lib. 5. tract. 7. cap. 8. p. 291. Henriques, Nauarrum, Reginaldum, Leſſium, Dianam, Graffijs, Rodeⁿriques, & alios. Modò cano receptui, & ad vltimum Caput huius poſtremæ Centuriæ me confero.

CAPVT C.

De immortalitate hominis in ſtatu naturæ condita, & an virtute ligni vita in ea perduraſſet? Et an hæc fuerit naturalis? Diſcutitur admiranda ligni vitæ facultas, & tandem quorſum Adam è Paradiſo eiectus?

HOminem in paradiſo ante peccatum, immortalem, & incorruptibilem fuiſſe, hoc eſt à moriendi neceſſitate abſolutum, apertè colligitur ex factis Scri-

 pturis

per ætatum lapſum mutari, quamuis animalia corpora, in mortemque veteraſcere non ſinebat.

Alij igitur cenſent, lignum vitæ valuiſſe quidem ad tribuendam immortalitatem, non tamen ſemel, ſed repetitis vicibus ſumptum, ad reſarciendas ætatis ſenijque iacturas. Semel etenim ſumptum, & humidum per actionem caloris naturalis deperditum reſtaurabat, & virtutem nutritiuam (quæ alioquin per admixtionem alimenti extranei debilitatur) confortabat ad diutiùs quidem producendam vitam, determinato tamen aliquo tempore, quo finito rurſus erat ſumendum, & ſic deinceps quoad vſque homo in ſtatum gloriæ transferretur, & hanc admirandam ligni vitæ facultatem colligunt ex illo Geneſis 3. *Nunc ergò ne fortè mittat manum ſuam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum.* Atque inquiunt, minùs aptam ſimilitudinem ab hoc ligno ad æternam beatitudinem notandam duci, tum hîc, tum Apocalypſis 2. & Haiæ 66 niſi vim haberet vitam in æternum prorogandi.

Cæterum, Durandus & alij, non tantum virtutis fructui vitæ tribuerunt, aſſerentes non habuiſſe vim vitam ab interitu vindicandi, ſed ſolum in æuum producendi, quam denique mors atque interitus exciperet: Nam *τὸ in æternum* loco Geneſis citato, nonnunquam pro longo aliquo, & diuturno æuo accipi ſolet. *In 2. diſt. 1.*

Sed quantum futurum eſſet Tempus illius æui? Pererius in Geneſim, futurum fuiſſe credit ad octo vel decem millia annorum, quod ipſum ſic probare ſatagit: Status hominis ante peccatum inſtructior, & efficacior fuiſſet ad producendam hominis vitam, comparatione ſtatus hominis poſt peccatum ante diluuium, quàm fuit hic ſtatus, comparatione eius ſtatus, in quo nunc eſt homo, quia vterque hic ſtatus eſt hominis peccatoris habentis corpus infirmum, & multis malis obnoxium: Sed in ſtatu hominis ante diluuium, viſa fuit decuplo longior, quàm eſt nunc (nam ferè nongentos annos excedebat) ergò in ſtatu innocentiæ vita fuiſſet hominis decuplo longior, quàm fuit ante diluuium. Ita Pererius. *Lib. 5. de ſtatis innocen. c. 2.*

Ego verò (vt opinionem meam breuiter exponam) exiſtimo quidem lignum vitæ, ità appellatum fuiſſe, quod ad redintegrationem humidi radicalis abſumpti, & virtutis actiuæ ſpeciei corroborationem, & adeòque ad vitam diutiùs conſeruandam omninò valeret, quanquam & humidum radicale ſufficienter refici, etiam eſu aliarum arborum poterat, vti D. Auguſtinus innuit, dum ait: *Cibus aderat nè eſuriret, potus nè ſitiret, lignum vitæ nè illum ſenecta diſſolueret.* Cæterum, ſolo eſu illius fructus quantumlibet iteratò, & continuatò immortalitatis diſpoſitionem corpori præſtari potuiſſe, vt nunquam diſſolui poſſet, nequaquam adducor vt credam; quippè quod fructus ille efficere haud poterat, nè ab aliquo duro, aut alio exteriore læſiuo, vt Theologi loquuntur, gladio, igne, & ſimilibus, homo pati poſſet, ſed vt ſummum concurrebat ad conſeruandum vigorem vitæ corporeæ à defectibus ſenectutis. *Lib. 14. Ciuitat Dei cap. 26.*

Itàque cum D. Auguſtino (In Quæſt. No. & vet. teſt.) immortalitatem illam

illam fuiſſe in primo homine ſecundum vim quandam ſupernaturalem in anima reſidentem dicendum eſt. Cui ſuo more adhæret Doctor Angelicus, ſic inquiens: *Lignum vitæ non erat principalis cauſa immortalitatis, ſed coadiuuans ad continuationem vitæ modo prædeterminato, & ideò immortalitas non eſt iudicanda naturalis, propter virtutem animæ ſupra naturam collatam, quæ erat principalis cauſa immortalitatis.*

In 2. Diſt. art. 4. & 5.

Exiſtimandum igitur eſt animam per virtutem ſibi diuinitus inditam, corpus primi parentis optimè compactum ab omni corruptione præſeruare potuiſſe, accedente ſimul frequentiori eſu ligni vitæ, quanquam & aliam qualitatem corpori etiam infudiſſe, quâ ad eam præſeruationem redderetur idoneum, innuere videatur tum idem S. Thomas, dicens: *Quod anima præter rationem à Deo auerſa ſubſtracta eſt diſpoſitio, quæ eius corpori diuinitùs indita erat, vt ſibi proportionaliter reſponderet, & ſequuta eſt mors:* tum Auguſtinus quatenus ait: *Corpus Adæ gratiam perdidit, quâ eius anima omni ex parte obediebat,* & alibi, inquit naturam Adami eo die quo peccauit mutatam eſſe in deterius, & vitiatam, quod & Synodus tum Arauſicana, tum Tridentina velut fide certum definiuerunt.

4. Cent. Gent. c. 81.
Lib. 1. de Peccat meris. cap. 16.

Alibi tamen contrarium innuiſſe videtur idem D. Auguſtinus dum dixit: *Immortalitatem fuiſſe in primo homine, ſecundùm vim quandam ſupernaturalem in anima reſidentem, non autem per aliquam diſpoſitionem corpori inhærentem.* Et S. Thomas ſimiliter iiſdem ferè verbis: *Non enim corpus eius erat indiſſolubile,* inquit, *per aliquem immortalitatis vigorem in eo exiſtentem, ſiue non ſecundùm aliquam diſpoſitionem corpori inhærentem.* quanquam loca iſta explicari poſſunt de diſpoſitione, ſeu virtute radicali illius incorruptionis: hæc enim non erat in corpore ſed in anima.

In Quæſt. noui & vet. Teſt.
1. Part. q. 94 nu. 1.

Sed quæſtionis eſt, quænam, aut qualis illa virtus principalior fuerit, qua corpus ab omni corruptione præſeruabatur coadiuuante ſimul eſu ligni vitæ? Exiſtimo fuiſſe iuſtitiam originalem, quæ nimirum eſt rectitudo animæ reſultans ad gratiam gratum facientem cum alijs virtutibus, quibus homo ſecundum omnes ſuas facultates efficiebatur rectus imprimis per mentis ſubiectionem erga Deum, deindè per partium inferiorum animæ concupiſcibilis, nimirum tendentis ad delectabilia, & iraſcibilis ad ardua, per illarum inquam partium ſubiectionem ad partem ſuperiorem, & denique ipſius corporis quoad membrorum motus ad ipſam etiam rationem. Hæc enim gratia originalis exigebat prouidentiæ diuinæ adiutorium ſingulare ad vitandam ſcilicet omnem læſionem, & reſarciendum ſimul cum eſu ligni vitæ omnem naturæ defectum, & hoc ſibi voluiſſe videtur S. Thomas, dum aſſerit quod *per originalem iuſtitiam non ſolùm inferiores animæ vires continebantur ſub ratione, abſque omni deordinatione,* inquit, *ſed etiam totum corpus continebatur ſub anima, abſque omni defectu.*

1 Quæſt. 97 art. 1.

Sed ſufflaminandus eſt mihi curſus iſte calami, quem ad vſque exerui delectatus illecebra materiæ Breuiter itaque addiderim eſſe vim & efficaciam arboris vitæ proportionatam, & attemperatam fuiſſe virtuti illi ſupernaturali ipſius animæ in ordine ad reparandum continuò humidum radicale, & ad confortandam vir-

tu-

Digitized by Google

tutem nutrientem, quæ alioqui extraneum alimentum in ſubſtantiam animalis, ſine aliquâ virium ſuarum infirmatione conuertere nequit. Sed & vlteriùs talem fuiſſe eandem illam animæ virtutem ſupernaturalem, quæ & prouidentiam hominis ad præcauendum omne nociuum acueret, & ipſam æternam Dei prouidentiam determinaret ad pariter concurrendum, ne in læſiuum aliquando corpus impingeret.

Ex quibus iam facilè colligitur, quid ad vltimum dicendum ſit de virtute ligni vitæ, an nempè fuerit naturalis? vidimus enim ſuprà S. Thomam id innuere, nec quicquam cogit ad ſuperaddendam ligno vitæ vim hanc ſupernaturalem ad effectum immortalitatis, quæ congruè attribui poteſt alicui potentiori virtuti, qualis eſt gratia originalis. Fateor Patres nonnullos aliter diſſeruiſſe de eo ligno vitæ opinantes perfectam immortalitatem afferre potuiſſe ei, qui ſemel ex eo ediſſet. Vnde ſequitur, quod Corpus Adæ etiam poſt peccatum omni tempore incorruptum manſiſſet, ſi vel ſemel ex eo ligno ſumpſiſſet. Hinc enim eſt, inquiunt, quod Deus Adam de paradiſo expulerit, nè fortè mitteret manum ſuam, & ſumeret, etiam de ligno vitæ, & viueret in æternum. Vnde vlteriùs inſerunt, Adam ante peccatum ex eo fructu non ediſſe, quod adhuc neſciret quodnam inter reliqua eſſet lignum vitæ, imò & ipſum diabolum volunt id ignoraſſe, quod alioqui Adamo ſuggeſſiſſet, vt etiam ex eo comederet, ne moreretur, & ab ærumnis vitæ huius aliquando liberaretur. Vnde aliqui pœnam Adæ miſericordiam appellârunt, quòd nempè procul à ligno vitæ eiectus fuerit, quo fortè guſtato, nunquam per corporis ſui diſſolutionem miſerias huius vitæ euadere potuiſſet, quod hominem Deus nō niſi morte interueniente ab eis eripere decreuiſſet: *Non pepercerat*, inquit D. Hilarius, *primo illi terræ limo Adæ, quem de paradiſo poſt culpam ne lignum vitæ attingens in æternitate pœna maneret, eiecit*, & S. Ireneus: *Eiecit*, inquit, *eum de paradiſo, & à ligno vitæ longè tranſtulit, non inuidens ei lignum vitæ, ſed miſerias eius vt non perſeueraret ſemper tranſgreſſor, neque immortalitata eſſet, quod eſſet circa eum, & malum interminabile.* Et Gregorius Nazianzenus: *Inde Adam* (à paradiſo eiectus) *lucratur quippiam, mortem nempè, ac peccati abſciſsionem, nè malum eſſet immortale, ſitque pœna miſericordia.*

Cæterùm, re maturiùs examinatâ, cum Adam poſt peccatum morti à Deo adiudicatus fuerit, neceſſe quidem erat eum à ligno vitæ ſeparare, vel ſaltem ab illius eſu impedire, ſiquidem Deus decreuerat plenam immortalitatem ei donare, qui ex illo ediſſet. Sed tamen, cum de eiuſmodi Decreto non conſtet, videtur mihi non rectè inferri ex eo quod Deus Cherubin poſuerat ad cuſtodiendam vim ligni vitæ, & auertendum Adam fructum eiuſdem ligni ad mortem continuò euitandam valuiſſe.

Nec vrget teſtimonium illud ſcripturæ: *Nè fortè etiam ſumat de ligno vitæ, & viuat in æternum.* Nam vox Hebraïca non importat æternitatem, ſed longum aliquod tempus: vnde D. Hieronymus Hebraicæ linguæ peritiſſimus, eandem vocem alibi accepit pro quinquaginta annis, quo numero definiebatur tempus Iubilæi apud He-

Digitized by Google

Hebræos, vt capite præcedenti diximus. Si autem dicas hoc loco non poſſe accipi pro annis quinquaginta, quod non curaretur an Adam eo ſpatio vitam acturus eſſet, cui vtique ſupra nongentos viuere contigit, reſpondeo, ſicut non cogimur eam vocem pro quinquaginta annis accipere, itá nec pro æterna duratione, adeoque ſine neceſſitate agnoſceretur virtus aliqua ſupernaturalis ligno vitæ ſuperaddita, cuius effectus rectè tribui poteſt gratiæ originali, quâ primum hominem præditum à Deo fuiſſe negare non poſſumus.

Poterat igitur arbor illa homini vitam non quidem in perpetuum, ſed tamen quaſi in immenſum protogare, reficiendo humidum radicale ob proportionem fructus illius cum facultate nutriente; vt tamen ità prorogaretur noluit Deus, ideoque à paradiſo & acceſſu ligni vitæ prohibuit & excluſit, & ob hanc naturalem vim, ſecundùm quam virtutem animæ ſupernaturalem coadiuuiſſet, ad cauſandam in corpore incorruptionis perpetuitatem, meritò dicitur à Chryſoſtomo fuiſſe in medio paradiſi, tanquam præmium obedientiæ, ſicut arbor mortis, vt inobedientiæ ſtipendium.

Atque hæc de immortalitate primi hominis in fœlici illo innocentiæ ſtatu, & de eius adæquatâ cauſâ, deque virtute, ac naturâ arboris vitæ, pro coronide huius operis dicta ſufficiant. Hanc autem cùm primus ille parens noſter (benigne Lector) immortalitatis prærogatiuam culpâ ſuâ ſtultè nobis eripuit; vtinam & ter vtinam aliquando beatiori illâ donemur in cœleſti paradiſo, ad quam non minùs miſericorditer Deus nos omnes vocauit, quàm à corporali illâ primos parentes iuſtè remouit, ac depulit.

FINIS.

Laus Deo, qui dedit hæc velle, & dedit perficere.

INDEX

Digitized by Google

INDEX RERVM QVÆ DVABVS Centurijs huius Operis continentur, in quo litterâ a priorem, b poſteriorem Centuriam deſignat.

A.

Ablactationis cõuiuia apud Iudæos. p. 30.a
Abſtemiæ apud Romanos mulieres, 27.a
Acclamandi modus in electione Imperatorum. 210.b
Accumbendi in lectis modus in Conuiuijs. 78.a
Adam poſt peccatum debuit à ligno vitæ ſeparari, & quare? 369.b
Adæ immortalitas vt intelligenda ſi non peccaſſet. 369 b
Adoptionum ritus. 134.a
Adoptionis per capillos ritus. 270.b
Adoratio ſpecies ſalutationis. 66.a
Adorandi mos apud veteres. 316.b
Ædilium officium apud Romanos. 174.a
Ægypti capita ſua in formam rotundam attondebant. 334.b
Agnorum Dei effectus. 269.b
Aleæ vſus veteribus non incognitus. 106.a
Aleariæ amicitia quæ? 106.a
Amazonum origo, & bellica earum induſtria. 166.a
Annuli ſacri & profani. 212.b
Annulus S. Annæ. 213.b
Annulus quo S. Ioſeph Deiparam Virginem Mariam deſponſauit extat Peruſiæ. 213.b
Annulis vti in Vrbe non omnibus licitum. 214.b
Annulorum palis quid inſcriberetur. 215.b
Annulis Chriſtianorum olim quid inſcriberetur. 215.b
Annulorum aureorum vſus quomodo inceptus. 213.b
Annulorum vſu, diſtinctus Equeſter ordo ab alijs. 361.b
Annulus Præſulum Chriſtianorum vſus quid deſignet? 213.b
Antiquos neque thus, neque victimam Dijs ſuis obtuliſſet, ſed folia præſertim Lauri. 296.b
Apparitiones hominum prodigioſæ. 134.a
Applaudendi ritus antiquus in electione Epiſcoporum. 210.b
Aquam calidam vino miſcebant veteres. 24 a
Aqua luſtralis. 194.b
Ara olim feneſtella erat per quam immittebantur reliquiæ Martyrum. 312.b
Ara quales olim? 317.b
Arbor vitæ. 371.b
Aſſâ voce canere quid? 187.a
Aſyli iura, illiusq; origo. 157.a
Auguſtinus reprehendit parentationes ad ſepulchra Martyrum. 198.b
Auri & argenti origo. 155.a

B.

Bacchanalium origo & amentia. 122.a
Bacchanalia ad Chriſtianos deriuata. 122.a
Balneorum mira & ſtupenda magnificentia. 17.a
Balnea ſudatoria. 18.a
Balneorum vſus veterum deriuauit in primos Chriſtianos. 19.a
Balneis quibus ex cauſis vterentur primi Chriſtiani, 19.a

Bap-

Baptiſmatis Sacramentum in Eccleſia Dei quale tempore primitiua Eccleſiæ? 290. b
Baptizatus in infantiâ, ab Hæretico, factus poſteà Catholicus, an ſint ei explicandæ ſolemnitates. 292. b
Barba quando radi ſolita. 65. a
Beguinarum inſtitutum, auctor & origo. 219. b
Beguinæ an ſint Religioſæ? 121. b
Beneficia Eccleſiaſtica quando inſtituta? 234. b
Bibacibus ſed lurconibus præmia propoſita apud veteres. 34. a

C

Calcei quales apud Romanos? 9. a
Calices ex quâ materiâ olim. 221. b
Caluinus conatur tollere vſum Imaginum. 197. b
Campanarum inuentum & vſus. 273. b
Campanarum mira potentia, vſus & inuentio illarum. 58. a
Campanulæ quare veſti Sacerdotis Hebræi appenderentur. 317. b
Cancellarij dignitas, qualis? 167. a
Canendi in Eccleſia conſuetudo. 235. b
Canem appingendi ritus ad cellam Ianitoris. 89. a
Canonici duplicis generis. 230. b
Canonici olim communiter viuebant, & eodem dormitorio vtebantur. 232. b
Canonici veſtis. 230. b
Cantores cur dicti Fabarij. 236. b
Cantus Eccleſiæ diù noctuque ex præſcripto Damaſi Papæ. 236. b
Cantum vtriuſque ſexus fidelium vniformiter canentium ſuſtulit Eccleſia. 236. b
Cantum Eccleſiaſticum impiè damnant Hæretici. 237. b
Canum ſolertia, fides, & docilitas. 87. b
Capillum vni Deo inter ſuſcipientes dæuouebant. 64. a
Capita ſua Ægypti in formam rotundam attondebant, & quare? 27. b
Capite detonſo eſſe in viris ignominioſum. 64. a
Capite intecto erant Romani ſerui excepti. 178. a
Caprarum ſolertia. 80. a
Capſarij qui? 148. a
Cardinalium origo, etymon, & dignitas. 293. b
Cardinalium encomium. 293. b
Cathedra Petri feſtus dies. 109. b
Cella in templo Salomonis, & quibus fas eſſet ijs vti? 241. b
Ceram gentibus Deorum voti cauſa Pagani affigebant. 201. b
Cerei & lichni ante Deorum Simulacbra. 200. b
Cerei in funeribus. 261. b
Cerei orbiculares dicti Agni Dei. 274. b
Cereorum vſus in Eccleſia Catholica laudatur. 202. b
Ceruorum natura & ſagacitas. 80. a
Chaldæi Mathematici è Repub. pellendi. 227. b
Cœmiteria olim in Vrbe admiranda. 341. b
Cœnam veteribus fuiſſe prandium. 15. a
Cœna apud Romanos varia. 25. a
De charta, cera, papyro, qua noſtra charta vicem habebant. 40. a
Chorea olim ante Eccleſias Sanctorum ſublata. 130. a
Chriſtianorum ſerui olim in Monaſterijs adſcripti. 215. b
Chriſtianorum Menſa duplex tempore primitiua

tiua Eccleſiæ. 224.b
Chriſtiani cur olim dicti capſarij. 148 a
Chriſtiani antiqui orabant interdum ſtrati in terra. 263.b
Chriſtiani an olim ſumpſerint nonnullos ſuos Ritus à Paganis? 192.b
Chriſtianorum primorum Conuiuia quæ? 338.b
Chriſtiani tempore primitiuæ Eccleſiæ cur dicti Sarmentitij? 343.b
Ciconiarum ſolertia. 91.a
Circenſes ludi. 126.a
Circumciſionis origo apud Iudæos. 282.b
Circumire ante Aras conſuetudo. 298. & 315.b
Cleopatra Regina Cœna. 14.a
Clepſydra quid? 60.a
Clerici olim raſi. 62.a
Clerici ex ordinatione Eccleſiæ comati eſſe non debent. 208 b
Clericorum Xenia. 205.b
Clerici olim raſura obnoxij. 332.b
Climactericus annus. 43.44.a
Clypei in templis vel Bibliothecis ponebantur. 202.b
Columba quæ poſt Baptiſmum deſcendit in Chriſtum, an verum fuerit animal. 257.b
Columba aurea & argentata in quibus olim aſſeruabatur Sacra Euchariſtia. 197.b
Comam qui olim alerent, & qui primùm illam reſecarint. 65.a
Comam attendere Iudæis vetitum. 64.a
Comam antiqui quamdiu peregrè erant, alebant. 65.a
Comas an geſtarent antiqui? 56.a342.b
Commeſſationes apud veteres quæ? 25.26.a
Communicandi olim Ritus apud Laicos. 222. & 223.a
Communio olim ſub vtraque ſpecie etiam Laicis licita. 280.b
Communio initio naſcentis Eccleſiæ fiebat poſt Cœnam. 338.9.b
Conuiuarum numerus interdum magnus. 14.a
Conuiuia ad tumulos Defunctorum. 198.b
Conuiuia Chriſtianorum, nominatim Agapes, in templis ſublata. 198.b
Conuiuia in Templis, & quot Conuiuæ. 7.8.9.a
Conuiuia ante & poſt communionem. 224.b
Conuiuia Chriſtianorum primitiuæ Eccleſiæ pauperibus exhibebant, & cuiuſmodi eſſent. 337.b
Conuiuiorum luxus. 13.a
Conuiuiorum iſtorum Miniſtri qui? 337.b
Conuiuiorum pocula quæ? 9.a
Conuiuiorum Menſa quæ? 9.a
Conuiuiorum diuerſi ritus apud diuerſas gentes. 27.a
In Conuiuijs qui ſermones adhibendi? 1. 20.a
In Conuiuijs coronati & vncti erant. 26. & ſeq.
Conuiuijs Virgines arcebantur. 12.a
In Conuiuijs ſaltatriculæ admittebantur: 11.a
In Conuiuijs qui admitterentur. 12.a
Cornicum induſtria. 94.a
Coronis in Menſis Conuiuæ vtebantur vt & vnguentis. 10.a
Corui viſi loquentes. 91.92.a
Corybantiare quid? 144.a
Crucis ſignaculum ante ſumptionem cibi contra Hereticos. 200.b
Crudelitas nonnullarum gentium in immolandis hominibus. 161.162.a
Cultus Imaginum adſtruitur.

Cultum Imaginum probat Concil. Trident. 349. b
Cuſtodia Reorum apud antiquos. 146. a

D.

DAniel Propheta an Eunuchus fuerit. 284. b
De cennalia feſta quæ? 129. a
Dedicationis Eccleſiarum origo. 342. b
Delubra quis primùm excitauerit. 285. b
Delphini Amaſij mirum exemplum. 91. a
Deorum Sacerdotes. 204. b
Diadema, & purpura inſigne Imperatorum. 159. 160. a
De diuortijs. 47. b
Diſciplina Canonicorum quando remiſſa. 233. b
Domitianus Imperator Deus haberi voluit. 161. a
Dona quæ aduenis, Legatis aut militibus dari ſolita. 150. a
Donationes Romanorum immenſa. 70. a
Donationes ſeruorum ſeu mancipiorum olim facta Eccleſijs. 359. b
Dos in dedicatione Eccleſiarum aſſignanda. 345. b

E.

ECcleſiæ antiquis temporibus ramuſculis, floribus, lucernis, cereis ornabantur. 206. b
Eccleſijs ſiue Templis olim ſemper vſi Chriſtiani. 312. b
Effigies appendendi mos in Templis Deorum. 367. b
Eiulationes in exequijs. 260. b
Elephantum mira ſolertia. 81.
Electionis Epiſcoporum antiqua formula 211. b
Epiſcopi olim an ius dicerent? 347. b
Epiſcopis olim qua reuerentia exhiberetur 276. b
Epiphania cur careat Ieiunio? 323. b
Epictetus explicatus. 18. a
Epulæ ad ſepulchra Martyrum. 198. b
Equorum natura, ſagacitas, docilitas, pietas. 88. 89. a
Equuleus genus ſupplicij. 112. a
Eucharistia Sacramentum ſeruabant tempore primitiuæ Eccleſiæ in pixide proprijs in ædibus, & in itinere ſtante perſecutione. 223. 225. b
Euchariſtiam ſumebant olim viri in vola manus, mulieres in velo albo lineo. 226. b
Eunuchorum vſus, deque eorum Propoſitis. 283. b
Eunuchorum conditio olim honorabilis. 284. b
Eunuchorum conditio apud Iudæos infamis. 284. b
Excelſa apud Iudæos, quæ? 247. b
De Exſtaticis mira. 326. b
Exemptionum laxioris vitæ prabent anſam. 356. b
Exequiarum ratio apud Chriſtianos olim. 260. b

F.

FAces funeribus olim adhibita. 199. b
Faſces dati Principibus. 159. a
Feneſtris ædium priuatarum in priuata vel publica lætitia lucernæ & laurus ponebantur, vt hodie in Vrbe. 205. b

Fe-

Digitized by Google

Ferdinandi II. Imperatoris dies natalitius qui celebratus? 32. a
Feſtus agebatur dies quâ quis ad Præſulatum vel Imperium aſſumptus erat. 208. b
Flabellum ad arcendas muſcas celebranti Pontifici adhibetur. 281. b
Flagellatio corporis. 325. b
Flent nonnulli cùm volunt. 133. a
Fontes mirabiles. 99. 100. a
Fulminis natura. 185. a
Funera antiquorum. 260. b
Funerum apud antiquos diuerſa genera. 116. 117. a
Funerum ritus. 118. a

G.

Gallorum antiquorum lingua, quæ? 107. 108. a
Genua Principum ſeruiliter oſculabantur. 67. a
De Genijs. 181. a
Germanorum nonnulli ritus. 109. a
Germani conſultationes inſtituunt in Conuiuijs. 110. a
Gladiatores conuiuijs admittebantur. 12. a
Gladiatorij ludi. 125. a
Græcis frequentiſſima capitis vnctio. 5. 6. a

H.

Hermaphroditi an irregulares? 55. a
Hæretici impugnant vſum Eccleſiæ lychnos & lucernas accendendi, in quo ſuo more hallucinantur. 35. b
Hæretici obganniunt contra Catholicos. 359. b
Hæretici impij improbant vſum orandi per Roſarium, quorum obiectiones refelluntur. 268. b
Hæretici Crucis venerationem è medio tollunt, quam ineptè oſtenditur. 269. b
Hæreticorum errores & deliramenta notantur & refelluntur. 197. & ſequent.
Hæretici mendaciter obijciunt Chriſtianis in primordio Eccleſiæ nulla Altaria, nullas Aras, nulla templa habuiſſe. 287. b
Henrici I. Brabantiæ Ducis pœnitentia. 368. b
Hiſtoux apud Leodienſes ſeruitutis ſpecies. 217. b
Homines proprij qui? 217. b
Homines & iumenta ſaluabis Domine. Pſal. explicatur. 272. b
Homines an fuerint longioris vitæ ante diluuium. 273. b
Homines an per maleficia verè in beſtias mutentur. 136. a
Horti penſiles apud antiquos. 149. a
Hoſtiæ lauabantur ante immolationem. 338. b

I.

Iconomachi refelluntur. 348. b
Idolum Carthaginenſium dictum Cæleſte, illuiſque euerſio. 156. a
Ieiunium Eccleſiaſticum. 323. b
Ieiunij effectus. 324. b
Ignis Regibus Babilonia, & alijs nonnullis prælucebat. 46. 68.
Ignis lentus ſupplicij genus. 132. b
Imaginoſus morbus, quis? 143. 144. a
Imagines pro Nobilitate. 127. & ſeq.
Imago B. M. V. apud Recollectos Traiectenſes miraculoſa. 352. b
Imaginum cultum probant diuerſa Eccleſiæ

Con-

Digitized by Google

Concilia. 337.b

Imaginum cultus in Eccleſia antiquiſſimus. 348.b

Immunitas Eccleſiaſtica quibus non conceditur? 157.a

Immortalitas hominis in ſtatu Innocentiæ. 371.b

Immortalitas Adæ ſi non peccaſſet qualis fuiſſet. 351.b

Imperatorum mira reuerentia erga templa. 314.b

Inaugurationis Regum vſus. 307.b

Inedia an naturaliter toleretur? 38.a

India quidam Rex adorandum ſe præbebat. 67.a

Innupti olim mulctabantur. 50.a

Iocorum & facetiarum ratio. 21.a

Iubileorum ratio & inuentum. 150 b

Iudæi Sabbathis lucernas accendebant. 206.b

Iudæi quomodo malè imprecarentur. 237.

Iudæi manibus in cœlum erectis orabant. 164.b

Iudæi celebrabant Feſta in Nouilunio & quare? 271.b

Iudæi ad Solem Orientem orabant. 296.b

Iudæi mortuorum corpora non cremabant. 121.a

Iurare per nomen Principis. 68.a

Ius Suffragij apud Romanos qui habuêre, & an Sexagenarij? 3.a

Ius ſepulchrorum Romanorum. 308.b

Iuuenales ludi qui? 123.a

K

Kalendarum Feſtum ſublatum, & Feſtum Vinculorum B. Petri repoſitum. 203.b

L.

Lacedæmones ſenectutem maximè venerantur. 40.b

Lagenoſoria Feſta. 128.a

Lagenoſorij ludi. 128.a

Lampades perpetuò ardentes. 45.a

Lampades olim ante Imagines. 137.b

Lapides miri. 205.a

Laruati reprobati in Gallia edicto Franciſci Regis Galliæ. 150.

Laruati duo in Gallia fortè ambuſti. 130.

Legiſperiti qui apud Iudæos? 241.b

Leodienſes Clerici ſub graui pœnâ comati eſſe non debent. 208.b

Leonis Hiſtoria mirabilis. 9.a

Leſſus in luctu quis? 132.a

Liberi nonnullarum gentium olim immolabantur. 161.162.a

Ligni vitæ virtus, & an fuerit principalis cauſa immortalitatis. 372.b

Lingua veterum Gallorum quæ? 101.108.a

Longæuitas ex ſobrietate. 37.a

Longæuorum nonnullorum Index. 38.a

Lotio manuum ante ingreſſum templi tempore primitiuæ Eccleſiæ, & æuo Ethnicorum. 337.& ſeq b

Lotio manuum à Moyſe Legiſlatore. 338.b

Lucernæ in templis Paganorum, & poſteà Chriſtianorum accenſæ. 201.b

Lucernæ & Laurus quando ædibus priuatis apponi ſolitæ? 205.b

Lucernis argenteis vſi in primitiua Eccleſia Chriſtiani. 206.b

Luctus apud Romanos quis? 132.a

Luctus tempore abſtinebant à Conuiuijs. 119.a

In Luctu annulos deponebant, aut mutabant

bant. 120.a
Luctus tempus ſeptem dierum. 119.a
Ludi Romanorum quàm magnifici & potentes? 69.a
Ludi Iuuenales. 123.a
Lugentes & Rei capitalis indicij barbam ponebant. 132.a
Lumen accendendi ante lectionem Euangelij ritus, etiam Sole rutilante. 226.b
Luminaria olim ante Imagines. 348.b
Lunulae ſiue placenta Quadrageſimales, quas vocamus, an à Paganis originem duxerint? 256.b
Lupercalia qui ludi apud Romanos? 226.a
Luſtrici dies qui? 246.b

M.

Magnificentia & reuerentia Templis exhiberi ſolita. 314.b
Maiuma ludus quis? 126.127.a
Maleficarũ tranſmutationes in formam brutorum. 327.b
Mancipia donabantur Eccleſijs primorum Chriſtianorum. 359.b
Manumiſſiones Paganorum. 194.b
Manus mortua apud Leodienſes quid? 217.b
Manumiſſiones ſeruorum tempore primitiuæ Eccleſiæ: earumque formula. 360.b
Manibus in cœlum erectis orabant priſci Chriſtiani. 164.b
Manuum lotio præ foribus Templorum ab Ethnicis ad Iudæos, ab his ad Chriſtianos tranſijt. 316.b
Mare, genus vaſis in ambitu templi in quo manus lauabant. 337.b
Martyribus parentabant Chriſtiani primitiuæ Eccleſiæ 198.b
Martyrum ſepulchris conuiuia parabantur. 198.b
Matrimonium diſſolui bona gratia quid? 51.a
Medicina quam inconſtans, & in Vrbe diu neglecta. 157.a
Menſa Chriſtianorum duplex. 214.b
Matronæ quæ ſe proſtituebant coërcebantur. 152.a
Menſarum aſſeclis corona imponebantur. 11.a
Menſis ſaltatriculæ admittebantur. 11.a
Menſarum pretium maximum. 15.a
Menſa priuſquam accumberent Ethnici Deos ſuos inuocabant. 21.a
Menſa profana ſine ſalino. 29.a
Menſis ſuis Ethnici ſtatuam cuiuſdam Dei apponebant. 21.a
Menſis qui ioci & facetiæ? 20.a
Meretrices ſuo Regno exegit D. Ludouici Galliæ Rex. 153.a
Miniſtri menſarum primorum Chriſtianorum qui? 337.b
Miſſæ etymon. Miſſa Papalis. 278.b
Miraculis probatur cultus Imaginum. 350 b
Monachorum origo antiquiſſima, & ſanctimonia. 354.b
Montes flamigeri. 172.173.a
In Morte apud veteres qui ritus. 132.a
Mortem homicidijs conſolabantur. 121.a
Mortuos ſepeliendi ritus. 260.b
Mulier quibus lenocinijs ornabatur vt ſiſteret ſe Regi Perſarum.
Mulierum Romanarum luxus. 153.154.a
Mulieres ſeßionem habebant propriam in templis. 244.b
Mulieres velatæ orabant in templis. 267.

 Mu-

Mulieres à viris ſeparabantur. 267.b
Mulieres velatæ & quale illud velamen. 298.b
De Muſica & Cantu. 186. 187.a

N.

Natalis dies ad Imperium aſſumpti feſtus erat. 208.b
Natalitij dies apud antiquos celebres. 30.a
Natalitij dies Deorum & Magnatum ſolemnes. 30.a
Natalitij dies etiam Vrbium & Imperij. 31.a
Nationes quæ inter edendum non loquebantur. 29.a
Nazarei apud Iudæos qui? 239.b
Neomenia apud Iudæos. 272.b
Nobiles taxantur qui Iuriſdictionem Eccleſiaſticam impediunt. 348.b
Nomina imponendi apud antiquos conſuetudo. 245.b
Nomina pueris quando imponerentur. 246.b
Nocturnæ preces horariæ. 264.b
De Noctambulis. 141.142.a
De Notis ſiue ſcripturis compendio exaratis. 176.177.a
Nouendialis cœna quæ? 121.a
Nudipedalia ſacra. 367.b
Numiſma cenſus. 245.b
Nuptiarum ritus. 46.a

O.

Oblationes Sacerdotibus debebantur. 330.b
Obſcœni ſermones à Conuiuijs arcendi. 22.a
Officium diuinum, illiuſque inſtitutio. 330.b
Officium diuinū cur celebretur latina lingua, & non alia excepta græca, & non nullibi Hebraïca. 331.b
Orabant Iudæi facie verſus ad Orientem qui ob id reprehenduntur. 266.b
Orabant etiam priſci Chriſtiani verſa facie ad Orientem. 266.b
Orabant quoque tam Iudæi quàm Chriſtiani poplite in terram flexo. 266.b
Orabant interdum manibus poſt terga reuinctis. 266.b
Orandi ritus Catholicus. 263.b
Orandi Græcorum mos. 265.b
Orandi ritus per roſarium quàm antiquus. 267.b
Orando mulieres velatæ erant. 267.b
Orando ſedere irreligioſum. 269.b
Orantes in cœlum erectis manibus. 164.b
Oratio funebris in morte à proximiore amico. 120.a
Oratores plerique olim de ſcripto dicebant. 168.a
Oſcitantibus olim benè apprecabatur. 262 b
Oſcula veſtibulis templorum dari ſolita. 310.b
Oſculandi pedes S. Pontificis vſus vt & Principum Ethnicorum. 275.b

P.

Paganorum manumiſſiones. 178.a
Paſcha etymon ſignificatio, eiuſque ſolemnitas. 247.b
Peccatorum ſatisfactionem non admittunt hæretici, qui in eo reprehenduntur. 326.b
Pecunia olim materia. 155.a
Pedum vnctio antequam Conuiuæ Menſis accumberent. 4.a
Perdicis natura. 90.a

Per-

Perdices veneri addictæ. 90.a
S. Petrus per ignominiam tonſus. 62.a
Pharmacopolæ ſæpius viſitandæ. 180.a
Phariſæi qui apud Iudæos. 241.b
Pontes ſuffragiorum apud Romanos. 3.a
Pontifices Ethnicorum. 204.b
Pontifex Maximus apud Ethnicos. 204.b
Pontifici ſummo celebranti cur flabellum adhibeatur. 281.b
Pontificis ſummi electio qualis? 294.b
Polygamia apud veteres quando tolerata. 334.b
Polygamia quando & quibus licita. 51.a
Polypi verſutia. 91.a
Prandium quid antiquis. 15.a
Prandium cœna qui iniungerent? 15.a
Præficæ mulieres in luctu quæ 119.a
Præſules olim quibus honoribus afficerentur. 204.b
Primitiæ nouorum fructuum. 329.b
Principes præ foribus Eccleſiarum olim ſepeliebantur. 263.b
Principum Imagines olim adorabantur. 161.a
Principibus cultum latriæ deferebant. 160.a
Principum inſignia quæ? 159.a
Principum genuum oſculatio olim pro veneratione. 67.a
Principibus ignem præferendi mos. 68.a
Principes olim adorandos ſe præbebant. 66.a
Principia Caſtrorum quæ? 158.a
Propheta in veteri lege qui? & ratio per eos conſulendi Deum. 252.b
Propheta qui à Doctoribus diſtinguerentur. 251.b
Proſtibula apud Romanos. 151.152.a
Purgatio canonica. 298.b

Q.

Quæſtiones Conuiuiales. 21.a
Quinquatria feſta quæ 128.a

R.

Ranæ pugnant cum Lucio piſce. 83.a
Ranarum Ægypti arũ multitudo. 84.a
Raptus & extaſis quid? 55.56.a
Raſura barbæ an Sacerdotibus conueniat? 345.b
Raſura barbæ Iudæis impermiſſa. 333.b
Raſura quando deſierit eſſe. 19.a
Raſura capitis quibus ignominioſa, & olim interdicta. 61.a
Recitationes antiquorum quales? 164.a
Rei criminum apud Romanos non radebantur. 65.a
Religioſæ an ſint Beghuinæ. 220.b
Religioni Synagoge quis? 240.b
Regum inaugurationes. 279.b
Reorum cuſtodia apud antiquos. 146.147.a
Repudij & diuortij differentia. 52.a
Repudium ſolum conceſſum Maritis. 53.a
De Repudijs. 47.52.a
Ritus ſumendi olim ſanguinem Chriſti per fiſtulam ſublatus. 280.b
Ritus communicandi per Laicos tempore primitiuæ Eccleſiæ. 223.b
Ritus pleroſque ab Ægyptijs habemus. 195.b
Ritus plerique Paganorum tranſlati ad Chriſtianos. 192.b
Ritus Nuptiarum. 46.& ſeq.
Romani Senatum à Senibus nuncupabant. 3.a
Romanorum potentia admiranda. 69.a
Romanæ Vrbis encomium. 71.a

 Sacer-

S.

Sacerdotibus antiqua legis optimè proſpectum. 330.b
Sacerdotes ſuggillant Heretici, quod nimirum ſit illis proſpectum. 330.b
Sacerdotes olim coniugati, ità tamen vt caſtè viuerent. 225.b
Sacramenti Eucharistiæ ſpecies olim Laici offerebant. 223.b
Salomon an ſit in numerum Sanctorum relatus. 300.b
Salomon an fuerit ſapientior Adamo. 303.b
Salomon Polygamus, & eius pœnitentia. 15.a
Sanguis Christi ſumptio olim per fiſtulam. 280.b
Saturnalia apud Romanos qui ludi? 124.a
Sancta Sanctorum vet. legis. 247.b
Saltationes ante fores Baſilicarum per S. Auguſtinum ſublatæ. 259.b
Senatum olim mos per Principes conſulendi. 169.a
Senatus conſulta qui olim pronunciarentur. 170.a
Secretum in vino vix inuenitur. 34.a
Sectiones proprij corporis. 258.b
Senes à muneribus immunes. 2.a
Senectus plurimùm honorifica apud Lacedamonios. 4.a
Senectuti templum dicatum apud Gades. 4.a
Sententias in Senatu rogandi mos. 170.a
Sepulchra olim extra Vrbium mœnia. 261.b
Sepulchra Romanorum vbi? 308.b
Sepulchra Magnatum qualia? 308.b
Sepulchrorum circuitio. 309.b
Sepulchra Imperatorum in veſtibulis Templorum. 310.b
Sepulchris mortuorum gaza viuorum imprimebantur. 327.b
Splendor Vrbis Romæ. 72.a
Sermones conuiuiales qui? 20.a
Seruorum Romæ multitudo. 76.a
Seruorum multitudo apud Imper. Turcarum. 76.a
Seruorum quot genera, & qui diſtinguebantur. 77.a
Seruorum munera quæ? 79.a
Seruorum accurata deſcriptio. 76.a
Seruos in exequijs immolabant. 106.a
Serui benignè tractandi. 217.b
Serui & mancipia tempore Eccleſiarum primorum Christianorum. 358.b
Sexagenarij an habeant ius ſuffragij apud Romanos. 2.a
Sexagenarios de ponte proijcere prouerbium. 3.a
Scriba qui apud Iudæos. 262.b
Scrutiniorum ritus in Eccleſia Leodienſi. 287.b
Signa Dominorum frontibus illorum imprimebantur. 77.a
Silentium ſummum in templis. 311.b
Simia ſolertia & qui capiatur. 89.a
Sternutantibus olim benè apprecabantur, & quare? 263.b
Sternutantes olim ſe Crucis ſignaculo muniebant. 262.b
Stigmata inter ſupplicia Martyrum. 239.b
Stigmata Iudæis interdicta. 239.b
Suffragandi mos apud Romanos per pontes ligneos. 3.a
Superſtitiones Gentilitiæ ad verum Dei cultum tranſlata. 197.b
Suppliciorum diuerſa genera quibus Martyres afficiebantur. 341.b
Synagogæ Iudæorum Sacerdotes. 289.b
Synagogæ origo & vſus. 248.b

In Synagogis quid agerent illius à iniſtri? 250.b
Synagoga an aliquando defecerit à fide. 250.b
Synagogæ Miniſtri ordinarij qui? 253.b
Si dormiatis inter medios Cleros, & explicatur. 258.b
De Sybillis, & Sybilliſtis qui iſti? 182.a
Theodoſius Imperator Templum ingreſſurus foris arma & diadema ob reuerentiam relinquit. 311.b
Tranſmutationes hominum in bruta. 134.a
Tranſmutationes in alium ſexum mira. 53.a
De Tyrocinio & Toga virili. 148.a
Typographia inuentum. 42.a

T.

Tabernaculum in veteri lege quod. 247.b
Templa Paganorum vt ornarentur. 195.b
Templa Paganorum floribus exornabant. 201.b
Templum Hieroſolymitanum, eiuſq; excidium atque exindè reſtauratio. 247.b
Templum quid diſtet à Synagogâ? 249.b
Templum Salomonis auguſtiſſimum. 285.b
Templi Salomonis mira reuerentia. 313.b
Templum quis primùm excitauerit. 285.b
Templorum quæ apud Priſcos reuerentia. 310.b
Templorum veſtibulis inerant fontes, & cur? 312.b
Templorum notatur mirum ſilentium. 311.b
Templorum pauimenta & aras capillis verrebant. 311.b
Templorum in veſtibulis calcei ob reuerentiam relinquebantur. 314.b
Templis qui abutuntur taxantur. 314.b
Templorum reuerentia poſteriori æuo neglecta: 339.b
Terræ motus vndè? 173.a
Terræ motus recens in Sicilia. 172.a
Theatrum Romanorum admirandum. 69.a
Tintinabulorum vſus. 58.a
Tormentorum bellicorum inuentum. 42.a
Tonſura Eccleſiaſtica vſus. 207.b

V.

Vela templorum. 196.b
Velum quo altare manus ſeparatur in Quadrageſima à reliqua parte Chori. 196.b
Veſuuij montis mira. 172.a
Veſtalium ignis. 46.a
Veſtalium origo apud Romanos. 228.b
Veſtalis crimine inceſtus damnata viua comburebatur. 228.b
De Veſtalibus plura. 229.b
Veſtis Canonicorum qualis? 232.b
Veſtium mutatio indicium mutationis Reipub. 231.b
Veſtis ſciſſio apud Iudæos. 237.b
Veſtis Sacra Sacerdotis Hebræi qualis? 317.b
Victima antiquorum. 314.b
Vigilia anniuerſaria ab Ethnicis ad Chriſtianos olim translata. 194.b
Vigiliarum Sacrarum ratio & ritus oppugnantur per Hereticos. 319.b
Vinculorum B. Petri Feſti origo. 203.b
Vini natura & effectus. 188.a
Vinum niue refrigeratum. 24.a
Vinum ante 30. ætatis annum non bibebant. 24.a
Vino quo tempore vti licuerit apud Romanos. 189.a
Virgines conſecrandi ritus. 220.b
Vnctio in conuiuijs frequens. 6.a

Vnctio vbi & barbæ, capillorum & pedum. 6.
Vnctio Regum an imprimat characterem. 306.b
Vomitandi conſuetudo apud veteres. 35.a
Voracitas nonnullorum mira. 33.a
Vota Religionis tria. 221.b
Votorum quà Sacrorum, quà profanorum ritus. 250.b
Ad Votum licitum quæ conditiones requirantur. 251.b
Votum Iepta an licitum fuerit? 251.b
S. Vrſulæ annulus aureus pronubus Coloniæ. 213.b

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google